



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>



600071600K







4



BENEDICTI DE SPINOZA

O P E R A

QUAE SUPERSUNT OMNIA.

---

EX

EDITIONIBUS PRINCIPIBUS DENUO EDIDIT  
ET PRAEFATUS EST

CAROLUS HERMANNUS BRUDER

PHILOS. DOCT. AA. LL. M. SS. THEOL. LICENT.

VOL. I.

PRINCPIA PHILOSOPHIAE, COGITATA METAPHYSICA, ETHICA.

---

EDITIO STEREOTYPA.

---

LIPSIAE

TYPIS ET SUMTIBUS BERNH. TAUCHNITZ JUN.

1843.

250. e. 83.



## P R A E F A T I O.

---

Anno praeterlapso quum „de personalitate attributo Dei pri-  
maria“ scriberem *commentationem*<sup>1)</sup>, inter philosophos princi-  
ps quorum ratio habenda erat, *Spinoza* fuit. Constat enim eum  
omnium, qui nostro tempore pantheismum redolent, antesigna-  
num existimari; idque legendo eum et relegendo persuasum habeo,  
*Spinozam* omnis recentioris philosophiae, quae philosophia natu-  
rae, identitatis, absoluta nuncupatur, esse auctorem<sup>2)</sup>, eiusque  
principis nostratum nisi plurimos. *Fichtium* iam ad eum re-  
gressum esse testantur eius libri multis in locis. *Jacobi* quid  
seaserit videndum est in libello singulari de eo scripto.<sup>3)</sup> *Schel-  
lingius* quanti eum aestimaverit et quomodo ab eo exorsus sit  
apparet. Eadem vestigia secutus est *Hegelius*. Inter theologos  
*Frid. Schleiermacherus* celebravit eum et extulit his verbis:  
„*Opfert mit mir ehrerbietig den Manen des heiligen verstosse-  
nen Spinoza! Ihn durchdrang der hohe Weltgeist; das Unend-  
liche war sein Anfang und sein Ende, das Universum seine einzige  
und ewige Liebe; in heiliger Unschuld und tiefer Demuth spie-  
gelle er sich in der ewigen Welt; voller Religion war er und voll*

---

1) *Suo tempore* eandem a S. V. Christ. Frid. de Ammon theologo  
Dresdensi praemio ornatam publici iuris facere decrevi.

2) *Amandus Saintes*, vir Gallorum doctissimus, nuper *Spinozam*  
vocabit „le fondateur de la philosophie moderne.“

3) Vid. *Jacobi über die Lehre des Spinoza*. Bresl. 1789. et in eodem  
libro prael. pag. XVII. *Lessingii iudicium*: „*Es giebt keine andre Phi-  
losophie als die Philosophie des Spinoza.*“

*heiligen Geistes; und darum steht er auch da allein und unerreicht, Meister in seiner Kunst, aber erhaben über die profane Zunft, ohne Jünger und ohne Bürgerrecht!“ — Itaque non mirum, nostro aevo, ubi de rebus philosophicis et de quaestionibus utriusque reipublicae gravissimis acerrime propugnatur, Spinozae philosophiam tanquam fontem primarium depromi colique recenti labore, imo de eiusdem doctrina in nonnullis patriae nostrae academiis lectiones haberi peculiares.<sup>4)</sup>*

Bernhardus Tauchnitius, bibliopola Lipsiensis laudatissimus, quum novam Spinozae operum editionem curare constituisset, quae et modico pretio parabilis et eadem eleganti forma, qua scriptores Anglorum classicos prodire iam iusserat, ornata virorum doctorum desideriis responderet, orationis recognoscendae et praefandi negotium ad me detulit, quem satis hanc ad rem instrutum cognosset. Exstant quidem nostri saeculi editiones duae, quarum prior *Henrici Eberh. Aenothei Pauli*, theologi Heidelbergensis, volum. duobus Ienae prodiit a. 1802. et 1803.<sup>5)</sup>; altera est *A. Gfroereri Stuttgardiensis*, „philosophorum laudatissimorum qui ab restauratione literarum ad Kantium usque vigerunt opera selecta“ edituri, cuius collectionis tom. III. Spinozae opera philosophica continet.<sup>6)</sup> Utraque vera editio non nisi satis magno pretio est comparanda, utraque super expectationem nostram scatet vitiis multis. In solis principiis philosophiae et appendice apud Paulum haec σφάλματα deprehendimus, quorum plerumque Gfroerer pedissequa fuit: Pag. 21. lin. 14. citato loco v. *citat*; pag. 37. l. 21. *prop.* 7. loco *prop.* 17.; pag. 64. l. 35.

4) E. c. Thilo professor Vratislaviensis anni 1842. semestri aestivo de Spinoza eiusque systemate se privatim disputaturum esse indixit.

5) Ben. de Spinoza Opera quae supersunt omnia. Iterum edenda curavit, praefationes, vitam auctoris, nec non notitias, quae ad historiam scriptorum pertinent, addidit *H. E. G. Paulus* theolog. prof. Ienensis. Vol. I. II. Ien. 1802. 1803. 8.

6) Ben. de Spinoza Opera philosophica omnia edidit et praefationem adiecit *A. Gfroerer*. Stuttgardiae 1830. 8.

missa sunt verba: *non vero versus ullam aliam*. Eadem omissa pag. 68. l. 15. et pag. 75. l. 27. Pag. 69. l. 26. *coroll.* loco *coroll.* 1.; pag. 73. l. 34. *prop.* 17. loco *prop.* 27.; pag. 90. l. 9. *prop.* 4. loco *prop.* 15.; pag. 127. l. 24. *cognitionem* loco *cognitionem* al. In ethica „37 sphalmata corrigenda“ fine editionis principis indicata Paulus non respxit. Statim initio part. 1. def. 2. uterque editor exhibet si loco *sic*. Praef. pag. 17. l. 1. omissa sunt verba: *alios autem evangelistas*. Multa alia vitia hic recensere non licet. — Huc accedunt vitia iam in primis editionibus observia et a senioribus recepta; v. c. eth. pag. 148. l. 31. (ed. Paul.) *eiudem prop.* loco *prop.* 13.; pag. 153. l. 17. *corpus* loco *corporis* al.

In nostra editione adcuranda rem instituimus ita, ut neglectis recentioribus ad *principes* Spinozae operum *editiones* regredemur et sublatis vitiis textum quam rectissime typis exscriptum exhiberemus. Orthographiam illo aevo solemnem minime quidem mutavi, sed maxime per totum opus consonam reddidi. Interpretationem vero, saepissime perversam, studiose emendavi. Notas addidi diversi generis, aut literarias, v. c. vol. 1. pag. 146. et 380., aut ad locos e Cartesio aliisque laudatos spectantes, ut pag. 5. 8. 126. 133. 326. 329. al. Praeterea indices argumenti aut novi, aut antiquioribus pleniores confeci. Paginas veteris editionis omisi, quod nulla adfuit editio operum Spinozae omnium, et multo aptius singulis libris, capitibus, propositionibus adlati citari solet. In usum meliorem capita longiora in sectiones minorres (paragraphos) dividenda curavi, ut cogit. metaph., tract. theolog.-polit. al. Locis singulis in demonstrat., schol., corollar. al. laudatis denuo collatis permulti errores detecti et remoti sunt. Menda sermonis et structuras perversas intactas reliqui, nisi ubi mutatio facillime potuit fieri; v. c. huius tom. pag. 166. not. 1. *sol.. orta.. occulta* mutavi in: *sol.. ortus.. occultus*. — Spinozae libros non ordine temporis, quo olim prodierunt, sed secundum argumentum constitudos esse censuimus, praesertim

quum bibliopola tria volumina, quibus comprehendentur, etiam singula edi et vendi vellet. Itaque hoc *primo* tomo prodeunt opera philosophica „ordine geometrico demonstrata“ i. e. *Cartesii principia philosophiae*, quibus accedunt *cogitata metaphysica*, et *ethica*. *Altero* sequentur *de intellectus emendatione* fragmentum, *tractatus politicus* et *epistolae*. Denique tomo *tertio* theologica i. e. *tractatus theologico-politicus* et *compendium grammatices linguae Hebraeae*.

Sed ut totum negotium iusto ordine procedat neque nostrae editioni aliquid desit, quod desiderari potuerit, primum pauca de Spinozae vita, deinde de eius scriptis, tum de literis huc spectantibus, denique de libris hoc volumine contentis praefabor.

---

Ac primum quidem *Spinoza* Amstelodami natus est die 24. Novembris anni 1632. patre Iudeo Lusitano mercatore, qui in patria vexatus in Bataviam migraverat.<sup>7)</sup> Cognomen accepit Ba-

7) Vitae fontes sunt ipsius scripta, in primis epistolae; deinde præfationes ad principia philosophiae et opera postbuma. Peculiarem vitæ descriptionem Belgice scriptam Ultraiect. 1698. primus edidit Joh. Colerus, clericus ecclesiae evangel.-Lutheranae Hagensis, eiusdem domus habitator, in qua Spinoza per quosdam annos versatus erat. Ab aequalibus eius et contubernalibus multa percunctatus est, et quamvis philosophiae eius vehementissimus adversarius minime in vita describenda partium studiosus. Idem liber in linguam Gallicam translatus prodiit h. t.: „La vie de Spinoza, tirée des écrits de ce fameux philosophe et du témoignage de plusieurs personnes dignes de foi, qui l'ont connu particulièrement. Par Jean Colerus ministre de l'église Luthérienne de la Haye.“ A la Haye 1706. 8. Hanc interpretationem Paulus (tom. II. pag. 593—665.) et Gfröerer in suas editiones receperunt. Fons est Colerus omnium gravissimus, ex quo ceteri fere omnes hauserunt. Germanice: „Das Leben des Ben. von Spinoza aus den Schriften dieses berufenen Weltweisen ... beschrieben von Joh. Colero. Aus dem Französ. übersetzt u. mit Anmerkungen vermehrt.“ Frankf. u. Leipz. 1733. 8. Repetita est haec Coleri descriptio additamentis interpositis in libro: „Refutation des erreurs de Bénoit de Spinoza par Mr. de Fénelon archevêque de Cambrai, par le P. Lamy Benedictin et par Mr. le comte de Boullainvilliers, avec la vie de Sp. écrite par Mr. Jean Colerus ... augmentée“

*ruch, quod Iudaica religione relicta in Latinum *Benedictum* (Benoit) mutavit. Parentes eius haud mediocri genere ut videatur<sup>8</sup>), puerulum Rabbinis instituendum tradiderunt; sed mortui sunt satis mature relicto Benedicto filio cum duabus sororibus Rebecca et Miriam, quibus frater omnem patriam hereditatem (si unicum lectum excipias) concessit. Spinoza summis animi dotibus, in primis acuta mente ornatus apud Rabbinos Hebraeae linguae elementa didicit, scripturam sacram legit atque re legit et praecceptores, inter quos princeps Moses Morteira<sup>9</sup>), interrogationibus saepissime non solum perturbavit, sed etiam in angustias*

de beaucoup de particularités tirées d'une vie manuscrite de ce philosophe faite par un de ses amis. A Bruxelles 1731.<sup>10</sup> 12. Edente *Lenglet de Fressnoy*, uti notavit *Christ. Theoph. de Murr Spin.* adnotat. ad tract. theol. pol. Hagae Com. 1802. p. 8. Alter est *Petrus Bayle* in suo „*Dictionary historique et critique*.“ Edit. 5. revue, corrigée et augmentée avec la vie de l'auteur par Mr. de Maizeaux. Amsterd. 1740. s. Spinoza tom. IV. p. 223—271. Saepe in nobilissimum philosophum acerbe et invidiose verba fecit. Ex Baylio vertit *Franciscus Halma*: „*Het Leven van Ben. de Spin. met eenige Aanteekeningen over zyn Bedryf, Schriften en Gevoelens ... vertaalt door Fr. H. T'Utrecht* 1698. 8. Tertius fons: „*La vie de Spinoza par un de ses disciples*.“ Amsterd. 1719. 8. „*Nouvelle édition von trenquée, augmentée de quelques notes et du catalogue de ses écrits par un autre de ses disciples*.“ A Hambourg 1735. 8. quem librum *satis rarum* in bibliotheca Lipsiensi senatoria repertum ipse denuo censuit. Auctor est procul dubio *Lucas medieus Hagensis*. Sequitur: *Niceron Barnabite* in „*Mémoires pour servir à l'histoire des hommes illustres dans la république des lettres*.“ Tom. XIII. Paris. 1731. pag. 44. sqq. atque in „*additions*“ tom. XX. pag. 59. sqq. et *Christiani Kortholti* „*de tribus impostoribus magnis* (Eduard. Herbert de Cherbury. Thom. Hobbes. B. de Spinoza) liber. Ed. 2. cura Seb. Kortolti“ Hamb. 1700. 8. Cuius libri excerpta quaedam vid. Paul. Spin. app. tom. II. p. 663. sqq. Ceteri sunt tertii ordinis: *Histoire des philosophes modernes avec leurs portraits* par Mr. Saverien. Par. 1760. 8. Spinoza pag. 169—191. *Joh. Mart. Philipson, Leben B. von Spin.* Braunschw. 1790. 8. De aliis Jenichen, Jaeger, Muenter, Diez, Heidenreich cet., qui vitam Spinozae libris suis inseruerunt, infra sermo erit.

8) Bayle l. l. p. 253. aliter narrat: „On a lieu de croire que la famille était pauvre et très peu considérable.“

9) Huius viri carmina leguntur in: *Jon Tov Yaloason* (Rabbi Venu) בָּנֵי יְהֹוָה i. e. quatuor lumina, quorum alterum est Moses Morteira. Conf. *Wolfi biblioth. Hebr. vol. III. pag. 367. sq.*

adduxit. Eadem diligentia Talmudem tractavit, ubique veritatis sincerae vestigia persecutus. Sed mox in Iudeorum suspicionem venit discipulus modestus quidem, sed sagax et audax.<sup>10)</sup> Amici quidam eum moverunt ut linguam Latinam edisceret, in cuius elementis primum Germanum quandam doctorem habuit, deinde vero *Franciscum van den Ende* medicum, qui atheismi semina in adolescentum animos sparsisse dicebatur.<sup>11)</sup> Ad tempus amore filiae eius, quae patri in docendi munere succurrit, incensus est, usque dum alias condiscipulus Kerkeringius Hamburgensis eam in matrimonium duxit. Hinc per multos annos *theologiae operam* dedit, qua relicta prorsus ad naturam eiusque leges explorandas, ad *physicam* et *philosophiam* sese applicuit.<sup>12)</sup> In hoc studio philosophico ducem sibi elegit *Carlesium*, cuius scripta tunc temporis cognoverat. Huius viri summo acumine et principiis scepticis<sup>13)</sup> vinctus Rabbinorum doctrinam non divinae originis, uti profitebantur, sed vanam et fictitiam esse facile intellexit. Inde sidem erant ipsi infestissimi, quod timebant ne a sacris desiceret; et quum viderent eum synagogam non amplius frequentare, stipendio 1000 florenorum promisso sibi reconciliare voluerunt, quo recusato vespere quodam ei insidiati sunt. Per tempus conservavit togam pugionis ictu perforatam. Circa annum 1660. publice in synagoga Amstelodamensi Lusitana excommunicatus est.<sup>14)</sup>

10) Conf. *Refut. des erreurs* etc. pag. 3. sqq.

11) Idem *van den Ende* serius Parisios concessit et coniurationis per Robanium eaitem factae particeps occisus est a. 1674. Conf. *Coler.* (ed. Paul.) p. 600. sq. *De la Fare*, mémoires et reflexions sur les principaux événemens du règne de Louis XIV. Roterod. 1716. p. 147. sqq. *Leibnit.* de conformit. fidei cum ratione tentam. theod. III. §. 376. (Opp. I. I. p. 385.)

12) Conf. praefat. ad Spin. opp. posth. p. 1.

13) Conf. princip. philos. p. I. proleg.

14) De triplici Iudeorum excommunicatione (יְנִזְבָּח, סְגֻלָּה, נְגֻלָּה) vid. *Vitrina de synag. vet.* p. 739. sqq. *Bindrim de gradibus excommunic.* apud Hebr. in *Ugolini thesaur.* XXVI. Conf. *Coler.* p. 605—611. *Refut. des erreurs* etc. p. 27. sqq.

Quam absens fuisse et per literas Rabbinorum certior factus huic facie Hispanice intercessit.<sup>15)</sup> Nihilo minus Spinoza, cum Rennonitis quibusdam aliisque viris Christianis sapientibus saepe versatus, sacra Christiana non amplexus est neque baptismus umquam accepit.

Secundum Talmudi precepta<sup>16)</sup> iam ante artem vitrum tornandi didicerat.<sup>17)</sup> Serius etiam pingendi artem traxavit. In viraque excellebat et vitra ab eo tornata magni aestimabantur. Inter eam Iudei eum ad senatum civitatis Amstelodamensis blasphemiae in Deum et Mosen accusaverant verbi divini ministris concitatis.<sup>18)</sup> His insidiis motus anno 1660. Amstelodamum reliquit et habitavit apud virum ipsi familiarem inter urbem et Auwerkerke versantem, prorsus veritati investigandae et negotiis deditus. Anno 1661. cessavit *Rhenoburgum* prope Lugdunum Batavorum.<sup>19)</sup> Ibi anno 1663. edidit „Cartesii principia philosophiae more geometrico demonstrata“ additis „cogitatis metaphysicis,“ et scripsit epistolas 2. 4. 6. 9. 27. 28. 29. Propter *principia* typis describenda aliquoties Amstelodamum profectus est, uti docent nos 2. et 9. Paulo post contra eum exortae sunt ritae et contentiones Cartesianorum, qui noluerunt summi magistri auctoritatem minni Spinozae sagacitatem et gloria.<sup>20)</sup> Anni 1664. mense Jun. *Foerburgum* unum milliare ab Haga Comitum situm se contulit.

15) Scripsit „Apologia para justificarse de su Abdicacion de la Synagoga“ quaer nunquam typis expressa est, sed cuius argumentum consistit cum cap. 20. tract. theol. pol. de sentiendi libertate. Vid. *Buyl. thes. IV.* p. 255. et *de Murr I.* p. 12.

16) „Præter legi studium opificium vel ars quedam est exercenda ad vitram sustentandam.“ Vid. *Talm. Pirke Aboth II.* 2.

17) „Il apprit à faire des verres pour des lunettes d'approche et pour d'autres usages.“ *Coler.* p. 612. Cf. *Praef. ad opp. posth.* p. 2.

18) Vid. *Refutation des erreurs* etc. p. 44. sq.

19) Hoc apparuit ex epist. 1. ab Oldenburgo ad Sp. scripta. Perpetrat apud *Coler.* et in *Refutation a.* 1664. notatus est.

20) Überius banc rem enarravit vitae auctori in *Refut. des err.* p. 48. s. l., quocum conser. epist. 19.

Conf. ep. 30.<sup>21)</sup> Ibi saepe amicorum multitudine fuit cinctus (vid. ep. 9.), quoram precibus denique permotus Hagam cessit anno 1669., ubi initio apud viduam *van Veldenii* habitavit, et ab a. 1671. in domo *Henrici van der Spyck*, pictoris haud ignobilis, ultimos vitae annos degit.

De Spinozae honestate et virtute omnium est unanimis narratio. Morum candore fuit et simplicitate, summa sobrietate et elegancia.<sup>22)</sup> In vitae consuetudine gratissimus, animi affectionum mirum in modum potens, animo tranquillo etiam in turbulentis vitae rationibus, ab ira et acerbitate prorsus remotus. Sermones eius erant suaves et intellectu faciles, interdum humore grato mixti. Cum contubernalibus libenter collocutus est, tristes et infirmos consolatus Dei summam sapientiam et bonitatem ostendendo.<sup>23)</sup> Liberos et domesticos admonuit ut parentibus et heris obedirent, omnes ut diligenter coetibus sacris interessent. Ipse *Cordesium*, praedicatorem ecclesiae evangelico-Lutheranae, hominem pium et venerabilem, Coleri antecessorem, nonnumquam audivit, saepius vero de oratione cum aliis ex ecclesia redeuntibus sermonem instituit.<sup>24)</sup> Meditationibus philosophicis defessus ut animum exhilararet, cum familiaribus de rebus minutissimis disseruit aut Nicotianae usu interdum se delectavit vel microscopiis insecta observavit. Voluptatem honestam amat, sed ad amicorum convivia invitatus modice edit et bibit, uti domi solebat. Opes parvi duxit. Multorum fautorum stipem recusavit. *Simon de Vries* „amicus eius integerimus“ quum ei 2000 florenorum dono

21) Voorburgi scripsit praeter hanc etiam epist. 13. 15. 32. 34. 36. 38. 39. 40. 42. 43. 44. 45. 46.

22) „Im Haag führte er ein Leben, für welches die Geschichte der Philosophie kein zweites Beispiel finden dürfte, ausgeszeichnet durch Müdigkeit, Sauberkeit, frei von allem Durst nach Ruhm und Habe, geschmückt mit allen Tugenden, welche das Leben des Menschen nur zieren können“ cet. Carolus Thomas, Spinoza als Metaphysiker p. 11.

23) *Haylius* ipse l. l. p. 257. not. l. „Il ne disait rien en conversation qui ne fut édifiant.“

24) *Egregie bac de re disputavit Coler.* p. 621. sq.

dedisset, eos remisit, quod ipsi non opus essent. Eidem quum Spinozam bonorum heredem testamento vellet scribere, philosophus suasit, ne fratrem heredem legitimum praeteriret. Ille obediuit, sed ita ut Spinozae ad vitam bene sustentandam certi annui reditus assignarentur. Quum Simonis frater ei 500 florenos offerret, non nisi 300 sumsisit, qui ad mortem usque ei pensi sunt. Libris de principiis philosophiae a. 1663. et tractatu theologicopublico a. 1670. editis Spinozae fama, summi philosophi, viri magno ingenio scientiaque ornati, per omnes fere Europae terras percrebuit. Patronos, amicos, admiratores nactus est multos. Inter Belgas nobilissimus *Iohannes de Witt*<sup>25)</sup>, *Simon de Vries*<sup>26)</sup> al. ei etiam coniunctissimi. Inter exterros tres videntur commemorandi esse. *Ludovicus princeps Condæus*, in bello Gallorum cum Belgis imperator anno 1673. Ultraiecti versatus, Spinozam de facie visse et cum eo disputare in votis habuit, idque *Stupio* tribuno militum intercessore.<sup>27)</sup> Spinoza ab hoc per literas invitatus Haga profectus est. Sed princeps paulo ante Traiecto abierat nevolvis alii revocatus.<sup>28)</sup> Spinoza ab *Francisco de Luxembourg*, Stupio al. honorifice exceptus per dies quosdam Condæum frustra respiciavit. Stupius mandante principe ei consilium dederat, ut *Ludovicus XIV.* Gallorum regi librum dedicaret, quo annum acciperet beneficium, quod *Benedictus* noluit.<sup>29)</sup> Hagam redux in proditoris suspicionem venerat, ubi philosopho digne se gessit.

25) Ob eius caudem 20. Aug. 1672. plebis furore factam Spinoza latras effusisse dicitur. Conf. *la vie de Spinoza* p. 33.

26) Ad eum referendae sunt epist. 26—29.

27) *Stoupe* scripsit „la religion des Hollandais représentée en plusieurs lettres écrites par un officier de l'armée du Roi à un pasteur et professeur en théologie de Berne. A Cologne 1673.“ 12, atque reprobavit et Spinozae doctrinam et Belgicorum magistratum indulgentiam.

28) *Haylius* I. I. p. 257. et *Halma* p. 11. Spinozam principem Condæum vidisse et tres dies apud eum commoratum esse referunt. Sed falso. Conf. *Coler.* p. 625. sq.

29) *Ludovicum XIV.* multis exterorum viris doctis beneficia concessisse constat. Vid. *Coler.* p. 626. *Refut. des erreurs etc.* p. 11.

Alter est *Carolus Ludovicus elector Palatinus*, qui ei eodem anno summa fama motus per Fabricium theologum munus professoris „cum amplissima philosophandi libertate“ in universitate literarum Heidelbergensi obtulit, quod Spinoza diversis ex causis modeste renuit. Conf. epist. 53. 54. Tertius denique *Godafredus Guilielmus Leibnitius*, qui de re optica<sup>30)</sup> per literas cum eo consultulit. Vid. epist. 51. 52. et Leibnit. otium Hannov. p. 221.

Omnino Spinoza moribus suis Stoicorum fuit haud dissimilis. Eum uberrimum esse ait sapientiae fructum, omnis generis affectiones et dolores vincere. Ipse ubique homines attente observavit eorum sensus et animos perscrutaturus. Pigritiam et superbiam gravissima habuit et maxime vulgaria hominum vitia, fontemque omnium errorum. Cognitionem vero Dei summam existimavit virtutem. „Nam quo melius eum cognoscimus, eo magis animi affectionibus superiores sumus, et in hac ipsa cognitione animi quietem et verum Dei amorem reperimus i. e. nostram salutem, summam beatitudinem et libertatem.“ Conf. ethic. part. II. prop. 49. schol. extr. et p. V. prop. 36. schol.

Statura fuit media, facie iucunda, oculis vegetis, crinibus nigris, colore cutis paululum fusco, ut Iudeis Lusitanis solemne est. Vestitu non fuit splendidus, sed elegans et nitidus, praesertim quum exiret.<sup>31)</sup> Studiis suis fixus nonnumquam per plures dies vidit neminem, imo per integros aliquot menses domum non reliquit.<sup>32)</sup> Viros vero doctos usque admisit, et aliquid temporis concessit discipulis, quos gratis docebat. Plerumque noctu diligentissime literis operam dedit et Hagae plurima scripta ab hora decima vespertina usque ad tertiam elucubratus est. Ab

<sup>30)</sup> Opticam haud dubie egregie excoluisset, nisi morte prematura abruptus fuisset. Conf. praef. ad opp. posth. p. 2.

<sup>31)</sup> Vid. *Refutat. des erreurs* p. 59. Paulo aliter *Cöler.* p. 620.

<sup>32)</sup> „Sibi soli vivere videbatur, semper solitarius et quasi in museo suo sepultus.“ *Christ. Nic. de Greiffenrantz* (Cimbriae ducis consil. qui Hagae anno 1672. cum Spinoza versatus est) in literis ad *Christ. Kortbollium* mense Apr. a. 1681. Holmia Suecorum missis.

eadem ubi dedit epist. 19. 21. 47. 50. 52. 54. 56. 58. 60. 62. 66.  
68. 70. 72. 74.

**D**e morte Spinozae variis orti sunt rumores: eum timore inimicorum, qui Wittii amicum plebi invisum reddidissent, subito mortuum esse, aut veneno sumto sibi consivisse mortem voluntariam al. Sed *Colerus* cuncta edoctus est ab hospite van der Spyck et certissima retulit.<sup>33)</sup> Numquam firma fuerat valetudine; phthisi afflictus est inde ab anno aetatis vicesimo. Lucubrationibus morbus crevit, quo media vitae via perii.<sup>34)</sup> Nihilo minus subito mors evenit die 21. Febr. a. 1677. Pridie cum contubernalibus iam aegrotans multa collocutus erat. Sequenti die (solis) quum Spyckius horis pomeridianis ex templo rediret, Spinozam audivit praesente solo amico Ludovico Meyero medico Amstelodamensi, quem arcessiverat, placide obiisse. Quatuor et quadraginta compleverat annos, duos menses, septem et viginti dies. Lubente Ioh. Riewertsio typographo et Spyckio curante, viris quibusdam nobilibus comitantibus, die 25. Febr. sepultus est in ecclesia Hagensi nova.

*Quod attinget ad Spinozae scripta triplicis sunt generis: spuria, deperdita, genuina typis expressa.*

*Genuina tribus sectionibus prodierunt:*

I. Anno 1663. „*Renati des Cartes principiorum philosophiae* pars I. et II. more geometrico demonstratae per *Benedictum de Spinoza*. Accesserunt eiusdem *cogitata metaphysica*.“<sup>35)</sup>

II. Anno 1670. „*tractatus theologico-politicus*“ omissio quidem nomine, sed Spinoza saepe se auctorem professus est, ut epist. 19., ubi *adnotationum* mentionem facit, quae Gallice anno 1678. et Latine a. 1802. a Christ. Theoph. de Murr sunt editae.

33) Vid. *Coler.* p. 657—665.

34) *Conf. Refutat. des erreurs* p. 77. sqq. et *la vie de Spinoza* p. 33. 177.

III. Anno 1677. , *Opera posthuma*, quorum series post præfationem exhibetur.“ 4. nomine auctoris non nisi literis initialibus indicato (B. d. S.), loco et librario praetermissis. Contineuntur hoc volumine pagg. 614. 1. *Ethica more geometrico demonstrata*. 2. *Tractatus politicus*. 3. *De emendatione intellectus*. 4. *Epistolæ et ad eas responsiones*. Interposito „rерum indice“ sequitur 5. *compendium grammaticæ linguæ Hebreæ* pagg. 112.

Ad *deperdita aut certe numquam typis expressa* pertinent haec:

1. *Apologia para iustificarse de su abdicacion de la synagoga*, quam excommunicatione facta a. 1660. ad Rabbinos synagogae Lusitanæ scripsit. In ea sentiendi libertatem defendit, de qua pluribus disseruit tractat. theol.-polit. cap. 20. Iudei hunc libellum sine dubio reservarunt in synagoga, ubi flammis videtur periisse, quemadmodum virum celeberr. de Murr certiorem fecerunt synagogæ antistites. Conf. Bayle l. l. p. 255. Coler. p. 631. de Murr l. l. p. 12.

2. *Tractatus de Iride sive de arcu coeli*, quem iam diu compositum et cum quibusdam privatim communicatum publici iuris facere animum induxerat; sex mensibus ante obitum in ignem coniecit. Conf. Coler. p. 647. Praefat. ad opp. posth. p. 3.

3. *Interpretatio Veteris Testamenti Belgica* (notis additis), cuius Pentateuchum absolverat. Idem opus, de quo saepe cum viris doctis collocutus est, paucis diebus ante mortem igne combussit. Conf. Coler. p. 647.

4. *Tractatus de diabolo*, quem adhuc extare in Mscr. memoravit Mylius in biblioth. anonymorum p. 941. Conf. de Murr l. l. p. 14. Paul. Spin. opp. tom. II. praef. p. XV.

5. *Epistolæ*, quarum haud paucas ad viros doctos scripsisse dicitur, quae in epistolarum corpore desiderantur.<sup>25)</sup> Nonnullæ fortasse in bibliothecis supersunt.

---

25) Coler. p. 625. e. g. epistolæ ad Stupium datas commemoravit.

Præterea si diutius vixisset, „*integra philosophia speranda* fuisse, quemadmodum variis locis in tractatu de emendatione intellectus meminit.“ Conf. epp. 63. 64. *Algebram quoque breviori et magis intelligibili methodo et alia plura opera scribere sibi proposuerat*, quemadmodum varii amicorum plures ab ipso adiverunt.“ Vid. præfat. ad opp. posth. fine.

Inter *spuria scripta* duo maxime referenda sunt:

1. „*Lucii Antistii Constantis de iure ecclesiasticorum liber singularis*, quo docetur, quodcumque divini humanique iuris ecclesiasticis tribuitur vel ipsi sibi tribuunt, hoc aut falso impieque ipsis tribui aut non aliunde quam a suis i. e. eius reipublicae sive civitatis prodiis, in qua sunt constituti, accepisse. Alethopolis apud Caium Valerium Pennatum. 1665.“ 8. pagg. 162. Defendit scriptor systema quod dicunt territoriale (eodem fere modo quo Hobbesius in *Leviathan* suo), in primis contra Batavorum clericos, qui Arausiensium fautores contra Wittium diverant. *Baylius* (diction. hist. et crit. t. IV. p. 258. L.) propter scribendi genus et argumentum hunc librum Benedicto attribuit.<sup>36)</sup> Sed Spinoza ipse ab amicis quibusdam interrogatus se auctorem esse negavit. Conf. *Coler.* p. 633. *La vie de Spin.* p. 46. Alii *Ludovico Meyero*, alii *Herm. Schellio*, alii plerique *domino van den Hoof* (*de la Court*) assignarunt. Vid. *Leibnit.* tentam. theod. III. §. 375. *La vie de Spin.* p. 46. *de Murr* I. l. p. 30.<sup>37)</sup>

36) Idem censuerunt *J. A. Ortloff*, *Handbuch der Literatur der Philos.* I. *Abth.* p. 213. *Carroll et Hicks*, Spinoza reviv'd or a treatise proving the book entitled The rights of the Christian church etc. in the most notorious parts of it to be the same with Spinoza's rights of the Christian clergy, and that both of them are grounded upon downright atheism; to which is added a preliminary discourse relating to the said books by the reverend Dr. George Hicks. Lond. 1709. 8.

37) Dum haec formis exudebantur, in manus meas veniebat liber recentissimus: „*Renati des Cartes et Benedicti de Spinoza præcipua opera philosophica recognovit notitias historico-philosophicas adiecit Dr. Carolus Riedel.*“ Vol. I. *Cartesii meditationes et Spinozae dissertationes philosophicae* (de emendatione intellectus, tractatus politicus, de iure ecclesiasticorum). Vol. II. *Spinozae Ethica*. Lips. 1843. 12. In

2. „*Philosophia sacrae scripturae interpres. Exercitatio paradoxa*, in qua veram philosophiam infallibilem sacras literas interpretandi normam esse apodictice demonstratur et discrepantes ab hac sententiae expenduntur et refelluntur. Eleutheropoli (Amstel.) 1666.“ 4. pagg. 105. Est *Ludovici Meycri medici*. Denuo editus est hic libellus h. t.: „*Danielis Heinsii operum historicorum collectio secunda*“ Lugd. Batav. 1673. 8. Denique „tertium edita et appendice loach. Camerarii aucta cum notis variis et praefatione Io. Sal. Semleri.“ Hal. 1776. 8. Conf. *de Murr l. l. pag. 11.*

*Spinozae scriptorum statim ab initio multi fuerunt et fautores et adversarii, quorum hoc loco tantum in universum fieri potest mentio. Nam de singulorum tractatum adversariis et interpretibus suo loco disputandum est in praefatiunculis cuique volumini antepositis.*

*Discipulorum Spinozae ad magistri sistema propagandum et excolendum pauci exsisterunt. Tres sunt commemoratu digni:*

1. *Lucas medicus Hagensis*: „*L'esprit de Mr. Spinoza, c'est à dire ce que croit la plus saine partie du monde*.“ Idem procul dubio auctor est libelli supra citati: „*La vie de Spinoza*“, uti docet „*avertissement*“ p. 2. Cf. *Reimanni introduct. in historiam theologiae Iudaicae* p. 645. *de Murr l. l. pag. 15.*

2. *Abrah. Ioh. Cuffeler* I. U. D. logicam secundum magistri principia edidit h. t.: „*Specimen artis ratiocinandi naturalis et artificialis ad pantosophiae principia manuducens*.“ III PP. cum 12 tabulis aeneis. Hamburgi apud Henr. Kunrath. (Amstel., Christoph. Conrad) 1684. 8. Vid. *La vie de Spin.* p. 47. *Ioh. Staalkopf de Spinozismo post Spinozam* p. 8. *de Murr l. l. p. 31.*

---

*praefat. vol. II. pag. X.: „Libellus, inquit, celeberrimus Lucii Ant. Constantii de iure ecclesiasticorum in nostra editione denuo impressus ubique Spinozae tribuebatur. Si Spinoza eum non conscrpsit, tamen statuendum, haud inscio ipso unum ex amicissimis v. gr. Ludovicum Mayer ... librum in lucem dedisse.“*

I.

RENATI DES CARTES

PRINCIPIA PHILOSOPHIAE

MORE GEOMETRICO DEMONSTRATA

PER

BENEDICTUM DE SPINOZA

AMSTELODAMENSEM.

ACCESSIONE RUEDEM

C O G I T A T A M E T A P H Y S I C A

N Q U I B U S D I F F I C I L I O R E S Q U A E T A M I N P A R T E M E T A P H Y S I C E S G E N E R A L I Q U A M S P E C I A L I O C C U R R U N T Q U A E S T I O N E S B R E V I T E R E X P L I C A N T U R .



C A N D I D O  
L E C T O R I

S. P. D.

LUDOVICUS MEYER.

---

Mathematicorum in scientiis investigandis ac tradendis methodum, qua nempe ex definitionibus, postulatis atque axiomaticis conclusiones demonstrantur, optimam esse tuissimumque veritatis indagandae atque docendae viam, omnium, qui supra vulgus sapere volunt, unanimis est sententia. Et quidem iure merito. Etenim quum omnis rei ignotae certa ac firma cognitio non nisi ex certo praecognitis hauriri ac derivari queat, haec necessario ab imo praestruenda erunt, tanquam stabile fundamentum, cui postmodum, ne sponte subsidat aut minimo impetu pessum eat, totum cognitionis humanae aedificium superimponatur. Istius autem notae esse quae passim matheseos cultoribus nomine definitionum, postulatorum atque axiomatum venire solent, nemini dubium esse poterit qui nobilem istam disciplinam a limine tantum salutaverit. Definitiones enim nihil aliud sunt quam terminorum atque nominum, quibus res tractandae designantur, apertissimae explicationes. Postulata autem et axioma seu communes animi notiones adeo clarae atque perspicuae sunt enuntiationes, ut iis omnes, qui ipsa vocabula solummodo recte intellexerint, assensum negare nequam possint.

Verum enim vero quamvis haec ita se habeant, nullas tamen, *mathematicas excipias, scire disciplinas ea modo conscriptas*

reperies; sed alia toto paene coelo ab hac diversa, qua nempe per definitiones et divisiones inter se continuo concatenatas atque hinc inde quaestionibus atque explicationibus intermixtas totum absolutur negotium. Iudicarunt enim ferme omnes, ac etiamnum iudicant multi qui scientiis constituendis conscribendisque animum adiecerunt, methodum istam mathematicis disciplinis esse peculiarem reliquasque omnes illam respuere atque aspernari. Unde factum, ut quaecumque in medium adducunt nullis apodicticis rationibus demonstrent, sed tantum verisimilitudinibus probabilibusque argumentis adstruere conentur, magnam ea ratione magnorum librorum farraginem in lucem protrudentes, in quibus nihil stabilis invenias atque certi, sed omnia contentionis atque dissidii plena, et quod ab uno ratiunculis quibusdam levibus utcumque confirmatum est, mox ab alio confutatum atque iisdem armis dirutum ac disiectum; adeo ut immotae veritatis avida mens, ubi tranquillum studii sui stagnum, quod tuto et prospero cursu traicere ac quo traecto tandem optato cognitionis portu potiri posset, invenire putarat, in opinionum impetuoso se fluctuantem videat mari, ac tempestatibus contentionum undique circumcinctam, incertitudinumque fluctibus indesinenter sine ulla ex iis unquam emergendi spe iactatam atque abreptam.

Non defuere tamen aliqui qui ab his seorsim senserunt, atque hanc miserrimam philosophiae sortem miserati ab ista communi et ab omnibus trita scientias tradendi via recesserunt, ac novam eamque sane arduam multisque difficultatibus scatentem ingressi sunt, ut reliquas ultra mathesin philosophiae partes methodo atque certitudine mathematica demonstratas posteritati relinquerent. Quorum alii iam receptam et in scholis doceri solitam, alii novam proprio Marte adiuentam istum in ordinem redegerunt philosophiam atque orbi literario propinarunt. Et quamvis diu multisque labor iste irrito successu susceptus fuerit, exortum tamen sicut tandem splendidissimum illud saeculi nostri iubar **Renatus Des Cartes**, qui postquam in mathesi quicquid veteribus inaccessum fuerat, quicquid insuper a coetaneis suis desiderari posset, nova methodo e tenebris in lucem protraxerat, philosophiae fundamenta inconcussa eruit, quibus plurimass veritates ordine ac certitudine mathematica superstrui posse

et ipse revera demonstravit, et omnibus, qui illius scriptis nuncquam satis laudandis animum sedulo applicuerunt, luce meridiana clarus appareat.

Et quamvis nobilissimi atque incomparabilis huius viri scripta philosophica mathematicam demonstrandi rationem ac ordinem contineant, non tamen ista communi ac in elementis Euclideis caeterisque geometris usitata, qua nempe praemissis definitionibus, postulatis atque axiomatibus propositiones earumque demonstrationes subiunguntur, exarata sunt; sed alia multum ab hac diversa, quam ipse et veram optimamque ad docendum viam et analyticam vocat. Duplicem enim in fine responsionis ad secundas obiectiones apodictice demonstrandi rationem agnoscit\*), unam per analysin, quae veram viam ostendit, per quam res methodice et tanquam a priori inventa est etc., alteram per synthesin, quae utitur longa definitionum, petitionum, axiomatum, theorematum et problematum serie, ut si quid ipse ex consequentibus negetur, id in antecedentibus contineri statim ostendat, sicque a lectore quantumvis repugnante ac pertinaci assencionem extorqueat etc.

Verumtamen licet in utraque demonstrandi ratione certitudo, quae extra omnem dubitationis aleam posita est, reperiatur, non omnibus utraque aequa utilis atque commoda existit. Plurimi enim mathematicarum scientiarum plane rudes, adeoque methodi quo illae conscriptae sunt syntheticae, et qua inventae sunt analyticae prorsus ignari, res, quae his in libris pertractantur, apodictice demonstratas nec sibimet ipsis assequi nec aliis exhibere queunt. Unde factum, ut multi, qui aut caeco impetu abrepti aut aliorum auctoritate ducti Cartesio nomen dederunt, eius sententiam atque dogmata tantummodo memoriae impresserunt, atque ubi de iis sermo incidit, solum effutre multaque de istis garris, nihil autem demonstrare sciant, quemadmodum olim fuit et adhuc hodie Peripateticae philosophiae addictis solemne est.

---

\* ) Vid. Renati des Cartes meditationes de prima philosophia, in quibus Dei existentia et animae humanae a corpore distinctio demonstratur. His adiunctae sunt variae obiectiones doctorum virorum in istas de Deo et anima demonstrationes cum responsionibus auctoris. Amstel. 1658. 4. p. 97.

Quocirca ut his aliquid subsidii adferretur, saepenumero optavi, aliquem tam analytici quam synthetici ordinis peritum ac in scriptis Cartesii apprime versatum illiusque philosophiae penitus granum manum operi admovere, et quae ille ordine analytico conscriperat, in syntheticum redigere ac more geometris familiariter demonstrare velle. Imo ipse, quamvis meae tenuitatis abunde conscious ac tanto operi longe impar simus, id ipsum tamen praestare saepe in animum meum induxi, quin etiam aggressus fui. Sed aliae quibus saepissime distrahor mihi illud peragendi viam obseperunt occupationes.

Gratissimum itaque mihi accidit ex auctore nostro intelligere, se discipulo cuidam suo, dum eum Cartesii philosophiam doceret, secundam principiorum partem integrum ac partem tertiae more illo geometrico demonstratas, nec non praecipuas difficilioresque quae in metaphysicis ventilantur quaestiones atque a Cartesio nondum enodatas dictasse, atque haec una a se correcta et aucta ut lucem adspicerent, amicis id summopere expetentibus atque extorquentibus concessisse. Unde etiam ego idem id probavi, simulque operam meam, si ea in edendo egeret, ex animo obtuli; ac suasi praeterea, imo rogavi, ut primam quoque principiorum partem similem redigeret in ordinem ac his praemitteret, quo ab ovo res hoc modo disposita et melius intelligi et magis placere posset. Quod quum summa ratione niti videret, et amici precibus et lectoris utilitati denegare noluit; meisque insuper curis totum tam impressionis, quum procul ab urbe ruri degat adeoque illi adesse non possit, quam editionis negotium commisit.

Haec igitur sunt quae tibi, candide lector, damus hoc in libello: nempe Renati Des Cartes primam et secundam principiorum philosophiae partes, una cum fragmento tertiae<sup>\*)</sup>, quibus nostri auctoris cogitata metaphysica nomine appendicis subiunximus. At vero pri-

<sup>\*)</sup> Renati des Cartes principia philosophiae prodierunt Amstelod. 1656. 4. et constant quatuor partibus: I. de principiis cognitionis humanae; II. de principiis rerum materialium; III. de mundo adspectibili; IV. de terra.

man principiorum partem quum hic et nos dicimus, et libelli titulus promittat, id non ita intellectum volumus, ac si omnia, quae in ea a Cartesio dicta sunt, hic geometrico ordine demonstrata exhiberentur; sed tantum denominationem a potiori fuisse desumptam, adeoque praecipua, quae ad metaphysicam spectant, et in meditationibus suis tractavit Cartesius (caeteris omnibus quae sunt logicae considerationis et tantum historice narrantur ac recensentur praetermissis) inde esse decerpia. Quae etiam quo facilius absolveret auctor, huc verbotenus fere omnia illa, quae sub fine responsionis ad secundas obiectiones geometrico ordine disposita habet Cartesius \*), transtulit; omnes quidem illius definitiones praemittendo ac propositiones suis inserendo, at axiomata non continuo definitiobus subnectendo, sed post quartam demum propositionem interponendo, eorumque ordinem quo facilius demonstrari possent immutando, ac quaedam quibus non egebat omittendo. Et quamvis haec axiomata (ut etiam habet ipse Cartesius postulato VII. \*\*) instar theorematum demonstrari", ac etiam concinnius nomine propositionum venire posse, auctorem nostrum non fugiat, nosque etiam, ut id effectum daret, petierimus; maiora tamen quibus est implicitus negotia ei tantum duarum, quibus hoc opus absolvere coactus fuit, septimanarum otium concesserunt, adeoque in causa fuere, quo minus et suo et nostro desiderio satisfacere potuerit, sed brevem dumtaxat subnectens explicationem, quae demonstrationis vicem subire potest, maiorem atque omnibus numeris absolutam in aliud tempus reicerit. Si forte post hanc distractam impressionem nova adornaretur, ad quam augendam conabimur etiam ab ipso impetrare, ut totam tertiam partem de mundo adspectabili (cuius tantum adiunximus fragmentum, quum auctor hic institutioni finem impo- suerit, et nos eo, quantulumcumque sit, lectorem privare nolue- rimus) absolvat. Atque hoc ut debito modo perficiatur, hinc inde in secunda parte quaedam de fluidorum natura et pro-

\*) Vid. Cartesii meditat. de prima philosophia p. 100 —  
fir. „Rationes Dei existentiā et animae a corpore distinctionem pro-  
bantes more geometrico dispositae.”

\*\*) Conf. Cartesii meditat. de prima philosophia p. 23,

prietatibus propositiones interspargendae erunt, quod ut auctor tum exsequatur, pro virili admittar.

Nec tantum in axiomatibus proponendis explicandisque, sed etiam in ipsis propositionibus caeterisque conclusionibus demonstrandis a Cartesio saepissime recedit atque apodeixi longe ab illius diversa utitur noster auctor. Quod sane nemo ita interpretetur, ac si clarissimum illum virum in iis corrigeret vellet; sed eum in finem tantum factum putet, ut suum iam receptum ordinem melius retinere posset, nec axiomatum numerum nimium augeret. Qua eadem etiam de causa quam plurima, quae Cartesius sine ulla demonstratione proposuit, demonstrare, et quae plane praetermisit addere coactus fuit.

Animadvertisi tamen vel imprimis velim in his omnibus, nempe tam in prima et secunda principiorum partibus ac fragmento tertiae, quam in cogitatis suis metaphysicis auctorem nostrum meras Cartesii sententias illarumque demonstrationes, prout in illius scriptis reperiuntur, aut quales ex fundamentis ab illo iactis per legitimam consequentiam deduci debebant, proposuisse. Quum enim discipulum suum Cartesii philosophiam docere promisisset, religio ipsi fuit, ab eius sententia latum unguem discedere, aut quid quod eius dogmatibus aut non responderet aut contrarium esset dictare. Quam ob rem iudicet nemo, illum hic aut sua aut tantum ea quae probat docere. Quamvis enim quaedam vera iudicet, quaedam de suis addita fateatur, multa tamen occurrunt, quae tanquam falsa relict et a quibus longe diversam sovet sententiam. Cuius notae inter alia, ut ex multis unum tantum in medium affram, sunt quae de voluntate habentur principiorum phil. part. I. prop. 15. schol. et append. part. II. cap. 12., quamvis satis magno molimine atque apparatu probata videantur. Neque enim eam distinctam ab intellectu, multo minus tali praeditam esse libertate existimat. Etenim in his asserendis, ut ex dissertatione de methodo parte IV.<sup>o</sup>) et meditatione

<sup>o</sup>) Conf. Renati des Cartes specimen philosophiae seu dissertatione de methodo recte regendae rationis et veritatis in scientiis investigandae, dioptrice et meteora. Amstel. 1656. 4. p. 23. sqq.

II.<sup>9</sup>) alioque locis liquet, tantum supponit, non probat Cartesius, mentem humanam esse substantiam absolute cogitantem: quem contra auctor noster admittat quidem, in rerum natura esse substantiam cogitantem, attamen neget, illam constituere essentiam mentis humanae; sed statuat, eodem modo, quo extensio nullis limitibus determinata est, cogitationem etiam nullis limitibus determinari; adeoque, quemadmodum corpus humanum non est absolute, sed tantum certo modo secundum leges naturae extensa per motum et quietem determinata extensio, sic etiam mentem sive animam humanam non esse absolute, sed tantum secundum leges naturae cogitantis per ideas certo modo determinatam cogitationem; quae necessario dari concluditur, ubi corpus humanum existere incipit. Ex qua definitione non difficile demonstratu esse putat, voluntatem ab intellectu non distingui, multo minus ea, quam illi Cartesius adscribit, pollere libertate; quin imo ipsam affirmandi et negandi facultatem prorsus fictitiam: τὸ autem affirmare et negare nihil praeter ideas esse; caeteras vero facultates, ut intellectum, cupiditatem etc. in numerum figmentorum, aut saltem illarum notionum reponi debere, quas homines ex eo quod res abstracte concipiunt formaverunt, quales sunt humanitas, lapideitas et id genus aliae.

Praetereundum etiam hic nequaquam est, in eundem censem venire debere, hoc est, ex Cartesii mente tantum dici, quod aliquibus in locis reperitur, nempe *hoc aut illud captum humanum superare*. Neque enim hoc ita accipiendum, ac si ex propria sententia talia proferret noster auctor. Iudicat enim ista omnia atque etiam plura alia magis sublimia et subtilia non tantum clare ac distincte a nobis concepi, sed etiam commodissime explicari posse; si modo humanus intellectus alia via, quam quae a Cartesio aperta atque strata est, in veritatis investigationem rerumque cognitionem ducatur: atque adeo scientiarum fundamenta a Cartesio eruta, et quae iis ab ipso superaedificata sunt, non sufficere ad omnes ac difficillimas quae in metaphysicis occurrunt quaestiones

<sup>9</sup>) Conf. Cartesii meditat. de prima philos. II. de na-  
tura mentis humanae p. 2. sgg.

enodandas atque solvendas ; sed alia requiri , si ad illud cognitio-  
nis fastigium intellectum nostrum cupimus evulgere.

Denique (ut praefandi finem faciam) lectores non ignorare vo-  
lumus , omnes hos tractatus nullum alium in finem , quam veri-  
tatis indagandae atque propagandae hominesque ad verae ac  
sincerae philosophiae studium incitandi gratia evulgari;  
adeoque ut ex lectione uberem fructum capiant , cuique ex animo  
optamus .

---

# INDEX

*propositionum, lemmatum, corollariorum al. quae in I. II. et III.  
principiorum philosophiae partibus continentur.*

---

## P A R S I.

### Prolegomenon.

1. Dubitatio de omnibus.
2. Inventio fundamenti omnis scientiae.
3. Liberatio ab omnibus dubiis.

### Definitiones 1—10.

### Axiomata 1—3.

**Propos. 1.** De nulla re possumus absolute esse certi, quam diu nescimus nos existere.

2. *Ego sum* debet esse per se notum.

3. *Ego* quatenus res constans corpore *sum* non est primum nec per se cognitum.

4. *Ego sum* non potest esse primum cognitum, nisi quatenus cogitamus.  
**Corollar.** Mens notior est corpore.

**Scholium.** Cogito unicum et certissimum fundamentum totius philosophiae.

### Axiomata ex Cartesio deponita 4—11.

5. Dei existentia ex sola eius naturae consideratione cognoscitur.

**Scholium.** Quae sequuntur praeclera.

6. Dei existentia ex eo solo, quod eius idea sit in nobis, a posteriori demonstratur.

**Scholium.** Tria quae notanda.

7. Dei existentia demonstratur etiam ex eo, quod nos ipsi habentes eius ideam existamus.

**Scholium.** Examinatur Cartesii demonstratio propos. 7.

**Lemma 1.** Quo res sua natura perfectior est, eo maiorem existentiam et magis necessariam involvit; et contra, quo magis necessariam existentiam res sua natura involvit, eo perfectior est.

**Corollar.** Quidquid necessariam existentiam involvit est Deus.

**Lemma 2.** Qui potentiam habet se conservandi, eius natura necessariam involvit existentiam.

**Corollar.** Deus potest efficiere id omne quod clare percipimus, prout id ipsum percipimus.

8. Mens et corpus realiter distinguuntur.
9. Deus est summe intelligens.
- Schol. De Dei incorporei extensione et intellectu.
10. Quidquid perfectionis in Deo reperitur, a Deo est.
11. Non dantur plures dii.
12. Omnia quae existant a sola vi Dei conservantur.
- Coroll. 1. Deus est omnium rerum creator.
- Coroll. 2. Res nullam ex se habent essentiam, quae sit causa cognitionis Dei; sed contra Deus est causa rerum, etiam quoad eorum essentiam.
- Coroll. 3. Deus non sentit nec proprie percipit.
- Coroll. 4. Deus est causalitate prior rerum essentia et existentia.
13. Deus est summe verax.
14. Quidquid clare et distincte percipimus verum est.
- Schol. Cavere possumus ne in errores incidamus et fallamur.
15. Error non est quid positivum.
- Schol. Error est privatio recti usus libertatis.
16. Deus est incorporeus.
17. Deus est ens simplicissimum.
- Coroll. Dei intelligentia, voluntas seu decretum et potentia non distinguuntur nisi ratione ab eius essentia.
18. Deus est immutabilis.
19. Deus est aeternus.
20. Deus omnia ab aeterno praeordinavit.
- Coroll. Deus est summe constans in suis operibus.
21. Substantia extensa in longum, latum et profundum revera existit, nosque uni eius parti uniti sumus.

### P A R S III.

*Postulatum.*

*Definitiones 1—9.*

*Axiomata 1—21.*

**Lemma 1.** Ubi datur extensio sive spatium, ibi datur necessario substantia.

**Lemma 2.** Rarefactio et condensatio clare et distincte a nobis concipiuntur, quamvis non concedamus, corpora in rarefactione maius spatium occupare, quam in condensatione.

**Propos. 1.** Quamvis durities, pondus et reliquae sensiles qualitates a corpore aliquo separantur, integra remanebit nihilo minus natura corporis.

**2.** Corporis sive materiae natura in sola extensione consistit.

**Coroll.** Spatium et corpus in re non differunt.

**Schol.** Quid sit Deum esse ubique.

**3.** Repugnat ut detur vacuum.

4. *Era pars corporis non maius spatium occupat una vice quam alia, et contra idem spatium una vice non plus corporis continet quam alia.*

*Coroll.* *Corpora quae aequale spatium occupant, puta aurum et aëris, aequae multum materiae sive substantiae corporeae habent.*

5. *Nullae dantur atomi.*

*Schol.* *Quaestio de atomis.*

6. *Materia est indefinite extensa, materiaque coeli et terrae una eademque est.*

*Schol.* *Zenonis de motu locali sententia examinatur et refutatur.*

7. *Nullum corpus locum alterius ingreditur, nisi simul illud alterum locum alicuius alterius corporis ingrediatur.*

8. *Quum corpus aliquod locum alterius ingreditur, eodem temporis momento locus ab eo derelictus ab alio corpore occupatur, quod ipsum immediate tangit.*

*Schol.* *Duplex error refutatur.*

*Coroll.* *In omni motu integer circulus corporum simul moveatur.*

9. *Si canalis ABC circularis sit aqua plenus, et in A sit quadruplo latior quam in B, eo tempore, quo illa aqua (vel aliud corpus fluidum) quae est in A, versus B incipit moveri, aqua quae est in B quadruplo celerius movebitur.*

*Lemma.* *Si duo semicirculi ex eodem centro describantur, spatium inter peripherias erit ubique aequale; si vero ex diversis centris describantur, spatium inter peripherias erit ubique inaequale.*

10. *Corpus fluidum, quod per canalem ABC movetur, accipit indefinites gradus celeritatis.*

11. *In materia, quae per canalem ABC fluit, datur divisio in particulas indefinitas.*

*Schol.* *De causa motus dupli.*

12. *Deus est causa principalis motus.*

13. *Kandem quantitatem motus et quietis, quam Deus semel materiae impressit, etiamnum suo concursu conservat.*

*Schol.* 1. *De discrimine quod hic intercedit inter theologiam et philosophiam.*

*Schol.* 2. *Motus materiae modus.*

14. *Unaquaque res, quatenus simplex et indivisa est, et in se sola consideratur, quantum in se est, semper in eodem statu perseverat.*

*Coroll.* *Corpus, quod semel movetur, semper moveri pergit, nisi a causis externis retardetur.*

15. *Omnis corpus motum ex se ipso tendit, ut secundum lineam rectam, non vero curvam pergit moveri.*

*Schol.* *De vi demonstrationis antecedentis.*

*Coroll.* *Omnis corpus, quod secundum lineam curvam moveatur,*

continuo a linea, secundum quam ex se pergeret moveri, deflectu; idque vi alicuius causae externae.

16. Omne corpus, quod circulariter movetur (ut lapis ex. gr. in funda), continuo determinatur, ut secundum tangentem perget moveri.
17. Omne corpus, quod circulariter movetur, conatur recedere a centro circuli, quem describit.
18. Si corpus aliquod, puta A, versus aliud corpus quiescentis B movetur, nec tamen B propter impetum corporis A aliquid sua quietis amittat; neque etiam A sui motus aliquid amittet, sed eandem quantitatem motus, quam antea habebat, prorsus retinebit.
19. Motus in se spectatus differt a sua determinatione versus certam aliquam partem; neque opus est, corpus motum ut in contrarium partem feratur sive repellatur, aliquamdiu quiescere.

**Coroll.** Motus non est motui contrarius.

20. Si corpus A corpori B occurrit et ipsum secum rapiat, tantum motus, quantum B propter occursum A ab ipso A acquirit, de suo motu A amittet.
21. Si corpus A duplo maius sit quam B, et aequa celeriter moveatur; habebit etiam A duplo maiorem motum quam B, sive vim ad aequalem celeritatem cum B retinendam.
22. Si corpus A aequale sit corpori B, et A duplo celerius quam B moveatur, vis sive motus in A erit duplus ipsius B.

**Coroll.** 1. Quo corpora tardius moventur, eo magis de quiete participant.

**Coroll.** 2. Si corpus A duplo celerius moveatur quam corpus B, et B duplo maius sit quam A, tantundem motus est in B maiori, quam in A minori, ac proinde etiam aequalis vis.

**Coroll.** 3. Motus a celeritate distinguitur.

23. Quum modi alicuius corporis variationem pati coguntur, illa variatio semper erit minima, quae dari potest.
24. **Reg.** 1. Si duo corpora (puta A et B) essent plane aequalia, et in directum versus se invicem aequa velociter moverentur; quum sibi mutuo occurrent, utrumque in contrarium partem reflectetur nulla sua celeritatis parte amissa.
25. **Reg.** 2. Si mole essent inaequalia, B nempe maius quam A, ceteris ut prius positis, tunc solum A reflectetur, et utrumque eadem celeritate perget moveri.
26. Si mole et celeritate sint inaequalia, B nempe duplo maius quam A, motus vero in A duplo celerior, quam in B, ceteris ut prius positis, ambo in contrarium partem reflectentur unoquoque suam, quam habebant, celeritatem retinente.
- Coroll.** Determinatio unius corporis aequalis vim requirit ut mutesur, quam motus.
27. **Reg.** 3. Si mole sint aequalia, sed B tantillo celerius moveatur quam A, non tantum A in contrarium partem reflectetur, sed etiam

B dimidiat partem celeritatis, qua A excedit, in A transferet, et ambo aequa celeriter pergent moveri versus eandem partem.

*Ceroll.* Quo corpus aliquod celerius movetur, eo magis determinationem est, ut, secundum quam lineam movetur, moveri perget; et contra.

*Schol.* De discrimine inter vim determinationis et vim motus.

21. *Reg. 4.* Si corpus A plane quiesceret, essetque paulo maius quam B; quacumque cum celeritate B moveatur versus A, nunquam ipsum A movebit, sed ab eo in contrariam partem repelletur suum integrum motum retinendo.

22. *Reg. 5.* Si corpus quiescens A esset minus quam B, tum quantumvis B tardie versus A moveretur, illud secum movebit, partem scilicet sui motus ei talem transferendo, ut ambo postea aequa celeriter moveantur.

23. *Reg. 6.* Si corpus A quiescens esset accuratissime aequale corpori B versus illud moto, partim ab ipso impelleretur, partim ab ipso in contrariam partem repelletur.

24. *Reg. 7.* Si B et A versus eandem partem moverentur, A quidem tardius, B autem illud insequens celerius, ita ut ipsum tandem attingeret. essetque A maius quam B, sed excessus celeritatis in B esset maior, quam excessus magnitudinis in A; tum B transferet tantum de suo motu in A, ut ambo postea aequa celeriter et in easdem partes progrediantur. Si autem contra excessus magnitudinis in A esset maior, quam excessus celeritatis in B, in contrariam partem ab ipso reflecteretur motum omnem suum retinendo.

*Schol.* Transgrediendum ad corpora consideranda quae ab aliis cinguntur.

25. Si corpus B undequaque cingatur a corpusculis motis, ipsum aequali vi versus omnes partes simul pellentibus, quam diu nulla alia causa occurrit, in eodem loco immotum manebit.

26. Corpus B, iisdem ut supra positis, vi quantumvis parva adventitia versus quamcumque partem moveri potest.

27. Corpus B, iisdem positis ut supra, non potest celerius moveri, quam a vi externa impulsum est, quamvis particulae, a quibus cinguntur, longe celerius agitantur.

28. Quum corpus B sic ab externo impulsu movetur, maximam partem sui motus a corporibus, a quibus continuo cinguntur, accipit, non autem a vi externa.

29. Si corpus aliquod, ex. gr. manus nostra, quaquaversum aequali motu moveri posset, ita ut nullis corporibus ullo modo resistat; necessario in illo spatio, per quod sic moveretur, tot corpora versus unam partem, quam versus quamcumque aliam, aequali inter se et aequali cum manu vi celeritatis movebuntur.

30. Si corpus aliquod (puta A) quacumque parva vi versus quamcumque partem moveri potest, illud necessario cingitur a corporibus, quae aequali inter se celeritate moventur.

*Schol.* Quae sint corpora fluida, quae dura.

## P A R S   I I I .

Prolegomenon.

Postulatum.

Definitiones 1—4.

Axiomata 1—4.

Propos. 1. Parties materiae, in quas primo fuit divisa, non erant rotundae, sed angulosae.

2. Vis, quae efficit, ut materiae particulae circa propria centra moverentur, simul efficit, ut particularum anguli mutuo occursu alterentur.

---

# INDEX

*capitum et materierum in I. et II. parte appendicis  
contentarum.*

---

## PARS I.

*CAP. I. De ente reali, ficto et rationis.*

1. Entis definitio.
2. Chimaeram, ens factum et ens rationis non esse entia.
3. Quibus cogitandi modis res retineamus.
4. Quibus cogitandi modis res explicemus.
5. Quibus cogitandi modis res imaginemur.
6. Entia rationis cur non sint ideae rerum, et tamen pro illis habeantur.
7. Male dividi ens in reale et rationis.
8. Eas rationis quomodo dici possit merum nihil, et quomodo ens reale.
9. In rerum investigatione entia realia cum entibus rationis non confundenda.
10. Quomodo ens rationis et ens factum distinguantur.
11. Entis divisio.

*CAP. II. Quid sit esse essentiae, quid esse existentiae, quid esse  
ideae, quid esse potentiae.*

1. Creaturas in Deo esse eminenter.
2. Quid sit esse essentiae, existentiae, ideae ac potentiae.
3. Haec quatuor a se invicem non distingui nisi in creaturis.
4. Ad quaestiones quasdam de essentiis respondetur.
5. Cur auctor in definitione essentiae ad Dei attributa recurrit?
6. Cur aliorum definitiones non recensuit?
7. Quomodo distinctio inter essentiam et existentiam facile addiscatur.

*CAP. III. De eo quod est necessarium, impossibile, possibile  
et contingens.*

1. Quid hic per affectiones intelligendum sit.
2. Affectionum definitio.
3. Quot modis res dicatur necessaria et impossibilis.
4. Chimaeram commode ens verbale vocari.
5. Res creatas quoad essentiam et existentiam a Deo dependere.
6. Necessitatem, quae in rebus creatis a causa est, esse vel essentiae vel existentiae; at haec duo in Deo non distinguuntur.

1. Possibile et contingens non esse rerum affectiones.
2. Quid sit possibile, quid contingens.
3. Possibile et contingens esse tantum defectus nostri intellectus.
10. Conciliationem libertatis nostri arbitrii et praordinationis Dei h manum captum superare.

*CAP. IV. De aeternitate, duratione et tempore.*

1. Quid sit aeternitas.
2. Quid duratio.
3. Quid tempus.

*CAP. V. De oppositione, ordine etc.*

Quid sint oppositio, ordo, convenientia, diversitas, subiectum, a iunctum etc.

*CAP. VI. De uno, vero et bono.*

1. Quid sit unitas.
2. Quid sit multitudo, et quo respectu Deus dici possit unus et q respectu unicus.
3. Quid sit verum, quid falsum tam apud vulgum quam apud philosophos.
4. Verum non esse terminum transcendentalem.
5. Veritas et vera idea quomodo differant.
6. Quaenam sint proprietates veritatis. Certitudinem non esse rebus.
7. Bonum et malum tantum dici respective.
8. Quare aliqui bonum metaphysicum statuerunt.
9. Res et conatus, quo res in statu suo perseverare conantur, qu modo distinguantur.
10. An Deus ante res creatas dici possit bonus.
11. Perfectum quomodo dicatur respective, quomodo absolute.

P A R S II.

*CAP. I. De Dei aeternitate.*

1. Substantiarum divisio.
2. Deo nullam durationem competere.
3. Causae, ob quas auctores Deo durationem tribuerunt.
4. Quid sit aeternitas.

*CAP. II. De unitate Dei.*

Deum esse unicum.

*CAP. III. De immensitate Dei.*

1. Quomodo Deus dicatur infinitus, quomodo immensus.
2. Quid vulgo per Dei immensitatem intelligatur.
3. Deum esse ubique probatur.
4. Omnipraesentia Dei explicari nequit.
5. Dei immensitatem a quibusdam statui triplicem; sed male.
6. Dei potentiam non distingui ab eius essentia.
7. Nec illius omnipraesentiam.

**CAP. IV. De immutabilitate Dei.**

1. Quid sit mutatio, quid transformatio.
2. In Deo transformationem locum non habere.
3. Quae sint mutationis causae.
4. Deum non mutari ab alio.
5. Nec etiam a se ipso.

**CAP. V. De simplicitate Dei.**

1. Rerum distinctio triplex: realis, modalis, rationis.
2. Unde nam omnis composite oriatur, et quotuplex sit.
3. Deum esse eas simplicissimum.
4. Dei aribitria distinguat tantum ratione.

**CAP. VI. De vita Dei.**

1. Quid vulgo per vitam intelligent philosophi.
2. Quibus rebus vita tribui possit.
3. Quid sit vita, et quid sit in Deo.

**CAP. VII. De intellectu Dei.**

1. Deum esse omniscium.
2. Obiectum scientiae Dei non esse res extra Deum.
3. Sed Deum ipsum.
4. Quomodo Deus noscat peccata et entia rationis etc.
5. Quomodo singularia, et quomodo universalia.
6. In Deo tantum unam esse et simplicem ideam.
7. Quae sit Dei scientia circa res creatas.

**CAP. VIII. De voluntate Dei.**

1. Quomodo Dei essentia, et intellectus quo se intelligit, et voluntas qua se amat, distinguantur nos nescire.
2. Voluntatem et potentiam Dei quoad extra non distingui ab eius intellectu.
3. Deum in proprio quaedam odio babere, quaedam amare.
4. Cur Deus homines moneat, cur non salvet absque monitione; et cur impii puniantur.
5. Scripturam nihil docere quod lumini naturae repugnet.

**CAP. IX. De potentia Dei.**

1. Quomodo omnipotentia Dei intelligenda sit.
2. Omnia esse necessaria respectu decreti Dei, non autem quaedam in se. quaedam respectu decreti.
3. Quod si Deus aliam fecisset rerum naturam, etiam nobis alium debuisse dare intellectum.
4. Quotuplex sit potentia Dei.
5. Quid absoluta, quid ordinata, quid ordinaria, quid extraordinaria.
6. De aliis quibusdam quaestionibus.

**CAP. X. De creatione.**

1. Quid sit creatio.
2. Creationis vulgaris definitio reicitur.
3. Propria explicatur.

4. Accidentia et modos non creari.
5. Nullum fuisse tempus aut durationem ante creationem.
6. Eandem esse Dei operationem mundi creandi, quam conservandi.
7. Quaenam sint creata.
8. Quomodo Dei cogitatio a nostra differat.
9. Non esse quid extra Deum Deo coeternum.
10. Quid hic vocibus ab aeterno denotetur.
11. Non potuisse aliquid ab aeterno creari probatur.
12. Ex eo, quod Deus sit aeternus, non sequi illius effecta etiam esse posse ab aeterno.
13. Deum, si necessario ageret, non esse infinitae virtutis.
14. Unde habeamus conceptum maioris durationis, quam est huic mundi.

*CAP. XI. De concursu Dei.*

1. Concursum Dei vulgari sensu in philosophia non esse admittendum.
2. Quomodo Dei conservatio se habeat in rebus determinandis ad operandum.
3. Divisionem attributorum Dei vulgarem magis esse nominis, quam rel.
4. Auctoris propria divisio.

*CAP. XII. De mente humana.*

1. Divisio substantiae creatae.
2. Angelos non esse metaphysicae, sed theologicae considerationis.
3. Mentem humanam non esse ex traduce, sed a Deo creari; at quando creetur nesciri.
4. Quo sensu anima humana sit mortalis.
5. Quo vero sensu immortalis.
6. Illius immortalitas demonstratur.
7. Deum non contra, sed supra naturam agere; et quid hoc sit secundum auctorem.
8. Cur aliqui putent, voluntatem non esse liberam.
9. Quid sit voluntas.
10. Dari voluntatem.
11. Eamque esse liberam.
12. Nec confundendam cum appetitu.
13. Neo aliquid esse praeter ipsam mentem.
14. Cur philosophi mentem cum rebus corporeis confuderunt?

PRINCIPIA  
H I L O S O P H I A E  
MORE GEOMETRICO DEMONSTRATA.

---

PARS PRIMA.  
PROLEGOMENON.

Antequam ad ipsas propositiones earumque demonstrationes accedamus, visum fuit in antecessum succinete obsponere, cur Cartesius de omnibus dubitaverit, qua via scientiarum fundamenta eruerit, ac tandem quibus mediis bōmnibus dubiis liberaverit<sup>\*)</sup>). Quae omnia quidem in ordinā mathematicum redigissimus, nisi prolixitatem, quae ad id estandum requireretur, impedire iudicavissimus, quo minus c omnia, quae uno obtutu tanquam in pictura videri debent, ite intelligerentur.

Cartesius itaque ut quam cautissime procederet in rerum investigatione, conatus fuit

1. Omnia praeiudicia deponere;
2. Fundamenta invenire, quibus omnia superuenda essent;
3. Causam erroris detegere;
4. Omnia clare et distincte intelligere.

Ut vero primum, secundum ac tertium assequi posset, nia in dubium revocare aggreditur, non quidem ut scepticus,

---

<sup>\*)</sup> Conf. Cartesii principiorum philos. p. I. de principiis rationis humanae.

qui sibi nullum alium praefigit finem, quam dubitare, sed ut animum ab omnibus praeiudiciis liberaret, quo tandem firma atque inconcussa scientiarum fundamenta, quae hoc modo ipsum si quae essent effugere non possent, inventiret. Vera enim scientiarum principia adeo clara ac certa esse debent, ut nulla indigeant probatione, extra omanem dubitationis aleam sint posita, et sine ipsis nihil demonstrari possit. Atque haec post longam dubitationem reperit. Postquam autem hacc principia invenisset, non ipsi difficile fuit, verum a falso dignoscere ac causam erroris detegere; atque adeo sibi cavere, ne aliiquid falsum et dubium pro vero ac certo assumeret.

Ut autem quartum et ultimum sibi compararet, hoc est, omnia clare et distincte intelligeret, praincipia eius regula fuit, omnes simplices ideas, ex quibus reliquae omnes componuntur, enumerare ac quamlibet sigillatim examinare. Ubi enim simplices ideas clare et distincte percipere posset, sine dubio etiam omnes reliquas ex simplicibus illis conflatas eadem claritate et distinctione intelligeret. His ita praelibatis breviter explicabimus, quomodo omnia in dubium revocaverit, vera scientiarum principia invenerit, ac se ex dubitationum difficultatibus extricaverit.

### I. *Dubitatio de omnibus.*

Primo itaque sibi ob oculos ponit omnia illa quae a sensibus acceperat, nempe coelum, terram et similia, atque etiam suum corpus: quae omnia eo usque in rerum natura esse putaverat. Ac de horum certitudine dubitat, quia sensus ipsum interdum fefellerat, et in somnis sibi saepe persuaserat multa extra se vere existere, in quibus postea se delusum esse compoperat; ac denique quia alios etiam vigilantes asserere audierat, se in membris, quibus dudum caruerant, dolorem sentire. Quare non sine ratione etiam de sui corporis existentia dubitare potuit. Atque ex his omnibus vere concludere potuit, sensus non esse firmissimum fundamentum, cui omnis scientia superstruenda sit (possunt enim in dubium revocari); sed certitudinem ab aliis principiis nobis certioribus dependere. Ut autem porro talia investiget, secundo sibi ob oculos ponit omnia universalia, qualia

tant natura corporea in communi eiusque extensio, item figura, quantitas etc., ut etiam omnes mathematicae veritates. Et quamvis haec ipsi certiora viderentur, quam omnia quae a sensibus hauserat, rationem tamen de iis dubitandi invenit; quoniam alii eum circa ea errant, et praecipue quoniam insixa quaeradum erat eius menti vetus opinio, Deum esse, qui potest omnia, et a quo talis qualis existit creatus est, quiique adeo forsitan fecerat, ut etiam circa illa quae ipsi clarissima videbantur deciperetur. Atque hic est modus, quo omnia in dubium revocavit.

## II. *Inventio fundamenti omnis scientiae.*

Ut autem vera scientiarum principia inveniret, inquisiti postea, num omnia, quae sub eius cogitatione in cadere possent, in dubium revocari, ut sic exploraret, an non forte quid reliquum esset, de quo nondum dubitaverat. Quod si vero quid sic dubitando inveniret, quod nulla ex praecedentibus nec etiam ulla alia ratione in dubium revocari posset, id sibi tanquam fundamentum, cui omnem suam cognitionem superstruat, statuendum esse merito iudicavit. Et quamquam iam, ut videbatur, de omnibus dubitarat (nam aequo de iis, quae per sensus hauserat, quam de iis, quae solo intellectu perceperat, dubitaverat), aliquid tamen, quod explorandum esset, reliquum fuit, ille nimurum ipse, qui sic dubitabat, non quatenus capite, manibus reliquisque corporis membris constabat (quoniam de his dubitaverat); sed tantum quatenus dubitabat, cogitabat etc. Atque hoc accurate examinans comperit, se nullis praedictis rationibus de eo dubitare posse. Nam quamvis somnians aut vigilans cogitat, cogitat tamen atque est; et quamvis alii aut etiam ille ipse circa alia erravissent, nihilo minus, quoniam errabant, erant. Nec ullum suae naturae auctorem adeo callidum fingere potest, qui eum circa hoc decipiatur: concedendum enim erit ipsum existere, quam diu supponitur decipi. Nec denique quaecumque alia excogitur dubitandi causa, ulla talis adferri poterit, quae ipsum simul de eius existentia non certissimum reddat. Imo quo plurrs adferuntur dubitandi rationes, eo plura simul adferuntur argumenta, quae illum de sua existentia convincunt; adeo ut, quocumque se ad dubitandum vertat, co-

gatur nihilo minus in has voces erumpere: *dubito*, *cogito*, *ergo sum*.

Hac igitur detecta veritate simul etiam invenit omnium scientiarum fundamentum, ac etiam omnium aliarum veritatum mensuram ac regulam; scilicet: *Quicquid tam clare ac distincte percipitur quam istud verum est.*

Nullum vero aliud quam hoc scientiarum fundamentum esse posse, satis superque liquet ex praecedentibus; quoniam reliqua omnia facilissimo negotio a nobis in dubium revocari possunt, hoc autem nequaquam. Verum enim vero circa hoc fundamentum hic apprime notandum, hanc orationem: *dubito*, *cogito*, *ergo sum* non esse syllogismum, in quo maior propositio est omissa. Nam si syllogismus esset, praemissae clariores et notiores deberent esse, quam ipsa conclusio: *ergo sum*; adeoque *ego sum* non esset primum omnis cognitionis fundamentum, praeterquam quod non esset certa conclusio; nam eius veritas dependeret ab universalibus praemissis, quas dudum in dubium auctor revocaverat. Ideoque *cogito*, *ergo sum* unica est propositio, quae huic: *ego sum cogitans* aequivalet.

Sciendum porro, ut confusionem in sequentibus vitemus (clare enim ac distincte res percipienda est), quid simus. Nam hoc clare et distincte intellecto nostram essentiam cum aliis non confundemus. Ut igitur id ex praecedentibus ducatur, sic pergit noster auctor.

Omnis quas olim de se habuit cogitationes in memoriam revocat, ut: animam suam esse exiguum quid instar venti vel ignis vel aetheris crassioribus sui corporis partibus infusum, et: corpus sibi notius esse quam animam, illudque a se clarus ac distinctius percipi. Atque haec omnia clare pugnare cum iis deprehendit, quae hucusque intellexerat. Nam de suo corpore dubitare poterat, non autem de sua essentia quatenus cogitabat. Adde, quod haec neque clare neque distincte percipiebat, ac consequenter ex suae methodi praescripto tanquam falsa reiicere debebat. Unde quum talia ad se, quatenus hucusque sibi cognitus erat, pertinere intelligere non posset, pergit ulterius inquirere, quid ad suam essentiam proprie pertineat, quod in dubium revocare non potuerat, et ob quod suam existentiam concludere cogebatur. Talia autem

sunt: *quod sibi cavere voluerit, ne deciperetur; multa cupiverit intelligere; de omnibus quas intelligere non poterat dubitarit; non tantum hucusque affirmarit; omnia reliqua negarit et tanquam falsa reiecerit; multaque etiam invitatus imaginatus fuerit; et denique nulla tanquam a sensibus venientia animadverterit.* Quinque ex singulis his aequae evidenter suam existentiam colliguntur, nec ullum horum inter ea, quae in dubium revocaverat, recensere potuerit, ac denique omnia haec sub eodem attributo concipi possint: sequitur omnia haec vera esse et ad eius naturam pertinere. Atque adeo ubi dixerat: *cogito, omnes hi cogitandi modi intelligebantur, nempe dubitare, intelligere, affirmare, negare, velle, nolle, imaginari et sentire.*

Apprime autem hic notandum venit, quod magnum usum in sequentibus, ubi de distinctione mentis a corpore agetur, habebit: nempe 1. Hos cogitandi modos clare ac distincte sine reliquis, de quibus adhuc dubitatur, intelligi. 2. Eorum clarum et distinctum quem habemus conceptum, obscurum atque confusum reddi, si iis aliqua, de quibus adhuc dubitamus, adscribere vellemus.

### III. Liberatio ab omnibus dubiis.

Ut denique de iis, quae in dubium revocaverat, certus reddeatur omneque dubium tolleret, pergit inquirere in naturam entis perfectissimi, et an tale existat. Nam ubi ens perfectissimum existere deprehendet, cuius vi omnia producuntur et conservantur, cuiusque naturae repugnat, ut sit deceptor; tum illa ratio dubitandi tolletur, quam ex eo, quod suam causam ignorabat, habuit. Sciet enim facultatem veri a falso dignoscendi a Deo summe bono et veraci ipsi non fuisse datam, ut deciperetur. Adeoque mathematicae veritates, seu omnia, quae ipsi evidentissima esse videntur, minime suspecta esse poterunt. Progreditur deinde ut caeteras causas dubitandi tollat, inquiritque undenam fiat, quod aliquando erremus. Quod ubi invenit ex eo oriri, quod libera nostra voluntate utamur ad assentiendum etiam iis, quae tantum confuse perceptimus, statim concludere potuit, se in posterum ab errore cavere posse, modo non nisi clare et distincte perceptis assensum praebeat; quod unusquisque a se facile im-

petrare potest, quoniam potestatem habet cohibendae voluntatis, ac proinde efficiendi, ut intra limites intellectus contineatur. Verum quia in prima aetate multa hancimur praeiudicia, a quibus non facile liberamur, pergit porro, ut ab iis liberemur, et nihil nisi quasi clare et distincte percipimus amplectamur, simplices omnes notiones et ideas, ex quibus omnes nostrae cogitationes componuntur, enumerare, easque singulatum examinare, ut quicquid in unaquaque clarum, quid obscurum est, animadvertere possit. Sic enim facile clarum ab obscuro distinguere poterit, clarasque ac distinctas cogitationes efformare; adeoque faciliter realem distinctionem inter animam et corpus invenire; et quid in iis, quae a sensibus hancimur clarum, quid obscurum sit; et denique in quo somnium a vigiliis differat. Quo facto neque de suis vigiliis dubitare, neque a sensibus falli amplius potuit; ac sic se ab omnibus dubitationibus supra recensitis liberavit.

Verum antequam hic finem faciam, iis satisfaciendum videtur, qui sic argumentantur: „Quum Deum existere nobis per se non innotescat, de nulla re videmur posse unquam esse certi, nec Deum existere unquam nobis innotescere poterit. Nam ex incertis praemissis (omnia enim incerta esse diximus, quam diu nostram originem ignoramus) nihil certi concludi potest.“

Hanc difficultatem ut amoveat Cartesius“), respondet hoc pacto: „Ex eo, quod nondum sciamus, an forte originis nostrae auctor nos tales creaverit, ut fallamur, etiam in iis, quae nobis vel evidentissima apparent, dubitare nequaquam possumus de iis, quae clare et distincte per se vel per ratiocinationem, quam diu nempe ad illam attendimus, intelligimus; sed tantum de iis, quae antehac demonstravimus vera esse, quorum memoria potest recurrere, quum non amplius attendimus ad rationes, ex quibus ea deduximus, quarumque adeo sumus oblii. Quapropter quamvis Deum existere non per se, sed tantum per aliud innotescere possit, poterimus tamen ad certam Dei existentiae cognitionem pervenire, dummodo ad omnes ex quibus illam concludimus praemissas accuratissime attendamus.“

---

<sup>\*)</sup> Vide Cartes. princip. philos. part. I. artic. 13. Eiusdem medit. de prima philos. V. fine, et respons. ad secund. obiect. num. 8.

Verum quoniam haec responsio quibusdam non satisficit, aliam dubio. Vidimus in praecedentibus, ubi de nostrae existentia certitudine atque evidentiâ loquebamur, nos illam ex eo concludere, quod, quocumque mentis aciem convertebamus, nullam dubitandi rationem offendebamus, quae eo ipso nos de nostra existentia non convinceret, sive ubi ad nostram propriam naturam attendebamus, sive ubi nostrae naturae auctorem callidum deceptorem fingebamus, sive denique aliam quamcumque extra nos dubitandi rationem accersebamus, quod circa nullam aliam rem incasque contingere deprehendimus. Nam quamvis ad naturam ex gr. trianguli attendentes cogimur concludere, eius tres angulos esse aequales duobus rectis, non tamen idem possumus concludere ex eo, quod forte a naturae nostrae auctore decipiatur; quemadmodum ex hoc ipso nostram existentiam certissime colligebamus. Quapropter non, quocumque mentis aciem convertimus, cogimur concludere, trianguli tres angulos esse aequales duobus rectis; sed contra causam dubitandi invenimus, quia nempe nullam talem Dei ideam habemus, quae nos ita afficiat, ut nobis impossibile sit cogitare, Deum esse deceptorem. Nam aequa facile est et, qui veram Dei ideam non habet, quam nos non habere iam supponimus, cogitare suum auctorem esse deceptorem, quam non esse deceptorem; quemadmodum illi, qui nullam habet trianguli ideam, aequa facile est cogitare, eius tres angulos aequales esse, quam non esse aequales duobus rectis. Quare concedimus, nos de nulla re praeter nostram existentiam, quamvis ad illius demonstrationem probe attendamus, posse esse absolute certos, quam diu nullum Dei clarum et distinctum conceptum habemus, qui nos affirmare faciat, Deum esse summe veracem, sicuti idea, quam trianguli habemus, nos cogit concludere, eius tres angulos esse aequales duobus rectis; sed negamus, nos ideo in nullius rei cognitionem pervenire posse. Nam, ut ex omnibus iamiam dictis patet, cardo totius rei in hoc solo versatur, nempe ut talement Dei conceptum efformare possimus, qui nos ita disponat, ut nobis non aequa facile sit cogitare, eum esse, quam non esse deceptorem; sed qui nos cogat affirmare, eum esse summe veracem. Ubi enim talement ideam efformaverimus, illa de mathematicis veritatibus *dubitandi ratio* tolletur. Nam

quocumque tum mentis aciem convertemus, ut de istarum aliquas dubitemus, nihil offendemus, ex quo ipso, quemadmodum circa nostram existentiam contigit, non concludere debeamus, illam esse certissimam. Exempli gratia si post Dei ideam inventam ad naturam trianguli attendamus, huius idea nos coget affirmare, eius tres angulos esse aequales duobus rectis: sin ad ideam Dei, haec etiam nos affirmare coget, eum summe veracem nostraeque naturae esse auctorem et continuum conservatorem, atque adeo nec circa istam veritatem non decipere. Nec minus impossibile nobis erit cogitare, ubi ad Dei ideam (quam nos invenisse iam supponimus) attendimus, eum esse deceptorem, quam, ubi ad ideam trianguli attendimus, cogitare, tres eius angulos non esse aequales duobus rectis. Et uti possumus talem trianguli ideam formare, quamvis nesciamus, an auctor nostrae naturae nos decipiatur; sic etiam possumus ideam Dei nobis claram reddere atque ob oculos ponere, quamvis etiam dubitemus, an nostrae naturae auctor nos in omnibus decipiatur. Et modo illam habeamus, quomodocumque eam acquisiverimus, sufficiet, ut iamiam ostensum est, ad omne dubium tollendum. His itaque praemissis ad difficultatem motam respondeo: „Nos de nulla re posse esse certos, non quidem quam diu Dei existentiam ignoramus (nam de hac re non locutus sum), sed quam diu eius claram et distinctam ideam non habemus.“ Quare si quis contra me argumentari velit, tale debet esse argumentum: „De nulla re possumus esse certi, antequam Dei claram et distinctam ideam habeamus. Atqui claram et distinctam Dei ideam habere non possumus, quam diu nescimus, an nostrae naturae auctor nos decipiatur. Ergo de nulla re possumus esse certi, quam diu nescimus, an nostrae naturae auctor nos decipiatur“ etc. Ad quod respondeo concedendo maiorem et negando minorem; habemus enim claram et distinctam ideam trianguli, quamvis nesciamus, an nostrae naturae auctor nos decipiatur; et modo talem Dei ideam, ut modo fuse ostendi, habemus, nec de eius existentia nec de ulla veritate mathematica dubitare poterimus.

*Ex praefati rem ipsam nunc aggredimur.*

### DEFINITIONES.

I. *Cogitationis* nomine complector omne id quod in nobis est, et cuius immediate concii sumus.

*Iis omnes voluntatis, intellectus, imaginationis et sensuum operationes sunt cogitationes. Sed addidi „immediate“ ad excidenda ea quae ex iis consequuntur, ut motus voluntarius cogitationem quidem pro principio habet, sed ipse tamen non est cogitatio.*

II. *Ideae* nomine intelligo cuiuslibet cogitationis formam illum, per cuius immediatam perceptionem ipsius eiusdem cogitationis conscientia sum.

*Adeo ut nihil possim verbis exprimere intelligendo id quod dico, quin ex hoc ipso certum sit in me esse ideam eius, quod verbi illis significatur. Atque ita non solas imagines in phantasia depictas ideas voco, immo ipsas hic nullo modo voco ideas, quatenus sunt in phantasia corporea, hoc est, in parte aliqua cerebri depictae; sed tantum quatenus mentem ipsam in illam cerebri partem conversam informant.*

III. Per realitatem obiectivam ideae intelligo entitatem rei repraesentatae per ideam, quatenus est in idea.

*Eodemque modo dici potest perfectio obiectiva vel artificium obiectivum etc. Nam quaecumque percipimus tantum in idearum obiectis, ea sunt in ipsis ideis obiective.*

IV. Eadem dicuntur esse formaliter in idearum obiectis, quando talia sunt in ipsis, qualia illa percipimus; et eminenter, quando non quidem talia sunt, sed tanta, ut talium vicem suppleri possint.

*Nota, cum dico causam „eminenter“ perfectiones sui effectus continere, tum me significare velle, quod causa perfectiones effectus excellentius, quam ipso effectus continet. Vide etiam axioma 8.*

V. Omnis res, cui inest immediate, ut in subiecto, sive per quam existit aliquid quod percipimus, hoc est, aliqua proprietas sive qualitas sive attributum, cuius realis idea in nobis est, vocatur substantia.

*Neque enim ipsius substantias praeccise evocatae aliam habemus ideam, quam quod sit res, in qua formaliter vel eminenter existit illud aliquid quod percipimus, sive quod est obiectum in aliqua ex nostris ideis.*

VI. Substantia, cui inest immediate cogitatio, vocatur mens.

*Loquor autem hic de mente potius, quam de anima, quoniam animae nomen est aequivocum, et saepe pro re corpora usurpatur.*

VII. Substantia, quae est subiectum immediatum extensionis et accidentium, quae extensionem praesupponunt, ut figurae, situs, motus localis etc., vocatur corpus.

*An vero una et eadem substantia sit, quae vocatur mens et corpus, an duae diversae, postea erit inquirendum.*

VIII. Substantia, quam per se summe perfectam esse intelligimus, et in qua nihil plane concipimus quod aliquem defectum sive perfectionis limitationem involvat, Deus vocatur.

IX. Quum quid dicimus in alicuius rei natura sive conceptu contineri, idem est ac si diceremus, id de ea re verum esse, sive de ipsa posse vere affirmari.

X. Duæ substantiae realiter distingui dicuntur, quum unaquaeque ex ipsis absque alia potest existere.

*Cartesii postulata hie omisimus, quia ex iis nihil in sequentibus concludimus. Attamen letores serio rogamus, ut ipsa perlegant alio attingente meditatione considerent.*

## AXIOMATA.

I. In cognitionem et certitudinem rei ignotae non pervenimus, nisi per cognitionem et certitudinem alterius quae ipsa prior est certitudine et cognitione.

II. Dantur rationes, quae nos de nostri corporis existentia dubitare faciunt.

*Hoc re ipse in prolegomeno estensum est, ideoque tanquam axioma hie ponitur.*

III. Si quid praeter mentem et corpus habemus, id nobis minus quam mens et corpus notum est.

*Notandum, haec axioma nihil de rebus extra nos affirmare, ut tantum ea, quae in nobis quatenus sumus res cogitantes reprimus.*

### PROPOSITIONES.

**PROPOS. I.** De nulla re possumus absolute esse certi, quam diu nescimus nos existere.

**DEMONSTR.** Propositio haec per se patet; nam qui absolute nescit se esse, simul nescit se esse affirmantem aut negantem, hoc est, certi se affirmare aut negare.

*Notandum autem hic, quod, quamvis multa magna certitudine affirmemus et negemus, ad hoc quod existamus non attendamus, tamen, nisi pro indubitate hoc praesupponatur, omnia dubium retrocuri possent.*

**PROPOS. II.** Ego sum debet esse per se notum.

**DEMONSTR.** Si negas, non ergo innotescet nisi per aliud, sine quidem (per ax. 1.) cognitione et certitudo prior erit in nobis enuntiatio „ego sum“. Atqui hoc est absurdum (per praec.); ergo per se debet esse notum; quod erat demonstrandum.

**PROPOS. III.** Ego quatenus res constans corpore sum non est primum nec per se cognitum.

**DEMONSTR.** Quaedam sunt quae nos de existentia nostri corporis dubitare faciunt (per ax. 2.); ergo (per ax. 1.) in eius certitudinem non perveniemus, nisi per cognitionem et certitudinem alterius rei, quae ipsa prior est cognitione et certitudine. Ergo haec enuntiatio: *ego* quatenus res constans corpore *sum* non est primum nec per se cognitum; q. e. d.

**PROPOS. IV.** Ego sum non potest esse primum cognitum, nisi quatenus cogitamus.

**DEMONSTR.** Hoc enuntiatum „*ego sum res corporea aut minus corpore*“ non est primum cognitum (per praec.), nec cum de mea existentia, *quatenus consto alia re* praeter mentem et

corpus, sum certus; nam si aliqua alia re a mente et corpore diversa constamus, ea nobis minus nota est, quam corpus (per ax. 3.). Quare *ego sum* non potest esse primum cognitum, nisi quatenus cogitamus; q. e. d.

COROLLAR. Hinc patet mentem sive rem cogitantem notio rem esse corpore.

*Verum ad ubiorem explicationem legantur Cartesii principia philosoph. part. I. art. 11. et 12.*

SCHOLIUM. Unusquisque certissime percipit, quod affir mat, negat, dubitat, intelligit, imaginatur etc., sive quod existit dubitans, intelligens, affirmans etc., sive uno verbo *cogitans*; ne que potest haec in dubium revocare. Quare hoc enuntiatum *cogito* sive *sum cogitans* unicum (per prop. 1.) et certissimum est fundamentum totius philosophiae. Et quum in scientiis nihil aliud quaeri neque desiderari possit, ut de rebus certissimi simus, quam omnia ex firmissimis principiis deducere, eaque aequa clari et distincta reddere ac principia, ex quibus deducuntur: clara sequitur, omne quod nobis aequa evidens est, quodque aequa clare et distincte atque nostrum iam inventum principium percipi mus, omneque quod cum hoc principio ita convenit et ab hoc principio ita dependet, ut si de eo dubitare velimus, etiam de hoc principio esset dubitandum, pro verissimo habendum esse. Verum ut in iis recensendis quam cautissime procedam, ea tantum pro aequa evidentiis proque aequa clare et distincte a nobis perceptis in initio admittam, quae unusquisque in se, quatenus cogitans, observat: ut ex. gr. se hoc et illud velle, se certas tales habere ideas, unamque ideam plus realitatis et perfectionis in se continere, quam aliam; illam scilicet, quae obiective continet esse et perfectionem substantiae, longe perfectiorem esse, quam illam, quae tantum obiectivam perfectionem alicuius accidentis continet; illam denique omnium esse perfectissimam, quae est entis summe perfecti. Haec, inquam, non tantum aequa evidentes et aequa clare, sed forte etiam magis distincte percipimus. Nam non tantum affirmant nos cogitare, sed etiam quomodo cogitemus. Porro etiam illa cum hoc principio convenire dicemus, quae nos possunt in dubium revocari, nisi simul hoc nostrum inconcussum fundamentum in dubium revocetur. Ut ex. gr. si quis dubitare

velit, an ex nihilo aliquid fiat, simul poterit dubitare, an nos quae diu cogitamus simus. Nam si de nihilo aliquid affirmare possum, nempe quod potest esse causa alicuius rei, potero simul eadem iure cogitationem de nihilo affirmare, ac dicere me nihil esse quae diu cogito. Quod quum mihi impossibile sit, impossibile etiam mihi erit cogitare, quod ex nihilo aliquid fiat. His sic consideratis ea quae nobis impraesentiarum, ut ulterius pergere possemus, necessaria videntur, hic ordine ob oculos ponere constitui, numeroque axiomatum addere; quandoquidem a Cartesio in fine responsionum ad secundas obiectiones tangentia axiomata proponuntur, et accurasier quam ipse esse nolo. Attamen ne ab ordine iam incepto recedam, ea utcumque clariora addere, et quomodo unum ab alio, et omnia ab hoc principio „*ego sum cogitans*“ dependent, vel cum ipso evidenter et ratione convenient, ostendere conabor.

### AXIOMATA ex Cartesio de promta.

IV. Sunt diversi gradus realitatis sive entitatis. Nam substantia plus habet realitatis quam accidens vel modus, et substantia infinita quam finita. Ideoque plus est realitatis obiectivae in idea substantiae, quam accidentis, et in idea substantiae infinitae, quam in idea finitae.<sup>1)</sup>

*Hoc axioma ex sola contemplatione nostrarum idearum, de quorum existentia certi sumus, quia nempe modi sunt cogitandi, innescit. Scimus enim, quantum realitatis sive perfectionis idea substantiae de substantia affirmat; quantum vero idea modi de modo. Quod quum ita sit, necessario etiam comperimus ideam substantiae plus realitatis obiectivae continere, quam ideam alicuius accidentis etc. Vide scholium proposit. 4.*

V. Res cogitans si aliquas perfectiones novit quibus careat, sibi statim ipsas dabit, si sint in sua potestate.<sup>2)</sup>

*Hoc unusquisque in se, quatenus est res cogitans, observat. Quare (per schol. prop. 4.) de ipso certissimi sumus. Et eadem de causa non minus certi sumus de sequenti, nempe*

1) Cartesii (meditat. de prima philos. p. 103. sq.) axioma 6.

2) Cartesii axioma 7.

VI. In omnis rei idea sive conceptu continetur existentia vel possibilis vel necessaria.<sup>1)</sup>

*Necessaria in Dei sive entis summe perfecti conceptus; nam alias conciperetur imperfectum, contra quod supponitur concipi: contingens vero sive possibilis in conceptu res limitatae.*

VII. Nulla res neque ulla rei perfectio actu existens potest habere nihil sive rem non existentem pro causa suae existentiae.<sup>2)</sup>

*Hoc axioma nobis aequo perspicuum esse atque est ego sum cogitans in scholio proposit. 4. demonstravi.*

VIII. Quicquid est realitatis sive perfectionis in aliqua re est formaliter vel eminenter in prima et adaequata eius causa.<sup>3)</sup>

*Per eminenter intelligo, quum causa perfectius continet omnem realitatem effectus, quam effectus ipse; per formaliter vero, quum aequo perfecte illam continet.*

*Hoc axioma a praecedenti dependet. Nam si supponeretur nihil vel minus esse in causa, quam in effectu, nihil in causa esset causa effectus. At hoc est absurdum (per praec.). Quare non quaecumque res potest esse causa alicuius effectus, sed praeceps illa, in qua eminenter, vel ad minimum formaliter est omnis perfectio, quae est in effectu.*

IX. Realitas obiectiva nostrarum idearum requirit causam, in qua eadem ipsa realitas non tantum obiective, sed formaliter vel eminenter contineatur.<sup>4)</sup>

*Hoc axioma apud omnes, quamvis multi eo abusi sunt, in confessio est. Ubi enim aliquis aliquid novi concepit, nullus est qui non quaerat causam illius conceptus sive ideae. Ubi vero aliquam assignare possunt, in qua formaliter vel eminenter tantum realitatis contineatur, quantum est obiective in illo conceptu, quiescunt. Quod exemplo machinae a Cartesio princ. phil. part. I. art. 17. allato satis explicatur. Sic etiam si quis quaerat, unde nam homo ideas suae cogitationis et corporis habeat, nemo non videt illum eas ex se, formaliter nimirum continentem.*

1) Vide Cartesii axioma 10.

2) Vide Cartesii axioma 3.

3) Vide Cartesii axioma 4.

4) Cartesii axioma 5.

*ideas obiectivas continent, habere. Quare si homo eret ideam, quae plus realitatis obiectivas continet ipsa formalis, necessario lumine naturali impulsi in extra hominem ipsum, quae omnem illam pernicipter vel eminenter contineret, quaereremus. quam aliam praeter hanc causam assignavit, quam et distincte conceperit. Porro quod ad veritatem iatis attinet, ea a praecedentibus pendet. Nempe dantur diversi gradus realitatis sive entitatis in iudeo (per ax. 8.) pro gradu perfectionis perfectiorem videntur. Verum quum gradus realitatis, quos in ideis non sint in ideis, quatenus tanquam modi cogitandii, sed quatenus una substantiam, alia modum tantiae repraesentat, seu uno verbo, quatenus ut "ma considerantur"): hinc clare sequitur idearum nullam causam posse dari, praeter illam, quam omnaturali clare et distincte intelligere modo ostendebatur in qua eadem ipsa realitas, quam habent obiective, er vel eminenter continetur. Hanc conclusionem, ut ligatur, uno aut altero exemplo explicabo. Nempe aliquos (puta unum alicuius insignis philosophi, aliis nugatoris) una eademque manu scriptos videt, nec verborum (hoc est, quatenus veluti imagines sunt), ad delineamenta characterum et ordinem literarum ullam inaequalitatem, quae ipsum cogat diversas rero, inter ipsos agnoscat, sed ipsi ab eadem causa todo processisse videbuntur. Verum si ad sensum verationum attendat, magnam inter ipsos inaequalitatem, ac proinde concludet unius libri causam primam esse a prima causa alterius fuisse, unamque alia tanto revera fuisse, quantum sensum orationum utriusque quantum verba, quatenus veluti imagines consenserint invicem differre reperit. Loquor autem de primorum, quae necessario debet dari, quamvis concedam,*

*e etiam certi sumus, quia id in nobis quatenus cogitantes. Vide praec. scholium.*

*imo supponam, unum librum ex alio describi posse, ut per se est manifestum. Idem etiam clare explicari potest exemplo effigie, puta alicuius principis. Nam si ad ipsum materialia tantum attendamus, nullam inaequalitatem inter ipsam et alias effigies reperiemus, quae nos cogat diversas causas quaerere: ita nihil obstat, quin possimus cogitare, illam ex alia imagine suisse depictam; et istam rursum ex alia, et sic in infinitum. Nam ad eius delineamenta nullam aliam causam requiri satis dignoscemus. Verum si ad imaginem, quatenus imago est, attendamus, statim causam primam cogemur quaerere, quae formaliter vel eminenter continet id quod illa imago representative continet. Nec video, quid ad confirmandum et dilucidandum hoc axioma ulterius desideretur.*

X. Non minor causa requiritur ad rem conservandam, quam ad ipsam primum producendam.<sup>1)</sup>

*Ex eo, quod hoc tempore cogitamus, non necessario sequitur, nos postea cogitatueros. Nam conceptus, quem nostrae cogitationis habemus, non involvit sive non continet necessariam cogitationis existentiam; possum enim cogitationem, quamvis supponam eam non existere, clare et distincte concipere.<sup>2)</sup> Quam autem unusquisque causae natura debeat in se continere aut involvere perfectionem sui effectus (per ax. 8.): hinc clare sequitur, aliquid in nobis aut extra nos, quod nondum intelleximus, adhuc necessario dari, cuius conceptus sive natura involvat existentiam, quodque sit causa, cur nostra cogitatio incepit existere, et etiam ut existere perget. Nam quamvis nostra cogitatio incepit existere, non ideo eius natura et essentia necessariam existentiam magis involvit, quam antequam existeret, ideoque eadem vi egit, ut in existendo perseveret, qua egit, ut existere incipiat. Et hoc quod de cogitatione dicimus, dicendum etiam de omni re, cuius essentia non involvit necessariam existentiam.*

XI. Nulla res existit, de qua non possit quaeri, quaenam sit causa (sive ratio) cur existat.<sup>3)</sup>

1) Cartesii axioma 2.

2) Hoc unusquisque in se, quatenus est res cogitans, comperit.

3) Vide Cartesii axioma 1.

*num existere sit quid positivum, non possumus dicere, quod nihil pro causa (per ax. 7.). Ergo aliquam positivam sive rationem, cur existat, assignare debemus, samque nam, hoc est, quae extra rem ipsam est, vel internam, hoc quae in natura et definitione rei ipsius existentis comprehenditur.*

**positiones quatuor sequentes ex Cartesio desumptae.**

**MPOS. V.** Dei existentia ex sola eius naturae consideratione cognoscitur.

**EMONSTR.** Idem est dicere aliquid in rei alicuius natura sive *per* contineri, ac dicere id ipsum de ea re esse verum (per 1.). Atqui existentia necessaria in Dei conceptu continetur ax. 6.). Ergo verum est de Deo dicere, necessariam existentiam eo esse sive ipsum existere.

**CHOL.** Ex hac propositione multa praeclara sequuntur. ab hoc solo, quod ad Dei naturam pertinet existentia, sive i Dei conceptus involvit necessariam existentiam, sicut *con-* trianguli, quod eius tres anguli sint aequales duobus rectis, quod eius existentia non secus atque eius essentia sit aeterna *est*, omnis fere Dei attributorum cognitio, per quam in illius rem sive summam beatitudinem ducimur, dependet. Quare nōpere desiderandum esset, ut humanum genus tandem alio modo haec nobiscum amplecteretur. Fateor quidem quaedam praeiudicia, quae impediunt, quo minus unusquisque hoc facile intelligat. \*) Verum si quis bono animo et solo veritatis eque verae utilitatis amore impulsus rem examinare velit, eaque im perpendere quae in Cartesi medit. de prima phil. V. quac in fine responcionum ad primas obiectiones habentur, et simul e de aeternitate part. II. nostrae appendicis cap. 1. tradimus; scoul dubio rem quam clarissime intelliget et nullus dubitare erit, an aliquam Dei ideam habeat: quod sane primum fundatum est humanae beatitudinis. Nam simul clare videbit, ideam

\*) Lege Cartesii principiorum pbll. part. I. artic. 16.

Dei longe a caeterarum rerum ideis differre: ubi nempe intelliget Deum, quoad essentiam et existentiam, a caeteris rebus toto genere discrepare. Quare circa haec lectorem diutius hic detinere non est opus.

**PROPOS. VI.** Dei existentia ex eo solo, quod eius idea sit in nobis, a posteriori demonstratur.

**DEMONSTR.** Realitas obiectiva cuiuslibet ex nostris ideis requirit causam, in qua eadem ipsa realitas non tantum obiective, sed formaliter vel eminenter continetur (per ax. 8.). Habemus autem ideam Dei (per def. 2. et 8.), huiusque ideae realitas obiectiva nec formaliter nec eminenter in nobis continetur (per ax. 4.), nec in ullo alio, praeterquam in ipso Deo potest contineri (per def. 8.). Ergo haec idea Dei, quae in nobis est, requirit Deum pro causa, Deusque proinde existit (per ax. 7.).

**SCHOL.** Quidam sunt qui negant, se ullam Dei ideam habere, quem tamen, ut ipsi aiunt, colunt et amant. Et quamvis ipsis Dei definitionem Deique attributa ob oculos ponas, nihil tamen proficies; non hercle magis, quam si virum a nativitate cæcum colorum differentias, prout ipsos videmus, docere moliaris. Verum nisi eos tanquam pro novo animalium genere, medio scilicet inter homines et bruta, habere velimus, eorum verba parum curare debemus. Quomodo quoeso alio modo alicuius rei ideam ostendere possumus, quam eius definitionem tradendo eiusque attributa explicando? Quod quum circa Dei ideam praestemus, non est, quod verba hominum Dei ideam negantium propterea tantum, quod nullam eius imaginem in cerebro formare possunt, moram nobis iniciant.

Deinde notandum, quod Cartesius, ubi citat axioma 4. ad ostendendum, quod realitas obiectiva ideae Dei nec formaliter nec eminenter in nobis continetur, supponit, unumquemque scire se non esse substantiam infinitam, hoc est, summe intelligentem, summe potentem etc., quod supponere potest. Qui enim scit se cogitare, scit etiam se de multis dubitare, nec omnia clare et distincte intelligere.

Denique notandum, quod ex def. 8. etiam clare sequatur, non

*posse dari plures deos, sed tantum unum, ut propos. 11. huius,  
et in II. parte nostrae appendicis cap. 2. clare demonstramus.*

**PROPOS. VII.** Dei existentia demonstratur etiam ex eo, quod nos ipsi habentes eius ideam existamus.

**SCHOL.** Ad hanc propositionem demonstrandam assumit Cartesius haec duo axiomata, nempe 1. *Quod potest efficere id quod maius est sive difficultius, potest etiam efficere id quod minus.* 2. *Maius est creare sive (per ax. 10.) conservare substantiam, quam attributa sive proprietates substantiae.* Quibus quid significare velit nescio. Nam quid facile, quid vero difficile vocat? Nihil enim absolute, sed tantum respectu causae *facile* aut *difficile* dicitur: adeo ut una et eadem res eodem tempore respectu diversorum causarum facilis et difficilis dici possit.<sup>7)</sup> Verum si illa difficultia vocat, quae magno labore, facilia autem, quae minori labore ab eadem causa confici queunt, ut ex. gr. vis, quae sustollere potest 50 libras, duplo facilius sustollere poterit 25 libras; non erit sane axioma absolute verum, nec ex eo id quod intendit demonstrare poterit. Nam ubi ait: *Si haberem vim me ipsum conservandi, etiam haberem vim mihi dandi omnes perfectiones, quae mihi desunt* (quia scilicet non tantam potestatem requirunt); ipsi concederem, quod vires, quas impendo ad me conservandum, possent alia plura longe facilius efficere, nisi iis egisset ad me conservandum: sed quam diu iis utor ad me conservandum, nego me posse eas impendere ad alia quamvis faciliora efficienda, ut in nostro exemplo clare videre est. Nec difficultatem tollit, si dicatur, quod, quum sim res cogitans, necessario deberem scire, num ego in me conservando omnes meas vires impendam, et etiam omnium ea sit causa, cur ego mihi non dem ceteras perfectiones. Nam (praeterquam quod de hac re iam non disputatur, sed tantum quomodo ex hoc axiome necessitas huius propositionis sequatur) si id scirem, maior essem, et forte maiores vires requirerem, quam quas habeo, ad me in maiori illa perfectione conservandum.

---

<sup>7)</sup> Ne alia exempla quaeras, cape exemplum araneae, quae telam facile texit, quam homines non nisi difficultime texerent: homines contra quam plurima facilissime faciunt, quae forte angelis impossibilia sunt.

Deinde nescio, an maior sit labor substantiam, quam attributum creare (sive conservare), hoc est, ut clarus et magis philosophia loquar, nescio, an substantia non indigeat tota sua virtute et essentia, qua se forte conservat, ad conservanda sua attributa. Se hanc relinquamus, et quae nobilissimus auctor hic vult, ultius examinemus, videlicet quid per *facile*, quid per *difficile* intelligi. Non puto nec mihi ullo modo persuadeo, eum per *difficile* intelligere id quod impossibile (ac proinde nullo modo potest concipi quomodo fiat), et per *facile* id quod nullam implicat contradictionem (ac proinde facile concipitur, quomodo fiat); quamvis i medit. de prima phil. III. primo obtutu id videatur velle, ubi aliud  
*Nec putare debeo, illa forsitan, quae mihi desunt, difficilius acquiriri posse, quam illa quae iam in me sunt. Nam contra manifestum est longe difficilius fuisse, me, hoc est, rem sive substantiam cogitantem ex nihilo emergere, quam etc.* Nam id nec cum verbis auctoris conveniret, nec etiam eius ingenium redoleret. Et enim, ut primum omittam, inter possibile et impossibile, si inter id quod intelligibile est, et inter id quod non intelligibile est nulla datur ratio, sicuti neque inter aliquid et nihil; et potestas impossibilia non magis quadrat, quam creatio et generatio ad non entia: ideoque nullo modo inter se comparanda. Adde quod tantum inter se comparare et eorum rationem cognoscere possunt quorum omnium clarum et distinctum habeo conceptum. Neque igitur sequi, quod qui potest impossibile facere, possit etiam factere id, quod possibile est. Quaeso enim, quaenam esset haec conclusio: „Si quis potest facere circulum quadratum, potest etiam facere circulum, cuius omnes lineae, quae a centro ad circumferentiam possunt duci, sint aequales;“ aut: „si quis potest facere ut *tau nihil* patiatur, eoque uti tanquam materia, ex qua aliquid producat, etiam habebit potestatem, ut ex aliqua re aliquid faciat.“ Nam, uti dixi, inter haec et similia nulla datum convenientia, neque analogia, neque comparatio, neque ultraquamcumque ratio. Atque hoc unusquisque videre potest, modum ad rem parum attendat. Quare hoc ab ingenio Cartesii prorsus alienum existimo. Verum si ad secundum axioma ex duobus modo allatis attendo, videtur, quod per *maius* et *difficilius* intelligere vult id quod perfectius est, per *minus* vero et *facilius*:

perfectius. At hoc etiam valde obscurum videtur. Nam  
h<sup>e</sup>c est difficultas, quae superius. Nego enim, ut supra,  
si potest maius facere, posse simul et eadem opera, ut in  
M<sup>u</sup>n<sup>e</sup>re debet supponi, quod minus est facere. Deinde  
*Maius est creare sive conservare substantiam, quam attribu-*  
*re per attributa non intelligere potest id quod in sub-*  
*stantia continetur, et ab ipsa substantia non nisi ratione*  
*erit. Nam tum idem est creare substantiam, quam creare*  
. Nec etiam propter eandem rationem intelligere potest  
s<sup>e</sup>s substantiae, quae ex eius essentia et definitione ne-  
seguuntur. Multo etiam minus intelligere potest, quod  
s<sup>e</sup>t velle, proprietates et attributa alterius substantiae,  
. si dico, quod potestatem habeo ad me, substantiam  
agitantem finitam, conservandum, non ideo possum di-  
videre habecam etiam potestatem mihi dandi perfectiones sub-  
infinitae, quae tota essentia a mea differt. Nam vis sive  
, qua in meo esse me conservo, toto genere differt a vi-  
ta, qua substantia absolute infinita se conservat, a qua  
s<sup>e</sup>t proprietates non nisi ratione distinguuntur.\* ) Ideo-  
uvivis supponerem me ipsum conservare) si vellem con-  
me mihi posse dare perfectiones substantiae absolute in-  
nihil aliud supponerem, quam quod possem totam meam  
in nihilum redigere, et denuo substantiam infinitam  
Quod sane longe maius esset, quam tantum supponere,  
s<sup>e</sup>m me substantiam finitam conservare. Quum itaque  
per attributa sive proprietates intelligere possit, nihil  
stat, quam qualitates, quas ipsa substantia eminenter  
(ut haec et illa cogitatio in mente, quas mihi deesse clare  
, non vero quas altera substantia eminenter continet (ut  
a motus in extensione; nam tales perfectiones mihi, rei  
agitanti, non sunt perfectiones, ideoque non mihi de-  
Sed tum id, quod Cartesius demonstrare vult, nullo  
hoc axiome concludi potest: nempe quod, si me con-

ita, quod vis, qua substantia se conservat, nihil est praeter  
nihil, et non nisi nomine ab eadem differt, quod maxime lo-  
quit, ubi in appendice *de Dei potentia agemus*.

servo, etiam habeo potestatem mihi dandi omnes perfectiones, quas ad ens summe perfectum clare reperio pertinere; ut ex modo dictis satis constat. Verum ne rem indemonstratam relinquamus et omnem confusionem vitemus, visum fuit sequentia lemma in antecessum demonstrare, ac postea iis demonstrationem huius septimae propositionis superstruere.

**LEMMA I.** *Quo res sua natura perfectior est, eo maiorem existentiam et magis necessariam involvit; et contra, quo magis necessariam existentiam res sua natura involvit, eo perfectior est.*

**DEMONSTR.** In omnis rei idea sive conceptu continetur existentia (per ax. 6.). Ponatur igitur A esse res quae decem gradus habet perfectionis. Dico, quod eius conceptus plus existentiae involvit, quam si supponeretur, quinque tantum gradus perfectionis continere. Nam quum de nihilo nullam possimus affirmare existentiam (vide schol. propos. 4.), quantum eius perfectioni cogitatione detrahimus, ac proinde magis ac magis de nihilo particpare concipimus, tantum etiam possibilitatis existentiae de ipso negamus. Ideoque si eius gradus perfectionis in infinitum diminuimus concipiamus usque ad o sive ciphram, nullam existentiam sive absolute impossibilem existentiam continebit. Si autem contra eius gradus in infinitum augeamus, summam existentiam, ac proinde summe necessariam involvere concipiemos. Quod erat primum. Deinde quum haec duo nullo modo separari queant (ut ex ax. 6. totaque prima parte huius satis constat), clare sequitur id, quod secundo loco monstrandum proponebatur.

**Nota I.** *quod, quamvis multa dicantur necessario existere ex eo solo, quod datur causa determinata ad ipsa producenda, de iis hic non loquamur, sed tantum de ea necessitate et possibiliitate, quae ex sola naturae sive rei essentiae consideratione nulla habita ratione causae sequitur.*

**Nota II.** *quod hic non loquimur de pulchritudine et de aliis perfectionibus, quas homines ex superstitione et ignorantia perfections vocare voluerunt. Sed per perfectionem intelligo tantum realitatem sive esse. Ut ex. gr. in substantia plus realitatis contineri percipio, quam in modis sive accidentibus. Ideoque*

*magis necessariam et perfectiorem existentiam continere intelligo, quam accidentia, ut ex axiom. 4. et 6. satis est.*

**BOLLAR.** Hinc sequitur, quicquid necessariam existentiam esse ens summe perfectum seu Deum.

**A II.** *Qui potentiam habet se conservandi, eius natura necessariam involvit existentiam.*

**MONSTR.** Qui vim habet se conservandi, vim etiam habet illi (per ax. 10.), hoc est (ut facile omnes concedent), nulla causa externa ad existendum, sed sola ipsius natura erit sufficiens, ut existat vel possibiliter (vide ax. 7.) vel necessariamente non possibiliter: nam (per id quod circa ax. 10. demonstratum) tum ex eo quod iam existeret, non sequeretur, ipsum existitum (quod est contra hypothesisin). Ergo necessario, eius natura necessariam involvit existentiam; quod erat

**MONSTR. PROPOSITIONIS VII.** Si vim haberem me conservandi, talis essein naturae, ut necessariam involvet existentiam (per lemma 2.); ergo (per coroll. lemm. 1.) nulla omnes contineret perfectiones. Atqui in me, quatenus res cogitans, multas imperfectiones invenio, ut quod non, quod cupiam etc., de quibus (per schol. propos. 4.) eritas. Ergo nullam vim habeo me conservandi. Nec dissum, quod ideo iam careo illis perfectionibus, quia eas non denegare volo; nam id clare primo lemmati et ei, quod (per ax. 5.) clare reperio, repugnaret.

inde non possum iam existere, quin conserver, quam diu sive a me ipso, siquidem habeam istam vim, sive ab alio, qui non habet se conservandi (per eandem rationem, quia me ipsum conservare non posse demonstravi); ergo ab qui vim habet se conservandi, hoc est (per lemma 2.) cuius necessariam involvit existentiam, hoc est (per coroll. 1.) qui omnes perfectiones, quas ad ens summe perfectum

clare pertinere intelligo, continet. Ac proinde ens summe perfectum, hoc est (per def. 8.) Deus, existit, ut erat dictum.

**COROLLAR.** Deus potest efficere id omne quod clare percipimus, prout id ipsum percipimus.

**DEMONSTR.** Haec omnia clare sequuntur ex praecedenti positione. In ipsa enim Deum existere ex eo probatum est, quod debeat aliquis existere, in quo sint omnes perfectiones, quae idea aliqua est in nobis. Est autem in nobis idea tantae potentiae, ut ab illo solo, in quo ipsa est, coelum et terram et etiam omnia, quae a me ut possibilia intelliguntur, fieri possint. Ergo simul cum Dei existentia haec etiam omnia de ipso praesunt.

### PROPOS. VIII. Mens et corpus realiter distinguuntur.

**DEMONSTR.** Quicquid clare percipimus, a Deo fieri potest, prout illud percipimus (per coroll. praec.). Sed clare percipiunt mentem, hoc est (per def. 6.) substantiam cogitantem absque corpore, hoc est (per def. 7.) absque substantia aliqua extensa (per propos. 3. et 4.); et vice versa corpus absque mente (ut facile ostendit). Ergo saltem per divinam potentiam mens esse potest sine corpore, et corpus sine mente.

Iam vero substantiae, quae esse possunt una absque alia, realiter distinguuntur (per def. 10.); atqui mens et corpus sunt substantiae (per def. 5. 6. 7.), quae una absque alia esse possunt (ut mox probatum est): ergo mens et corpus realiter distinguuntur.

Vide Cartesii in fine responsionum ad secundas obiectiones propos. 4., et quae habentur principiorum phil. parte I. ab art. 22. usque ad art. 29. Nam ea hic describere non operae pretium iudico.

### PROPOS. IX. Deus est summe intelligens.

**DEMONSTR.** Si neges; ergo Deus aut nihil aut non omnis, seu quaedam tantum intelligit. At quaedam tantum intelligere et caetera ignorare, limitatum et imperfectum intellectum supponit, quem Deo adscribere absurdum est (per defin. 8.). Deum autem nihil intelligere, vel indicat in Deo carentiam intellectionis, ut in hominibus ubi nihil intelligunt, atque imperfectionem involvit,

in eadere non potest (per eand. definit.), vel indicat, non Dei repugnet, ipsum aliquid intelligere. At quoniam de ipso prorsus negetur, non poterit ullum intellectus ipsius, Deus illius causa esse poterit (per coroll. propositio longe abest, ut Dei perfectioni repugnet, ipsum ligere. Quare erit summe intelligens; q. e. demonstr.

Quamvis concedendum sit, Deum esse incorporeos. 16. demonstratur, hoc tamen non ita accipientes extensionis perfectiones ab eo removendae sint; sed quatenus extensionis natura et proprietates immaterialium involvunt. Quod idem etiam de Dei intellectum est, quemadmodum omnes, qui ultra vulgus cum sapere volunt, statentur, ut fuse explicabitur in secund. part. II. cap. 7.

#### X. Quicquid perfectionis in Deo reperitur, a Deo est.

TRA. Si neges: ponatur in Deo aliquam perfectionem a Deo non est. Erit illa in Deo vel a se, vel ab aliquo. Si a se, ergo necessariam sive minime possibilem sentiam (per lemma 2. prop. 7.), adeoque (per coroll. huncdem) erit quid summe perfectum; ac proinde (per Deum). Si itaque dicatur aliquid in Deo esse, quod a se dicitur id esse a Deo; q. e. demonstr. Si vero ab eo diverso sit, ergo Deus non potest concipi per se hactus contra definit. 8. Ergo quicquid perfectionis in eo, a Deo est; q. e. d.

#### ROPOS. XI. Non dantur plures dii.

TRA. Si neges: concipe, si fieri potest, plures deos, B. Tum necessario (per propos. 9.) tam A quam B intelligens, hoc est, A intelliget omnia, se scilicet et ipsum B intelliget se et A. Sed quum A et B necessario (per propos. 5.); ergo causa veritatis et necessitatis idearum est in A, est ipse B; et contra causa veritatis et idearum ipsius A, quae est in B, est ipse A. Quapropter

erit aliqua perfectio in A, quae non est ab A, et in B, quae non est a B. Ideoque (per praeced.) nec A nec B erunt dii; adeoque non dantur plures; q. e. d.

*Notandum hic, quod ex hoc solo, quod aliqua res ex se necessariam involvit existentiam, qualis est Deus, necessario sequatur, illam esse unicam: ut unusquisque apud se attenta meditatione deprehendere poterit; atque etiam hic demonstrare potuisse; sed modo non ita ab omnibus perceptibili, quemadmodum in hac propositione factum est.*

### PROPOS. XII. Omnia quae existunt a sola vi Dei conservantur.

**DEMONSTR.** Si negas: supponatur aliquid se ipsum conservare. Quare (per lemma 2. propos. 7.) eius natura necessariam involvit existentiam; ac proinde (per corollar. lemm. 1. eiusdem) esset Deus, darenturque plures dii, quod est absurdum (per praec.). Ergo nihil existit, quod sola vi Dei non conservetur; q. e. d.

**COROLLAR. I.** Deus est omnium rerum creator.

**DEMONSTR.** Deus (per praec.) omnia conservat, hoc est (per ax. 19.), omnia quae existunt creavit et adhuc continuo creat.

**COROLLAR. II.** Res nullam ex se habent essentiam, quae sit causa cognitionis Dei: sed contra, Deus est causa rerum etiam quoad earum essentiam.

**DEMONSTR.** Quum nihil perfectionis in Deo reperiatur, quod a Deo non sit (per propos. 10.); nullam res ex se habebunt essentiam, quae possit esse causa cognitionis Dei. Sed contra, quum Deus omnia non ex alio generarit, sed prorsus crearit (per prop. 12. cum coroll.), et actio creandi nullam agnoscat causam praeter efficientem (sic enim creationem definio), quac Deus est: sequitur, res ante creationem prorsus nihil fuisse; ac proinde etiam Deum causam fuisse earum essentiae; q. e. d.

*Notandum, hoc corollarium ex eo etiam patere, quod Deus sit omnium rerum causa sive creator (per coroll. 1.), et quod causa omnes effectus perfectiones in se continere debeat (per ax. 8.), quemadmodum unusquisque facile videre potest.*

**OLLAR. III.** Hinc clare sequitur, Deum non sentire posse percipere; nam illius intellectus a nulla re extra seatur, sed omnia ab eo profluunt.

**OLLAR. IV.** Deus est causalitate prior rerum essentia et i., ut clare ex 1. et 2. corollar. huius propositionis sequitur.

**OS. XIII.** Deus est summe verax minimeque deceptor.

**OKSTR.** Deo (per def. 8.) nihil affingere possumus, inuid imperfectionis deprehendimus. Et quum omnis deit per se notum) aut fallendi voluntas non nisi ex malitia procedat \*), metus autem diminutam potentiam suppositia vero privationem bonitatis; nulla deceptio aut fallendi Dei, enti scilicet summe potenti et summe bono, erit nuda: sed contra summe verax minimeque deceptor dicente. d. Vide Cartesii responsion. ad secundas obiectiones

**OS. XIV.** Quicquid clare et distinete percipimus verum est.

**OKSTR.** Facultas veri a falso dignoscendi, quae (ut unus in se comperit et ex omnibus, quae iam demonstrata sunt, est) in nobis est, a Deo creata est et continuo conservatur (p. 12. cum coroll.), hoc est (per praec.), ab ente summe minimeque deceptore; neque ullam facultatem (ut unus in se comperit) nobis donavit abstinendi sive non assensio, quae clare et distinete percipimus. Quare si circa ea emur, omnino a Deo essemus decepti, essetque deceptor, per praec.) est absurdum. Quicquid igitur clare et distinete percipimus, verum est; q. e. d.

**COL.** Quum ea, quibus necessario, ubi a nobis clare et

---

loc axioma inter axiomata non recensui, quia minime opus fuit. non egeham, nisi ad solam hanc proposit. demonstr., et etiam nam diu Dei existentiam ignorabam, nolui aliqua pro veris assensi quae poteram ex primo cognito *ego sum* deducere, ut in 4. scholio monui. Porro definitiones metus et malitiae non ter definitiones posui, quia nemo eas ignorat, et iis non egeo olam hanc propositionem.

distincte percipiuntur, assentiri debemus, necessario sint vera, atque facultatem habeamus, iis, quae obscura et dubia sunt sive quae ex certissimis principiis non sunt deducta, non assentiori, ut unusquisque in se comperit: clare sequitur nos semper posse cadere, ne in errores incidamus, et ne unquam fallamur (quod idem adhuc clarus ex sequentibus intelligetur), modo serio agere nos constituamus, nihil affirmare quod non clare et distincte percipimus, sive quod ex per se claris et certis principiis non deductum est.

### PROPOS. XV. Error non est quid positivum.

DEMONSTR. Si error quid positivum esset, solum Deum pro causa haberet, a quo continuo deberet procreari (per propos. 12.). Atqui hoc est absurdum (per propos. 13.). Ergo error non est quid positivum; q. e. d.

SCHOL. Quum *error* non sit quid positivum in homine, nihil aliud poterit esse, quam *privatio recti usus libertatis* (per schol. propos. 14.): ideoque non nisi eo sensu, quo dicimus absentiam solis causam esse tenebrarum, vel quo Deus, propterea quod infantem excepto visu aliis similem fecit, causa caecitatis dicitur, Deus causa erroris dicendus; nempe quia nobis intellectum ad pauca tantum se extendentem dedit. Quod ut clare intelligatur, et simul etiam quomodo error a solo abusu nostrae voluntatis procedat, ac denique quomodo ab errore cadere possimus, modes, quos cogitandi habemus, in memoriam revocemus, nempe omnes modos percipiendi (ut sentire, imaginari et pure intelligere) et volendi (ut cupere, aversari, affirmare, negare et dubitare); nam omnes ad hos duos referri possunt.

Circa eos autem venit notandum: 1. Quod mens, quatenus res clare et distincte intelligit iisque assentitur, non potest falli (per propos. 14.); neque etiam, quatenus res tantum percipit neque iisque assentitur. Nam quamvis iam percipiam equum alatum, certum est, hanc perceptionem nihil falsitatis continere, quam diu non assentior, verum esse dari equum alatum, neque etiam quamdiu dubito, an detur equus alatus. Et quum assentiri nihil aliud sit, quam voluntatem determinare, sequitur, errorem a solo usu voluntatis pendere.

**Quod ut adhuc clarius pateat, notandum 2.** Quod nos non  
autem habeamus potestatem iis assentiendi, quae clare et di-  
stincte percipimus, verum etiam iis, quae quocumque alio modo  
percipiuntur. Nam nostra voluntas nullis limitibus determinata  
est. Quod clare unusquisque videre potest, modo ad hoc atten-  
dit, nempe quod, si Deus facultatem nostram intelligendi infini-  
tum reddere vellet, non ipsi opus esset, nobis ampliorem facul-  
tatem assentiendi dare, quam ea est, quam iam habemus, ut  
nibus a nobis intellectus assentiri possemus: sed haec eadem,  
nam iam habemus, rebus infinitis assentiendis sufficeret. Et re-  
sa etiam experimur, quod multis assentiamur, quae ex certis  
incipiis non deduximus. Porro ex his clare videre est, quod, si  
intellectus acque se latius extenderet ac volendi facultas, sive si  
volendi facultas non latius se extendere posset, quam intellectus,  
et denique si facultatem volendi intra limites intellectus continere  
possemus, nunquam in errorem incidemus (per propos. 14.).

Verum ad duo priora praestanda nullam habemus potestatem; unum implicat, ut voluntas non sit infinita, et intellectus creatus sit. Restat igitur tertium considerandum: nempe an ha-  
bamus potestatem, facultatem nostram volendi intra limites in-  
tellectus continendi. Quum autem voluntas libera sit ad se deter-  
minandam, sequitur nos potestatem habere, facultatem assen-  
tiendi intra limites intellectus continendi, ac perinde efficiendi, ne  
a errorum incidamus; unde evidentissime patet, a solo usu liber-  
tatis voluntatis pendere, ne unquam fallamur. Quod autem no-  
stra voluntas libera sit, demonstratur a Cartesio princip. phil.  
ut. I. art. 39. et meditat. de prima phil. IV. (de vero et falso), et  
nobis in nostrae append. cap. ultimo fuse etiam ostenditur. Et  
namvis, ubi rem clare et distincte percipimus, non possimus ei  
non assentiri; necessarius iste assensus non ab infirmitate, sed a  
libertate et perfectione nostrae voluntatis pendet. Nam as-  
sentiri vero est in nobis perfectio (ut per se satis notum), nec vo-  
luntas unquam perfectior est nec magis libera, quam quum se pror-  
us determinat. Quod quum contingere potest, ubi mens aliquid  
clare et distincte intelligit, necessario eam perfectionem statim  
ibi dabit (per ax. 5.). Quare longe abest, ut per id quod minime  
adifferentes simus in amplectendo vero, nos minus liberos esse

intelligamus. Nam contra pro certo statuimus, quo mag  
differentes sumus, eo nos minus liberos esse.

Restat itaque hic tantum explicandum, quomodo *error* :  
ctu hominis nihil sit nisi *privatio*, respectu vero Dei *mera  
tio*.\* Quod facile videbimus, si prius animadvertamus, :  
eo, quod multa percipimus praeter ea, quae clare intellig  
perfectiores esse, quam si ea non perciperemus: ut clare  
constat, quod, si supponeretur, nos nihil clare et distincte  
percipere, sed tantum confuse, nihil perfectius haber  
quam res confuse percipere, nec aliud nostrae naturae desi  
posset. Porro rebus quamvis confusis assentiri, quatenus  
actio quaedam est, perfectio est. Quod etiam unicuique  
festum erit, si, ut supra, supponat, naturae hominis repu  
ut res clare et distincte percipi; tum enim perspicuum e  
longe melius homini esse, rebus quamvis confusis assent  
libertatem exercere, quam semper indifferentem, hoc e  
modo ostendimus) in infimo gradu libertatis manere. Et si  
ad usum et utilitatem vitae humanae attendere volumnus, id  
sus necessarium reperiemus, ut quotidiana experientia i  
quemque satis docet.

Quum igitur omnes modi, quos cogitandi habemus, qu  
in se solis spectantur, perfecti sint; non potest eatenus in ii  
id, quod formam erroris constituit. Verum si ad modos vo  
prout ab invicem differunt, attendamus, alios alii perfe  
inveniemus, prout alii aliis voluntatem minus indifferentem  
est, magis liberam reddunt. Deinde etiam videbimus,  
quam diu rebus confusis assentimur, efficiamus, ut mens  
apta sit ad verum a falso dignoscendum; ac proinde ut e  
libertate careamus. Quare rebus confusis assentiri, qu  
quid positivum est, nihil imperfectionis nec formam errori  
tinet; sed tantum quatenus eo optima libertate, quae ad ne  
naturam spectat et in nostra potestate est, nos nosmet priv  
Tota igitur imperfectio erroris in sola optimae libertatis priv  
consistet, quae *error* vocatur. *Privatio* autem dicitur, qu  
qua perfectione, quae nostrae naturae competit, privamur;

---

\* Conf. Cartesii princ. philos. part. I. art. 31.

vero, quia nostra culpa ea perfectione caremus, quatenus, quemadmodum possumus, voluntatem non intra limites intellectus confinamus. Quum igitur error nihil aliud sit respectu hominis, quia privatio perfecti sive recti usus libertatis, sequitur illam non in ulla facultate, quam a Deo habet, nec etiam in ulla facultatum operatione, quatenus a Deo dependet, sitam esse. Nec dicere possumus, quod Deus nos maiori intellectu, quam nobis dare poterat, privavit, ac proinde fecit, ut in errores incidere possemus. Nam nullius rei natura a Deo aliquid exigere potest, nec aliquid ad aliquam rem pertinet praeter id, quod Dei voluntas ei impiri voluit; nihil enim ante Dei voluntatem extitit, nec etiam tuncipi potest, ut fuse in nostrae append. II. cap. 7. et 8. explicatur. Quare Deus non magis nos maiori intellectu sive perfectiori facultate intelligendi privavit, quam circulum proprietatibus globi et peripheriam proprietatibus sphærae.

Quum itaque nulla nostrarum facultatum, quomodo cumque consideretur, ullam in Deo imperfectionem ostendere possit: clare sequitur, quod imperfectio illa, in qua forma erroris consistit, non nisi respectu hominis sit *privatio*; verum ad Deum ut eius causam relata, non privatio, sed tantum *negatio* dici possit.

### PROPOS. XVI. Deus est incorporeus.

**Demonstr.** Corpus est subiectum immediatum motus localis (*per def. 7.*). Quare si Deus esset corporeus, divideretur in partes, quod quum clare involvat imperfectionem, absurdum est de Deo (*per def. 8.*) affirmare.

**Aliter.** Si Deus esset corporeus, posset in partes dividi (*per def. 7.*). Iam vel unaquaeque pars per se posset subsistere, vel non posset subsistere. Si hoc, esset similis caeteris quae a Deo creata sunt, ac proinde, ut omnis res creata, continuo eadem via Deo procrearetur (*per prop. 10. et ax. 11.*) et ad Dei naturam non magis quam caeterae res creatae pertineret; quod est absurdum (*per prop. 5.*). Verum si unaquaeque pars per se existit, debet etiam unaquaeque necessariam existentiam involvere (*per lemm. 2. prop. 7.*), et consequenter unaquaeque ens esset summe perfectum (*per coroll. lemm. 2. prop. 7.*). Sed hoc etiam est absurdum (*per prop. 11.*). Ergo Deus est incorporeus; q. e. dem.

**PROPOS. XVII.** Deus est ens simplicissimum.

**DEMONSTR.** Si Deus ex partibus componeretur, deberent partes (ut facile omnes concedent) priores ad minimum naturam Deo esse; quod est absurdum (per coroll. 4. prop. 12.). Est igitur ens simplicissimum; q. e. d.

**COROLLAR.** Hinc sequitur, Dei intelligentiam, voluntatem seu decretum et potentiam non distingui nisi ratione ab essentia.

**PROPOS. XVIII.** Deus est immutabilis.

**DEMONSTR.** Si Deus esset mutabilis, non posset ex parte sed deberet secundum totam essentiam mutari (per prop. 17.). At essentia Dei necessario existit (per prop. 5. 6. et 7.). Ergo Deus est immutabilis; q. e. d.

**PROPOS. XIX.** Deus est aeternus.

**DEMONSTR.** Deus est ens summe perfectum (per def. 8.), quo sequitur (per prop. 5.), ipsum necessario existere. Si igitur ipsi limitatam existentiam tribuamus, limites eius existentiae necessario, si non a nobis, saltem ab ipso Deo debent intelligi (per prop. 9.), quia est summe intelligens. Quare Deus ultra illas limites se, hoc est (per def. 8.) ens summe perfectum, non existentem intelliget; quod est absurdum (per prop. 5.). Ergo Deus non limitatam, sed infinitam habet existentiam, quam aeternitatem vocamus. Vide nostrae append. part. II. cap. 1. Deus igitur est aeternus; q. e. d.

**PROPOS. XX.** Deus omnia ab aeterno praeordinavit.

**DEMONSTR.** Quum Deus sit aeternus (per praeced.), erit eius intelligentia aeterna, quia ad eius aeternam essentiam pertinet (per coroll. prop. 17.). Atque eius intellectus ab eius voluntate sive decreto in re non differt (per coroll. prop. 17.). Ergo quum dicimus Deum ab aeterno res intellexisse, simul dicimus eum ab aeterno res ita voluisse sive decrevisse; q. e. d.

**COROLLAR.** Ex hac propositione sequitur Deum esse summe constantem in suis operibus.

**PROPOS. XXI.** Substantia extensa in longum, latum  
et profundum revera existit: nosque uni eius parti  
uniti sumus.

**Demonstra.** Res extensa, prout a nobis clare et distincte per-  
petitur, ad Dei naturam non pertinet (per prop. 16.); sed a Deo  
suum potest (per coroll. prop. 7. et per prop. 8.). Deinde clare  
distincte percipimus (ut unusquisque in se, quatenus cogitat,  
perit), substantiam extensam causam sufficientem esse ad pro-  
ducendam in nobis titillationem, dolorem similesque ideas sive  
sensationes, quae continuo in nobis quamvis invitis producuntur.  
Si praeter substantiam extensam, aliam nostrarum sensationum  
sum, puta Deum aut angelum, fingere volumus, statim nos  
sum ac distinctum quem habemus conceptum destruimus.  
("propter") quam diu ad nostras perceptiones recte attendimus,  
nihil admittamus, nisi quod clare et distincte percipimus,  
versus propensi seu minime indifferentes erimus ad assentien-  
tiam, quod substantia extensa sola sit causa nostrarum sensatio-  
rum; ac proinde ad affirmandum, quod res extensa a Deo creata  
est. Atque in hoc sane falli non possumus (per prop. 14. cum  
hollo). Quare vere affirmatur, quod substantia extensa in lon-  
gum, latum et profundum existat. Quod erat primum.

Porro inter nostras sensations, quae in nobis (ut iam demon-  
stravimus) a substantia extensa produci debent, magnam differen-  
tiam observamus, nempe ubi dico, me sentire, seu videre arbo-  
rem, seu ubi dico me sitire, dolere etc. Huius autem differentiae  
assam clare video me non posse percipere, nisi prius intelligam, me  
si parti materiae arte esse unitum, et aliis non item. Quod quum  
arte et distincte intelligam, nec ullo alio modo a me percipi pos-  
t, verum est (per prop. 14. cum scholio), me uni materiae parti  
unitum esse. Quod erat secundum. Demonstravimus igitur q. e. d.

**Nota.** Nisi lector hic se consideret tantum ut rem cogitan-  
tur et corpore carentem, et omnes rationes, quas antea habuit  
videndi „quod corpus existat“ tanquam praeiudicia deponat,  
utra hanc demonstrationem intelligere conabitur.

---

<sup>7)</sup> Vide demonstrationem propos. 14. et schol. propos. 15.

---

# PRINCIPIORUM PHILOSOPHIAE

## PARS SECUNDA.

### POSTULATUM.

Petitur hic tantum, ut unusquisque ad suas perceptiones quam accuratissime attendat, quo clarum ab obsculo distinguere possit

### DEFINITIONES.

I. Extensio est id quod tribus dimensionibus constat: non autem per extensionem intelligimus actum extendendi, aut aliquid a quantitate distinctum.

II. Per substantiam intelligimus id quod ad existendum solo Dei concursu indiget.

III. Atomus est pars materiae sua natura indivisibilis.

IV. Indefinitum est id, cuius fines (si quos habet) ab humano intellectu investigari nequeunt.

V Vacuum est extensio sine substantia corporea.

VI. Spatium ab extensione non nisi ratione distinguimus, sive in re non differt. Lege Cartesii princip. phil. part. II. art. 10.

VII. Quod per cogitationem dividi intelligimus, id divisibile est, saltem potentia.

VIII. Motus localis est translatio unius partis materie sive unius corporis ex vicinia eorum corporum, quae illud immediate contingunt et tanquam quiescentia spectantur, in viciniam aliorum.

Hac definitione utitur Cartesius ad motum localem explicandum, quae ut recte intelligatur, considerandum venit

1. Quod per partem materiae intelligit id omne, quod simul transfertur, etsi rursus id ipsum constare possit ex multis partibus.

*2. Quod ad vitandam confusionem in hac definitione loquitur tantum de eo, quod perpetuo est in re mobili, scilicet translatione, ne confundatur, ut passim ab aliis factum est, cum via actione quae transfert. Quam vim vel actionem vulgo putant tantum ad motum requiri, non vero ad quietem; in quo plane depinatur. Nam, ut per se notum, eadem vis requiritur, ut alieni corpori quiescenti certi gradus motus simul imprimantur, quae requiritur, ut rursus eidem corpori certi isti gradus motus simul adimantur, adeoque plane quiescat. Quin etiam experientia probatur: nam sers aequali vi utimur ad navigium in aqua stagnante quiescens impellendum, quam ad idem, quum moventur, subito retinendum; et certe plane eadem esset, nisi ab aqua ab eo sublevatae gravitate et lentore in retinendo adiuvarentur.*

*3. Quod ait, translationem fieri ex vicinia corporum contiguorum in viciniam aliorum, non vero ex uno loco in alium. Nam locus (ut ipse explicuit princ. philos. part. II. art. 13.) non est aliquid in re, sed tantum pendet a nostra cogitatione, adeo ut idem corpus possit dici locum simul mutare et non mutare; non vero ex vicinia corporis contigi simul transferri et non transferri: una enim tantum corpora eodem temporis momento eadem mobili contigua esse possunt.*

*4. Quod non ait absolute translationem fieri ex vicinia corporum contiguorum, sed eorum duntaxat, quae tanquam quiescentia spectantur. Nam ut transferatur corpus A a corpore B quiescente, eadem vis et actio requiritur ex una parte, quae ex altera.*

Fig. I.



*Quod clare apparet exemplo scaphae luto sive arenas, quae in fundo aquae sunt, adhaerentis; haec enim ut propellatur, aequaliter necessario vis tam fundo, quam scaphae impingenda erit. Quapropter vis, qua corpora moveri debent, aequo corpori moto dum quiescenti impenditur. Translatio vero est reciproca;*

nam si scapha separetur ab arena, arena etiam a scapha separatur. Si itaque absolute corporum, quae a se invicem separantur, uni in unam, alteri in alteram partem aequales motus tribuere, et unum non tanquam quiescens spectare vellamus, idque ob id solum, quod eadem actio sit in uno, quae in altero; tamen etiam corporibus, quae ab omnibus tanquam quiescentia spectantur, ex. gr. arenas, a qua scapha separatur, tantundem motus tribuere cogeremur, quantum corporibus motis. Nam, ut ostendimus, eadem actio requiritur ex una, que ex altera parte, et translatio est reciproca. Sed hoc a communi loquendi usu nimium abhorret. Verum quamvis ea corpora, a quibus separantur alia, tanquam quiescentia spectentur ac etiam talis vocentur; tamen recordabimur, quod id omne quod in corpore moto est, propter quod moveri dicitur, etiam sit in corpore quiescente.

5. Denique ex definitione etiam clare apparet, quod unumquodque corpus habeat unum duntaxat motum sibi proprium, quoniam ab unis tantum corporibus sibi contiguis et quiescentibus recedere intelligitur. Attamen, si corpus motum sit pars aliorum corporum alios motus habentium, clare intelligimus, ipsum etiam participare posse ex aliis innumeris; sed quia non facile tam multi simul intelligi nec etiam omnes agnosciri possunt, sufficiet, unicum illum, qui cuique corpori est proprius, in ipso considerare. Lege Cartes. princip. philos. part. II. art. 31.

IX. Per circulum corporum motorum tantum intelligimus id, quum ultimum corpus, quod propter impulsu[m] alterius movetur, primum motorum immediate tangit; quamvis linea, quae ab omnibus corporibus simul per impulsu[m] unius motus describitur, sit valde contorta.

Fig. II.



## AXIOMATA.

- I. Nihil nullae sunt proprietates.
- I. Quicquid ab aliqua re tolli potest ea integra remanente, essentiam non constituit: id autem, quod si auferatur rem eius essentiam constituit.
- I. In duritie nihil aliud sensus nobis indicat, nec aliud defare et distincte intelligimus, quam quod partes durorum rum motui manuum nostrarum resistunt.
- I. Si duo corpora ad invicem accedant, vel ab invicem retinentur, non ideo maius aut minus spatium occupabunt.
- I. Pars materiae, sive cedat sive resistat, non ideo naturam ris amittit.
- I. Motus, quies, figura et similia non possunt concipi sine ratione.
- II. Ultra sensiles qualitates nihil remanet in corpore praeter rationem et eius affectiones in parte I. principiorum phil. metras.
- III. Unum spatium sive extensio aliqua non potest esse una maior, quam alia.
- X. Omnis extensio dividi potest, saltem cogitatione.  
*De veritate huius axiomatis nemo, qui elementa matheseos unum didicit, dubitat. Spatium enim datum inter tangentem rectulum infinitis aliis circulis maioribus dividi semper potest. Idem etiam ex hyperbolae asymptotis patet.*
- I. Nemo sines alicuius extensionis sive spatii concipere potest nisi simul ultra ipsos alia spatia hoc immediate sequentia ipiat.
- II. Si materia sit multiplex, neque una aliam immediate sit, unaqueque necessario sub finibus, ultra quos non datur via, comprehenditur.
- III. Minutissima corpora facile motui manuum nostrarum int.
- III. Unum spatium aliud spatium non penetrat, nec una maius est, quam alia.
- IV. Si canalis A sit eiusdem longitudinis, ac C, at C duplo, quam A, et aliqua materia fluida duplo celerius transeat

per canalem A, quam quae transit per canalem C; tantundem materiae eodem temporis spatio per canalem A transibit, quantum per C; et si per canalem A tantundem transeat, atque per C, illa duplo celerius movebitur.




XV. Quae uni tertio convenient, inter se convenient: et quae eiusdem tertii dupla sunt, inter se sunt aequalia.

XVI. Materia, quae diversimode movetur, tot ad minimum habet partes actu divisas, quot varii celeritatis gradus simul in ipsa observantur.

XVII. Linea inter duo puncta brevissima est recta.

XVIII. Corpus A a C versus B motum si contrario impulsu repellatur, per eandem versus C movebitur lineam.



XIX. Corpora, quae contrarios habent modos, quum sibi mutuo occurrent, ambo aliquam variationem pati coguntur, vel ad minimum alterutrum.

XX. Variatio in aliqua re procedit a vi fortiori.

XXI. Si, quum corpus 1. movetur versus corpus 2. idque impellit, et corpus 8. ex hoc impulsu versus 1. moveatur, corpora 1. 2. 3. etc. non possunt esse in recta linea, sed omnia usque ad 8. integrum circulum componunt. Vid. defin. 9.

*Fig. V.*



**LEMMA I.** *Ubi datur extensio sive spatium, ibi datur necessario substantia.*

**Demonstr.** Extensio sive spatium (per ax. 1.) non potest esse per se nihil. Est ergo attributum, quod necessario alicui rei tribui debet; non Deo (per propos. 16. part. 1.); ergo rei, quae indiget solo concursu Dei ad existendum (per propos. 12. part. 1.), hoc est (per def. 2. huius partis) substantiae; q. e. d.

**LEMMA II.** *Rarefactio et condensatio clare et distincte a nobis concipiuntur; quamvis non concedamus, corpora in rarefactione maius spatium occupare, quam in condensatione.*

**Demonstr.** Possunt enim clare et distincte concipi per id unum, quod partes alicuius corporis ab invicem recedant, vel ad invicem accedant. Ergo (per ax. 4.) non maius neque minus spatium occupabunt. Nam si partes alicuius corporis, puta sponge, ex eo, quod ad invicem accedant, corpora, quibus ipsius intervalla replentur, expellant, per hoc solum istud corpus densius reddetur, nec ideo minus spatium, quam antea eius partes, occupabunt (per ax. 4.). Et si iterum ab invicem recedant, et meatus ab aliis corporibus repleantur, sicut rarefactio, nec tamen maius spatium occupabunt. Et hoc, quod ope sensuum clare percipimus in spongia, possumus solo intellectu concipere de omnibus corporibus, quamvis eorum intervalla humanum sensum plane effugiant. Quare rarefactio et condensatio clare et distincte a nobis concipiuntur etc. q. e. d.

*Vixum fuit haec praemittere, ut intellectus praeiudicia de spatio, rarefactione etc. exueret, et aptus redderetur ad ea quae sequentur intelligenda.*

## PROPOSITIONES.

**PROPOS. I.** *Quamvis durities, pondus et reliquæ sensiles qualitates a corpore aliquo separarentur, integra remanebit nihilo minus natura corporis.*

**Demonstr.** In duritate, puta huius lapidis, nihil aliud sensus indicat, nec aliud de ipsa clare et distincte intelligimus,

quam quod partes durorum corporum motui manuum nostrarum  
resistant (per ax. 3.). Quare (per propos. 14. part. 1.) durities  
etiam nihil aliud erit. Si vero istud corpus in pulvisculos quam  
minutissimos redigatur, eius partes facile recedent (per ax. 12.),  
nec tamen corporis naturam amittent (per ax. 5.); q. e. d.

In pondere caeterisque sensilibus qualitatibus eodem modo  
procedit demonstratio.

### PROPOS. II. Corporis sive materiae natura in sola extensione consistit.

DEMONSTR. Natura corporis non tollitur ex sublatione sensi-  
lium qualitatum (per propos. 1. huius); ergo neque constituant  
ipsius essentiam (per ax. 2.) Nihil ergo remanet praeter exten-  
sionem et eius affectiones (per ax. 7.). Quare si tollatur extensio,  
nihil remanebit, quod ad naturam corporis pertineat, sed prorsus  
tolletur. Ergo (per ax. 2.) in sola extensione corporis natura con-  
sistit; q. e. d.

COROLLAR. Spatium et corpus in re non differunt.

DEMONSTR. Corpus et extensio in re non differunt (per praec-  
ced.); spatium etiam et extensio in re non differunt (per defin. 6.).  
Ergo (per ax. 15.) spatium et corpus in re non differunt; q. e. d.

SCHOL. Quamvis dicamus Deum esse ubique, non ideo con-  
ceditur Deum esse extensem, hoc est (per praec.) corporeum.<sup>\*)</sup>  
Nam esse ubique refertur ad solam potentiam Dei et eius concur-  
sum, quo res omnes conservat; adeo ut Dei ubiquitas referatur  
non magis ad extensionem sive corpus, quam ad angelos et animas  
humanas. Sed notandum, quod, quum dicimus ipsius potentiam  
esse ubique, non secludamus ipsius essentiam; nam ubi ipsius  
potentia, ibi etiam est ipsius essentia (per coroll. prop. 17. part.  
1.): sed solum ut corporeitatem secludamus, hoc est, Deum  
non aliqua potentia corporea esse ubique, sed potentia sive essen-  
tia divina, quae communis est ad conservandam extensionem et  
res cogitantes (per prop. 17. part. 1.), quas profecto conservare  
non potuisset, si ipsius potentia, hoc est, essentia esset corporea.

---

<sup>\*)</sup> Vide de his fusius in append. part. II. c. 3. et 9.

**PROPOS. III.** Repugnat ut detur vacuum.

**DEMONSTR.** Per vacuum intelligitur extensio sine substantia corpora (per def. 5.), hoc est (per propos. 2. huius) corpus sine corpore, quod est absurdum.

*Ad uberiorem autem explicationem et ad praeiudicium de rebus emendandum legantur Cartesii princ. phil. part. II. art. 17. et 18., ubi praecipue notetur, quod corpora, inter quae nihil interiacet, necessario se mutuo tangant, et etiam, quod nihil nullae sint proprietates.*

**PROPOS. IV.** Una pars corporis non maius spatium occupat una vice, quam alia, et contra idem spatium una vice non plus corporis continet, quam alia.

**DEMONSTR.** Spatium et corpus in re non differunt (per coroll. prop. 2. huius). Ergo quum dicimus, spatium una vice non maius est, quam alia (per ax. 13.), simul dicimus, corpus non posse maius esse, hoc est, maius spatium occupare una vice, quam alia; quod erat primum. Porro ex hoc, quod spatium et corpus in re non differunt, sequitur, quum dicimus, corpus non posse maius spatium occupare una vice, quam alia, nos simul dicere, idem spatium non plus corporis posse continere una vice, quam alia; q. e. d.

**COROLLAR.** Corpora quae aequale spatium occupant, putarum et aëris, aequae multum materiae sive substantiae corporeae habent.

**DEMONSTR.** Substantia corporea non in duritate e. g. auri, neque in molilitate e. g. aëris, neque in ulla sensilium qualitatum (per propos. 1. huius); sed in sola extensione consistit (per propos. 2. huius). Quum autem (ex hypoth.) tantundem spatii sive (per def. 6.) extensionis sit in uno, quam in alio; ergo etiam tantundem substantiae corporeae; q. e. d.

**PROPOS. V.** Nullae dantur atomi.

**DEMONSTR.** Atomi sunt partes materiae indivisibilis ex sua natura (per def. 3.). Sed quum natura materiae consistat in exten-

sione (per prop. 2. huius), quae natura sua, quantumvis parva, est divisibilis (per ax. 9. et def. 7.); ergo pars materiae, quantumvis parva, natura sua est divisibilis, h. e. nullae dantur atomi sive partes materiae natura sua indivisibles; q. e. d.

SCHOL. Magna et intricata quaestio de atomis semper fuit. Quidam asserunt dari atomos ex eo, quod infinitum non potest esse maius alio infinito; et si duae quantitates, puta A et dupla ipsius A, sint divisibiles in infinitum, poterunt etiam potentia Dei, qui eorum infinitas partes uno intuitu intelligit, in infinitas partes actu dividi. Ergo quum, ut dictum est, unum infinitum non maius sit alio infinito, erit quantitas A aequalis suo duplo; quod est absurdum. Deinde etiam quaerunt, an dimidia pari numeri infiniti sit etiam infinita; et an par sit an impar, et alii eiusmodi. Ad quae omnia Cartesius respondit, nos non debet ea, quae sub nostrum intellectum cadunt, ac proinde clare et distincte concipiuntur, reiicere propter alia, quae nostrum intellectum aut captum excedunt; ac proinde non nisi admodum inadaequate a nobis percipiuntur. Infinitum vero et eius proprietates humanum intellectum, natura scilicet finitum, excedunt; adeoque ineptum foret id quod clare et distincte de spatio concepiimus tanquam falsum reiicere, sive de eo dubitare, propterea quod non comprehendamus infinitum. Et hanc ob causam Cartesius ea, in quibus nullos fines advertimus, qualia sunt extensio mundi, divisibilitas partium materiae etc. pro indefinitis habet. Lege Cartesii princ. phil. part. I. art. 26.

**PROPOS. VI.** Materia est indefinite extensa, materia que coeli et terrae una eademque est.

DEMONSTR. I. *partis.* Extensionis, id est (per prop. 2. huius) materiae nullos fines imaginari possumus, nisi ultra ipsos alia spatia immediate sequentia (per ax. 10.), id est (per def. 6.) extensionem sive materiam concipiamus, et hoc indefinite. Quod erat primum.

DEMONSTR. II. *partis.* Essentia materiae consistit in extensione (per propos. 2. huius), eaque infinita (per 1. partem), hoc est (per def. 4.) quae sub nullis finibus ab humano intellectu

percipi potest. Ergo (per ax. 11.) non est multiplex, sed ubique una eademque. Quod erat secundum.

SCHOL. Hucusque de natura sive essentia extensionis egimus. Quod autem talis, qualem illam concipimus, a Deo creata esset, propositione ultima primae partis demonstravimus; et ex proposit. 12. primae partis sequitur, nunc eadem eadem qua creata est potentia conservari. Deinde etiam eadem ultima propos. primae partis demonstravimus, nos, quatenus res cogitantes, unitos esse parti alicui istius materiae, cuius ope percipimus, cum actu omnes illas variationes, quarum ex sola materiae contemplatione eam scimus esse capacem, uti sunt divisibilitas, motus localis, sive migratio unius partis ex uno loco in alium, quam dire et distincte percipimus, modo intelligamus, alias partes materiae in locum migrantium succedere. Atque haec divisio et motus infinitis modis a nobis concipiuntur, ac proinde infinitae etiam materiae variationes concipi possunt. Dico, eas clare distincteque a nobis concipi, quam diu nempe ipsas tanquam extensionis modos, non autem tanquam res ab extensione realiter distinctas concipimus, ut fuse est explicatum princip. phil. parte I. Et quamvis philosophi alios quam plures motus fixerunt, nobis tamen nihil nisi quod clare et distincte concipimus admittentibus, quia nullius motus, praeter localem, extensionem esse capacem clare et distincte intelligimus, nec etiam ullus alias sub nostram imaginationem cadit, nullus etiam praeter localem erit admittendus.

Verum Zeno, ut fertur, negavit motum localem, idque ob varias rationes, quas Diogenes Cynicus suo more refutavit, deambulando scilicet per scholam, in qua haec a Zenone docebantur, auditoresque illius sua deambulatione perturbando. Ubi autem sensit, se a quodam auditore detineri, ut eius ambulationem impidiret, ipsum increpuit dicens: Cur sic ausus es tui magistri rationes refutare? Sed ne forte quis per rationes Zenonis deceptus putet, sensus aliquid, motum scilicet, nobis ostendere, quod plane intellectui repugnet, adeo ut mens etiam circa ea quae ope intellectus clare et distincte percipit deciperetur, praecipuas ipsius rationes hic adferam, simulque ostendam, eas non nisi falsis niti praecidiis: nimirum quia verum materiae conceptum nullum habuit.

Primo itaque aiunt, ipsum dixisse, quod, si daretur motus corporis circulariter summa celeritate moti differret a quiete; atqui hoc absurdum, ergo et illud. Pr consequens. Illud corpus quiescit, cuius omnia puncta assidu manent in eodem loco: atqui omnia puncta corporis circulari summa celeritate moti assidue manent in eodem loco; ergo Atque hoc ipsum dicunt explicasse exemplo rotae, puta A I quae si quadam celeritate circa centrum suum moveatur, punc A citius per B et C absolvet circulum, quam si tardius movere

Fig. VI.




Ponatur igitur e. g. quum tarde incipit moveri, post lapsam hunc esse in eodem loco, a quo incepit. Quod si vero duplo celeriter moveri ponatur, erit in loco, a quo incepit moveri, post lapsum dimidiā horam, et si quadruplo celerius, post lapsū quatem, et si concipiāmus hanc celeritatem in infinitum augeri tempus diminui usque in momenta: tum punctum A in sua illa celeritate omnibus momentis sive assidue erit in loco, a quo incepit moveri, atque adeo in eodem semper manet loco. E quod de puncto A intelligimus, intelligendum etiam est de omnibus punctis huius rotæ. Quocirca omnia puncta in summa celeritate assidue manent in eodem loco.

Verum ut respondeam, venit notandum, hoc argumentum magis esse contra summam motus celeritatem, quam contra motum ipsum. Attamen an recte argumentetur Zeno, hic non aminabimus, sed potius ipsius præiudicia, quibus tota haec argumentatio quatenus ea motum impugnare putat nititur, detinetur. Primo igitur supponit corpora adeo celeriter posse cor-

moveri, ut celerius moveri nequeant. Secundo tempus componi ex momentis, sicut alii componi quantitatem ex punctis indivisibilibus conceperunt. Quod utrumque falsum. Nam nunquam motum adeo celerem concipere possumus, quo simul celeriorem non concipiamus. Repugnat enim nostro intellectui, motum, quantumvis parvam lineam describentem, adeo celerem concipere, ut celerior non dari possit. Atque idem etiam locum habet in tarditate; nam implicat concipere motum adeo tardum, ut tardior non dari possit. De tempore etiam, quod motus mensura est, non asserimus, videlicet quod clare repugnat nostro intellectui concipere tempus, quo brevius non dari possit. Quae omnia ut probemus, vestigia Zenonis sequamur. Ponamus igitur, ut ipse, rotam A B C circa centrum tali celeritate moveri, ut punctum A


Fig. VII.



omnibus momentis sit in loco A, a quo movetur. Dico me clare concipere celeritatem hac indefinite celeriorem, et consequenter momenta in infinitum minora. Nam ponatur, dum rota A B C circa centrum movetur, facere ope chordae H, ut etiam alia rota D E F (quam ipsa duplo minorem pono) circa centrum moveatur. Quum autem rota D E F duplo minor supponatur rota A B C, perspicuum est, rotam D E F duplo celerius moveri rota A B C; et per consequens punctum D singulis dimidiis momentis esse iterum in eodem loco, a quo incepit moveri. Deinde si rotae A B C tribuamus motum rotae D E F, tum D E F quadruplo celerius movebitur, quam antea; et si iterum hanc ultimam celeritatem rotae D E F tribuamus rotae A B C, tum D E F octuplo celerius movebitur, et sic in infinitum. Verum ex solo materiae conceptu hoc clarissime appetit. Nam materiae essentia consistit in exten-

tangent, vel non. Si ad se invicem accedant et tangantur intentum. Si vero non ad se invicem accedant, s' spatium a B derelictum, inter A et C interiaceat, ergo e' quale ipsi B (per coroll. prop. 2. huius et coroll. prop. interiacet. At non (per hypotheses.) idem B: ergo aliud, dem temporis momento ipsius locum ingreditur; et quo temporis momento ingrediatur, nullum aliud potest esse quod immediate tangit, per schol. prop. 6. huius. Ibi monstravimus, nullum dari motum ex uno loco in alterius tempus, quo brevius semper datur, non requirat. Exquitur, spatium corporis B eodem temporis momento ab ipso non posse occupari, quod per spatium aliquod moves, antequam eius locum ingredieretur. Ergo tantum quod B immediate tangit, eodem temporis momento illi ingreditur; q. e. d.

Fig. VIII.



**SCHOL.** Quoniam partes materiae realiter ab invicem distinguntur (vide Cartesii princ. phil. part. I. art. 61.), que alia esse potest (per coroll. propos. 7. part. 1.); nec ceterum dependent. Quare omnia illa figura de sympathia ut falsa sunt reiicienda. Porro quum causa alicuius semper positiva debeat esse (per axioma 8. part. 1.), dicendum erit, quod corpus aliquod moves, ne detur sed tantum ex alterius impulsu.


**COROLLAR.** In omni motu integer circulus corporis moves.

**Demonstr.** Eo tempore, quo corpus 1. ingreditur corporis 2., hoc corpus 2. in alterius locum, puta 3. d' gredi, et sic porro (per propos. 7. huius). Deinde eodem *momento*, quo corpus 1. locum corporis 2. ingrediebatur

re 1. derelictus ab alio occupari debet (per prop. 8.  
8. aut aliud, quod ipsum 1. immediate tangit. Quod  
t solo impulsu alterius corporis (per scholium pse-  
d hic supponitur esse 1., non possunt omnia haec  
ta in eadem recta linea esse (per ax. 21.); sed (per  
integrum circulum describunt; q. e. d.



IX. Si canalis ABC circularis sit aqua  
us, et in A sit quadruplo latior quam in B, eo  
more, quo illa aqua (vel aliud corpus fluidum)  
est in A, versus B incipit moveri, aqua quae  
in B quadruplo celerius movebitur.



STR. Quum tota aqua, quae est in A movetur versus  
simil tantundem aquae ex C, quae A immediate tangit,  
et ingredi (per prop. 8. huius); et ex B tantundem

aquae locum C debet ingredi (per eandem). Ergo (per ax. 14.) quadruplo celerius movebitur; q. e. d.

Id quod de circulari canali dicimus, etiam est intelligendum de omnibus inaequalibus spatiis, per quae corpora, quae simili moventur, coguntur transire. Demonstratio enim in caeteris casis dem erit.

**LEMMA.** *Si duo semicirculi ex eodem centro describantur, ut A et B, spatium inter peripherias erit ubique aequalis; si vero ex diversis centris describantur, ut C et D, spatium inter peripherias erit ubique inaequalis.*

*Fig. XI.*



Demonstratio patet ex sola definitione circuli.

**PROPOS. X.** Corpus fluidum, quod per canalem ABC movetur, accipit indefinitos gradus celeritatis.<sup>1)</sup>

**DEMONSTR.** Spatium inter A et B est ubique inaequale (per lemma praec.); ergo (per propos. 9. huius) celeritas, qua corpus fluidum per canalem ABC movetur, erit ubique inaequalis. Porro, quum inter A et B indefinita spatia semper minora atque minora cogitatione concipiamus (per prop. 5. huius); etiam ipsius inaequalitates, quae ubique sunt, indefinitas concipiemus, ac proinde (per propos. 9. huius) celeritatis gradus erunt indefiniti; q. e. d.

**PROPOS. XI.** In materia, quae per canalem ABC fluit, datur divisio in particulas indefinitas.<sup>2)</sup>

**DEMONSTR.** Materia, quae per canalem ABC fluit, acquirit simul indefinitos gradus celeritatis (per prop. 10. huius); ergo

<sup>1)</sup> Vide figuram propos. praeced.

<sup>2)</sup> Vide figuram propos. 9.

(per al. 16.) habet indefinitas partes revera divisas; q. e. d. Lege Cartesii princip. phil. part. II. art. 34. 35.

**SCHOL.** Hucusque egimus de natura motus. Oportet iam ut eius causam inquiramus, quae duplex est, primaria scilicet die generalis, quae causa est omnium motuum, qui sunt in mundo; et particularis, a qua fit, ut singulae materiae partes motus, quos prius non habuerunt, acquirant. Ad generalem quod attinet, quum nihil sit admittendum (per propos. 14. part. 1. schol. prop. 15. eiusd. part.), nisi quod clare et distincte perdivimus, nullamque aliam causam praeter Deum (materiae scilicet creatorem) clare et distincte intelligamus, manifeste apparet, nullam aliam causam generalem praeter Deum esse admittendam. Quod autem hic de motu dicimus, etiam de quiete intelligendum vidit.

**PROPOS. XII.** Deus est causa principalis motus.

**DEMONSTR.** Inspiciatur scholium proxime praecedens.

**PROPOS. XIII.** Eandem quantitatem motus et quietis, quam Deus semel materiae impressit, etiam cum suo concursu conservat.

**DEMONSTR.** Quum Deus sit causa motus et quietis (per propos. 12. huic), etiamnum eadem potentia, qua eos creavit, conservat (per al. 10. part. 1.); et quidem eadem illa quantitate, qua eos primo creavit (per corollar. prop. 20. part. 1.); q. e. d.

**SCHOL. I.** Quamvis in theologia dicatur, Deum multa agere ex beneplacito, et ut potentiam suam hominibus ostendat, tamen quum ea, quae a solo eius beneplacito pendent, non nisi divina revelatione innotescant, ista in philosophia, ubi tantum in id quod ratio dictat inquiritur, non erunt admittenda, ne philosophia cum theologia confundatur.

**II.** Quamvis motus nihil aliud sit in materia mota, quam eius modus, certam tamen et determinatam habet quantitatem, quae quomodo intelligenda veniat, patebit ex sequentibus. Lege Cartesii princ. phil. part. II. art. 36.

**PROPOS. XIV.** Unaquaeque res, quatenus simplex indivisa est, et in se sola consideratur, quantum in se est, semper in eodem statu perseverat.

Propositio haec multis tanquam axioma est; eam tamen demonstrabimus.

**DEMONSTR.** Quum nihil sit in aliquo statu, nisi ex solo concurso (per prop. 12. part. 1.), et Deus in suis operibus summe constans (per coroll. propos. 20. part. 1.), si ad nullas causas externas, particulares scilicet, attendamus, sed rem in sola consideremus, affirmandum erit, quod illa, quantum in se est, in statu suo, in quo est, semper perseverat; q. e. d.

**COROLLAR.** Corpus, quod semel movetur, semper movebitur, nisi a causis externis retardetur.

**DEMONSTR.** Patet hoc ex prop. praec. Attamen ad prae dictum de motu emendandum lege Cartesii princip. phil. part. 1. art. 37. et 38.

**PROPOS. XV.** Omne corpus motum ex se ipso reddit, ut secundum lineam rectam, non vero curva perget moveri.

Hanc propositionem inter axiomata numerare liceret, eam tamen ex praecedentibus sic demonstrabo.

**DEMONSTR.** Motus, quia Deum tantum (per propos. 12. huius pro causa habet, nullam unquam ex se vim habet ad existendum (per ax. 10. part. 1.), sed omnibus momentis a Deo quasi per creaturam (per illa quae demonstrantur circa axioma iam citatum) Quapropter quam diu ad solam motus naturam attendimus, non quam ipsi durationem tribuere poterimus tanquam ad eius naturam pertinentem, quae maior alia potest concipi. At si dicatur ad naturam alicuius corporis moti pertinere, ut lineam curvam aliquam suo motu describat, magis diurna duratio motus naturae tribueretur, quam ubi supponitur, de corporis motu naturae esse, tendere ut moveri perget secundum lineam rectam (per ax. 17.). Quum autem (ut iam demonstravimus) talem durationem motus naturae tribuere non possumus; ergo neque etiam pones

mis moti natura sit, ut secundum ullam lineam curvam ut secundum rectam moveri perget; q. e. d.

Haec demonstratio videbitur forsan multis non magna, ad naturam motus non pertinere, ut lineam curvam, an rectam describat; idque propterea quod nulla posse est, qua minor sive recta sive curva non detar, aperte, qua etiam alia curva minor non deter. Attamen, considerem, demonstrationem nihil minus rectifico; quandoquidem ipsa ex sola universalis essentia in differentia linearum, non vero ex uniuscumque in accidentalis differentia id, quod demonstrandum, concludit. Verum ne rem per se satis claram desideriorem reddam, lectores ad solidam metus definitio, quae nihil aliud de motu affirmat, quam transire partis materiae ex vicinia etc. in viciniam aliorum et nisi hanc translationem simplicissimam concipiant, eam secundum lineam rectam fieri, motui aliquid quod in eius definitione sive essentia non continetur; us naturam non pertinet.

**AR.** Ex propositione hac sequitur, omne corpus, cum lineam curvam movetur, continuo a linea, secundum se pergeret moveri, deflectere; idque vi alicuius esse (per propos. 14. huius).

**XVI.** Omne corpus quod circulariter mouetur (ut lapis ex. gr. in funda), continuo determinatur, ut secundum tangentem perget moveri.

**B.** Corpus, quod circulariter mouetur, continuo a peditur, ne secundum lineam rectam perget moveri (per prop. praecedentis): qua cessante corpus ex se perget eam rectam moveri (per prop. 15.). Dico praeterea, si circulariter mouetur, a causa externa determinari, tangentem perget moveri. Nam si negas, ponatur funda ex. gr. non secundum tangentem B D determinandum aliam lineam ab eodem punto extra aut intra

circulum conceptam, ut B F, quando funda ex parte L ve  
nire supponitur, aut secundum B G (quam intelligo cum  
B H, quae a centro ducitur per circumferentiam, eam  
puncto B secat, angulum constituere aequalem angulo F B  
contra supponatur funda ex parte C versus B venire. At:  
in puncto B supponatur a funda, quae ab L versus B circu  
movetur, determinari, ut versus F perget moveri, nec  
(per ax. 18.) ubi funda contraria determinatione a C versus  
vetur, determinabitur, ut secundum eandem lineam B F co  
determinatione perget moveri; ac proinde versus K, non ve  
sus G tendet, quod est contra hypothesis. Et quum nulla  
quae per punctum B potest duci, praeter tangentem statui  
cum linea B H angulos ad eandem partem, ut D B H et A  
aequales efficiens, \*) nulla praeter tangentem datur, quae ei  
hypothesin servare potest, sive funda ab L versus B, sive a  
sus B moveatur. Ac proinde nulla praeter tangentem statuen  
secundum quam tendit moveri; q. e. d.





Fig. XII. A

**ALITER.** Concipiatur loco circuli hexagonum A B H ci  
inscriptum, et corpus C in uno latere A B quiescere. D  
concipiatur regula D B E (cuius unam extremitatem in cen  
fixam, alteram vero mobilem suppono) circa centrum D n

\*) Hoc patet ex Euclid. element. libr. 3. propos. 18. 19.

secum continuo lineam A B. Patet quod, si regula D B E, dum  
ita concipitur moveri, corpori C occurrat eo tempore, quo lineam  
A B ad angulos rectos secat, ipsa regula corpus C suo impulsu  
determinabit, ut secundum lineam F B A G versus G perget mo-  
vi, hoc est, secundum latus A B indefinite productum.

Fig. XIII.




Verum quia hexagonum ad libitum assumsimus, idem erit affir-  
mandum de quacumque alia figura, quam huic circulo concipimus  
posse inscribi: nempe quod, ubi corpus C in uno figurae latere  
quiescens a regula D B E impellitur eo tempore, quo ipsa latus illud  
ad angulos rectos secat, ab illa regula determinabitur, ut secundum  
illud latus indefinite productum perget moveri. Concipiamus igit-  
ter loco hexagoni figuram rectilineam infinitorum laterum (hoc  
est, circulum ex def. Archimedis): patet regulam D B E, ubicum-  
que corpori C occurrat, ipsi semper occurrere eo tempore, quo  
aliquid talis figurae latus ad angulos rectos secat, adeoque nun-  
quam ipsi corpori C occurret, quin ipsum simul determinabit, ut

secundum illud latus indefinite productum pergit moveri; quinque quodlibet latus ad utramvis partem productum semper extra figuram cadere debeat, erit hoc latus indefinite productum tangentia figurae infinitorum laterum, hoc est, circuli. Si itaque loco regulae concipiamus fundam circulariter motam, haec lapidem continuo determinabit, ut secundum tangentem pergit moveri; q.e.d.

*Notandum hic est, utramque hanc demonstrationem posse accommodari quibuslibet figuris curvilineis.*

**PROPOS. XVII.** Omne corpus, quod circulariter movetur, conatur recedere a centro circuli, quem describit.

**DEMONSTR.** Quam diu aliquod corpus circulariter movetur, tam diu cogitur ab aliqua causa externa; qua cessante simul pergit moveri secundum lineam tangentem (per praeced.), cuius omnia puncta praeter id quod circulum tangit, extra circulum cadunt. <sup>9)</sup>



*Fig. XIV.*

<sup>9)</sup> *Vid. Euclid. element. libr. 3. prop. 16.*

~~le~~ preinde longius a centro distant. Ergo quum lapis, qui circuliter movetur in funda E A, est in puncto A, conatur pergere iemodum lineam, cuius omnia puncta longius distant a centro E, ~~nam~~ omnia puncta circumferentiae L A B, quod nihil aliud est, ~~nam~~ recedere conari a centro circuli, quem describit; q. e. d.

**PROPOS. XVIII.** Si corpus aliquod, puta A, versus aliud corpus quiescens B moveatur, nec tamen B propter impetum corporis A aliquid suae quietis amittat; neque etiam A sui motus aliquid amittet, sed eandem quantitatem motus, quam antea habebat, prorsus retinebit.

**DEMONSTR.** Si negas, ponatur corpus A perdere de suo motu, nec tamen id, quod perdidit, in aliud transferre, puta in B. Dabitur in natura, quum id contingit, minor quantitas motus, quam antea, quod est absurdum (per prop. 13. huius). Eodem modo procedit demonstratio respectu quietis in corpore B. Quare si unum in aliud nihil transferat, B omnem suam quietem, et omnem suum motum retinebit; q. e. d.

Fig. XIV.



**PROPOS. XIX.** Motus in se spectatus differt a sua determinatione versus certam aliquam partem; neque opus est, corpus motum ut in contrariam partem feratur sive repellatur, aliquamdiu quiescere.

**DEMONSTR.** Ponatur, ut in praeced., corpus A versus B in directum moveri, et a corpore B impediri, ne ulterius perget. Ergo (per praeced.) A suum integrum motum retinebit, nec quantumvis minorem spatium temporis quiescet. Attamen quum perget moveri, non movetur versus eandem partem, versus quam prius movebatur; supponitur enim a B impediri. Ergo motu suo integro remanente atque determinatione priore amissa versus con-

trarium movebitur partem, non vero versus ullam aliam (per quae a Cartesio dioptr. cap. 2. dicta sunt). Ideoque (per a1 determinatio ad essentiam motus non pertinet, sed ab ipsa di nec corpus motum, quum repellitur, aliquamdiu quiescit; q.

**COROLLAR.** Hinc sequitur motum non esse motui co rium.

**PROPOS. XX.** Si corpus A corpori B occurrat ipsum secum rapiat; tantum motus, quantum propter occursum A ab ipso A acquirit, de motu A amittet.<sup>1)</sup>

**DEMONSTR.** Si negas, ponatur B plus aut minus motus acquirere, quam A amittit: tota illa differentia erit addend subtrahenda quantitatibus motus totius naturae; quod est absurdum (per propos. 13. huius). Quum ergo neque plus neque minus motus corpus B possit acquirere, tantum ergo acquires, quantum amittet; q. e. d.

**PROPOS. XXI.** Si corpus A duplo maius sit quam B, et aequae celeriter moveatur; habebit enim A duplo maiorem motum, quam B, sive vim aequalis celeritatem cum B retinendam.<sup>2)</sup>

**DEMONSTR.** Ponatur e. g. loco A bis B, id est (ex hyp.) ut A in duas aequales partes divisum. Utrumque B habet vim manendum in statu, in quo est (per prop. 14. huius), eaque in utroque (ex hyp.) est aequalis. Si iam haec duo B iungari suam celeritatem retinendo, fiet unum A, cuius vis et quantum erit aequalis duobus B sive dupla unius B; q. e. d.

*Nota, hoc ex sola motus definitione etiam sequi. Quo corpus, quod movetur, maius est, eo plus materiae datur, et ab alia separatur: daturque igitur plus separationis, hoc (per defin. 8.) plus motus. Vnde quae defn. 8. num. 4. motus circa motus definitionem.*

1) Vide fig. propos. 18.

2) Vide fig. propos. 18.

**PROPOS. XXII.** Si corpus A aequale sit corpori B, et A duplo celerius quam B moveatur, vis sive motus in A erit duplus ipsius B. \*)

**DEMONSTR.** Ponatur B, quum primo certam vim se movendi acquisivit, acquisivisse quatuor gradus celeritatis. Si iam nihil accedat, perget moveri (per propos. 14. huius) et in suo statu perseverare. Supponatur denuo novam aliam vim acquirere ex novo impetu priori aequalem. Quapropter iterum acquiret ultra quatuor priores alios quatuor gradus celeritatis, quos etiam (per und. propos.) servabit, hoc est, duplo celerius, hoc est, aequo celeriter ac A movebitur, et simul duplam habebit vim, hoc est, aequalem ipsi A. Quare motus in A est duplus ipsius B; q. e. d.

*Nota, nos hic per vim in corporibus motis intelligere quantitatem motus, quae quantitas in aequalibus corporibus pro celeritate motus maior esse debet, quatenus ea celeritate corpora aequalia a corporibus immediate tangentibus magis eodem tempore separantur, quam si tardius moverentur; adeoque (per definit. 8.) plus motus etiam habent: in quiescentibus autem per vim resistendi intelligere quantitatem quietis. Ex quibus sequitur*

**COROLLAR. I.** Quo corpora tardius moventur, eo magis de quiete participant. Corporibus enim celerius motis, quae ipsis occurunt et minorem quam ipsa vim habent, magis resistunt, et etiam minus a corporibus immediate tangentibus separantur.

**COROLLAR. II.** Si corpus A duplo celerius moveatur quam corpus B, et B duplo maius sit quam A, tantundem motus est in B maiori quam in A minori, ac proinde etiam aequalis vis.

**DEMONSTR.** Sit B duplo maius quam A, et A duplo celerius moveatur quam B, et porro C duplo minus sit quam B, et duplo tardius moveatur quam A. Ergo B (per propos. 21. huius) duplo maiorem motum haebet, et A (per prop. 22. huius) duplo maiorem motum haebet quam C. Ergo (per axioma 15.) B et A aequalem motum habent; est enim utriusque motus eiusdem tertii C duplus; q. e. d.

\*<sub>i</sub> Vide sig. propos. 18.

**COROLLAR. III.** Ex his sequitur, *motum a celeritate distinguui*. Concipimus enim corporum, quae aequalem habent celeritatem, unum plus motus habere posse, quam aliud (per propos. 21. huius): et contra, quae inaequalem habent celeritatem, aequalem motum habere posse (per coroll. praeced.). Quidam etiam ex sola motus definitione colligitur; nihil enim aliud est, quam „translatio unius corporis ex vicinia“ etc.<sup>1)</sup>

*Verum hic notandum, corollarium hoc tertium primo non repugnare. Nam celeritas duobus modis a nobis concipiatur: vel quatenus corpus aliquod magis aut minus eodem tempore a corporibus illud immediate tangentibus separatur, et ceterus motus vel quietis plus vel minus participat; vel quatenus eodem tempore maiorem vel minorem lineam describit, et ceterus a motu distinguitur.*

*Potuissem hic alias propositiones adiungere ad uberiorem explicationem propositionis 14. huius partis, et vires rerum in quemque statu, sicut hic circa motum fecimus, explicare; sed sufficiet Cartesii princip. phil. part. II. art. 43. perlegere, et tantum unam propositionem annexare, quae necessaria est ad ea, quae sequuntur, intelligenda.*

**PROPOS. XXIII.** Quum modi alicuius corporis variationem pati coguntur, illa variatio semper erit minima, quae dari potest.

**DEMONSTR.** Satis clare sequitur haec propositio ex propos. 14. huius.

**PROPOS. XXIV.** Reg. 1. Si duo corpora (puta A et B) essent plane aequalia, et in directum versus se invicem aequale velociter moverentur; quum sibi mutuo occurrunt, utrumque in contrariam partem reflectetur nulla suae celeritatis parte amissa.<sup>2)</sup>

In hac hypothesi clare patet, quod, ut horum duorum corporum contrarietas tollatur, vel utrumque in contrariam partem re-

<sup>1)</sup> Vide defin. 8.

<sup>2)</sup> Vide fig. propos. 18.

um alterum secum rapere debeat; nam quoad determinatum, non vero quoad motum sibi sunt contraria.   
n. Quum A et B sibi mutuo occurrant, aliquam vari debent (per ax. 19.). Quum autem motus motui prius (per coroll. propos. 19. huius), nihil sui motus erit (per ax. 19.). Quam ob rem in sola determinatio. Sed unius determinationem tantum, puta unus concipere mutari, nisi A, a quo mutari deberet, apponamus (per ax. 20.). At hoc esset contra hypothesum quod mutatio determinationis in uno tantum fieri possit in utroque, deflectentibus scilicet A et B in contraria, non vero versus ullam aliam (per illa quae in tric. cap. 2. dicta sunt), et motum suum integrum: q. e. d.

**XXV. Reg. 2.** Si mole essent inaequalia, nōpe maius quam A, caeteris ut prius positis, solum A reflectetur, et utrumque eadem tate perget moveri.<sup>1)</sup>

n. Quum A supponatur minus quam B, habebit (opos. 21. huius) minorem vim quam B. Quum aypothesi, ut in praecedenti, detur contrarietas in sola mole, adeoque, ut in propos. praeced. demonstravimus, minatione variatio fieri debeat; fiet tantum in A, et (per ax. 20.). Quare A tantum in contrariam partem reflectetur suam integrum celeritatem retinendo; q. e. d.

**XXVI.** Si mole et celeritate sint inaequalia, nempe duplo maius quam A, motus vero duplo celerior quam in B, caeteris ut prius positis; ambo in contrariam partem reflectentur, iisque suam quam habebant celeritatem rete.<sup>2)</sup>

n. Quum A et B versus se invicem moventur (seg. propos. 18. 2) Vide fig. propos. 18.

cumdem hypothesis), tantundem motus est in uno, quam in aliis (per coroll. 2. propos. 22. huius). Quare motus unius motui alterius non contrariatur (per coroll. prop. 19. huius), et vires in utroque sunt aequales (per coroll. 2. propos. 22. huius). Quare haec hypothesis prorsus est similis hypothesi propositionis 24. huius; adeoque per eiusdem demonstrationem A et B in contraria partem suum motum integrum retinendo reflectentur; q. e. d.

**COROLLAR.** Ex tribus hisce praecedentibus propositionibus clare apparet, quod determinatio unius corporis aequalem vim requirat, ut mutetur, quam motus. Unde sequitur, corpus, quod plus quam dimidium suae determinationis, et plus quam dimidiam partem sui motus amittit, plus mutationis pati, quam si quod totam suam determinationem amittit.

**PROPOS. XXVII.** Reg. 3. Si mole sint aequales, sed B tantillo celerius moveatur, quam A, non tantum A in contrariam partem reflectetur, sed etiam B dimidiam partem celeritatis, qua A excedit, in A transferet, et ambo aequae celeriter pergent moveri versus eandem partem.

**DEMONSTR.** A (ex hyp.) non tantum sua determinatione opponitur B, sed etiam sua tarditate, quatenus illa de quiete participat (per coroll. 1. prop. 22. huius). Unde quamvis in contrariam partem reflectatur et sola determinatio mutetur, non ideo tollitur omnis horum corporum contrarietas. Quare (per ax. 19.) et in determinatione et in motu variatio fieri debet. Sed quum B ex hypothesi celerius quam A moveatur, erit B (per prop. 22. huius) fortius quam A. Quare (per ax. 20.) mutatio in A a B procedet, a quo in contrariam partem reflectetur; quod erat primum.

Deinde quam diu tardius quam B movetur, ipsi B (per coroll. 1. prop. 22. huius) opponitur. Ergo tam diu variatio fieri debet (per ax. 19.), donec non tardius quam B moveatur. Ut autem celerius quam B moveatur, a nulla causa adeo forti in hac hypothesis cogitur. Quum igitur neque tardius quam B moveri possit, quum a B impellatur, neque celerius quam B, aequae ergo celeriter ac B perget moveri. Porro si B minus quam dimidiam

**us celeritatis in A transferat, tunc A tardius quam B : si vero plus, quam dimidiam partem, tunc A ce- perget moveri; quod utrumque absurdum est, ut istravimus. Ergo variatio eo usque continget, donec irtem excessus celeritatis in A transtulerit, quam B huius) amittere debet; adeoque ambo aequae cele- contrarietate pergent moveri versus eandem partem;**

**MR.** Hinc sequitur, quo corpus aliquod celerius magis determinatum esse, ut, secundum quam li- r, moveri perga: et contra quo tardius, eo minus is habere.

Ne hic lectores vim determinationis cum vi motus risum fuit pauca adiungere, quibus vis determina- us distincta explicetur. Si igitur corpora A et C ae- juali celeritate versus se invicem in directum mota haec duo (per prop. 24. huius) in contrariam partem integrum retinendo reflectentur. Verum si corpus oblique versus A moveatur, perspicuum est, ipsum terminatum esse ad se movendum secundum lineam

Quare quanvis aequalem cum A habeat motum, terminationis C in directum versus A moti, quae um vi determinationis corporis A, maior est vi de- ipsius C ex B versus A moti, et tanto maior, quanto or est linea CA; quanto enim linea BA maior est ito etiam plus temporis (ubi B et A aequae celeriter, untur, moventur) requirit B, ut secundum lineam per quam determinationi corporis A contrariatur,

Adeoque ubi C oblique ex B ipsi A occurrit, de- ae si secundum lineam AB versus B (quod suppono, to est, quo linea AB lineam BC productam secat, a C ac C distat a B) pergeret moveri; A vero suum tum et determinationem retinendo perget versus C sque B secum pellet, quandoquidem B, quam diu agonalem AB ad motum determinatum est, et ac- celeritate movetur, plus temporis requirit, quam A, item lineac AC suo motu describat, et catenus de-

terminationi corporis A, quae fortior est, opponitur. Sed ut vis determinationis ipsius C ex B versus A moti, quatenus de linea CA participat, aequalis sit cum vi determinationis ipsius C in directum versus A moti (vel ex hyp. ipsius A), necessario B tantum gradus motus supra A debebit habere, quot partibus linea BA, maior est linea CA, tumque, ubi corpori A oblique occurrit, in contrariam partem versus A et B versus B unoquoque summa integrum motum retinente reflectentur. Verum si excessus supra A maior sit, quam excessus lineae BA supra lineam CA, tum B repellat A versus A, eique tantum sui motus tribuet, nec motus B ad motum A se habeat, ut linea BA ad lineam CA, et tantum motus, quantum in A transtulit amittendo, perget versus quam prius movebatur partem moveri. Ex. gr. si linea AC sit ad lineam AB, ut 1 ad 2, et motus corporis A ad motum corporis B ut 1 ad 5, tum B transferet in A unum gradum sui motus, ipsumque in contrariam partem repellat, et B cum quatuor rediuis gradibus perget versus eandem partem, versus quam prius tendebat, moveri.




Fig. XVI.

**PROPOS. XXVIII. Reg. 4.** Si corpus A plane quiesceret, essetque paulo maius quam B; quacumque cum celeritate B moveatur versus A, nunquam

**A movebit, sed ab eo in contrariam partem  
tur suum integrum motum retinendo. \*)**

*nam corporum contrarietatem tolli tribus modis:  
ilorum secum rapit, et postea aequa celeriter ver-  
tem pergunt moveri; vel ubi unum in contrariam  
tetur, et alterum suam integrum quietem retinet;  
in contrariam partem reflectitur, et aliquid sui  
d quiescens transfert. Quartus autem casus non  
prop. 13. huius). Iam igitur erit (per prop. 23.  
strandum, quod secundum nostram hypothesin mi-  
in hisce corporibus contingit.*

i. Si B moveret A, donec eadem celeritate per-  
noveri, deberet (per propos. 20. huius) tantum sui  
anserre, quantum A acquirit, et (per propos. 21.  
am dimidiam partem sui motus deberet amittere, et  
(per coroll. propos. 27. huius) plus etiam, quam di-  
n suae determinationis, adeoque (per coroll. pro-  
) plus mutationis pateretur, quam si tantum suam  
em amitteret: et si A suae quietis aliquid amittat,  
m, ut tandem cum B aequali celeritate perget mo-  
ntrarietas horum duorum corporum non tolletur;  
ditate, quatenus illa de quiete participat (per coroll.  
huius), celeritati B contrariabitur, ideoque B ad-  
iam partem reflecti debebit, totamque suam deter-  
t partem ipsius motus, quem in A transtulit, amit-  
maior est mutatio, quam si solam determinationem  
statio igitur secundum nostram hypothesesin, quoniam  
inatione est, minima erit, quae in hisce corporibus  
e proinde (per prop. 23. huius) nulla alia contingit;

: in demonstratione huius propositionis, quod idem  
locum habet: nempe nos non citasse propos. 19.  
demonstratur „determinationem integrum mutari  
o nihilo minus manente ipso motu;“ ad quam ta-

*men attendi debet, ut vis demonstrationis recte per  
Nam in prop. 23. huius non dicebamus „quod variatio  
erit absolute minima, sed minima, quae dari potest.“  
autem mutationem, quae in sola determinatione consisti  
dari, qualem in hac demonstratione supposuimus, patet  
pos. 18. et 19. huius cum coroll.*

**PROPOS. XXIX.** Reg. 5. Si corpus quies  
esset minus quam B, tum quantumvis I  
versus A moveretur, illud secum movebit,  
scilicet sui motus ei talem transferendo, u  
postea aequa celeriter moveantur.<sup>1)</sup>

*In hac regula etiam, ut in praec., tres tantum casus  
possent, quibus contrarietas haec tolleretur. Nos veri  
strabimus, quod secundum nostram hypothesisin minima  
in hisce corporibus contingit; ideoque (per propos. 2:  
tali modo etiam variari debent.*

**DEMONSTR.** Secundum nostram hypothesisin B trans  
(per propos. 21. huius) minus, quam dimidiam partem su  
et (per coroll. propos. 27. huius) minus quam dimidiam suaे determinationis. Si autem B non raperet secum A  
contrariam partem reflecteretur, totam suam determin  
mitteret, et maior contingeret variatio (per coroll. pro  
huius); et multo maior, si totam suam determinatione  
teret, et simul partem ipsius motus, ut in tertio casu sup  
Quare variatio secundum nostram hypothesisin est minima;

**PROPOS. XXX.** Reg. 6. Si corpus A qu  
esset accuratissime aequale corpori B versi  
moto, partim ab ipso impelleretur, partim  
in contrariam partem repelleretur.<sup>2)</sup>

*Hic etiam, ut in praecedente, tantum tres casus con-*

<sup>1)</sup> Vide fig. propos. 18. Conf. Cartesii princ. phil. part. II. :

<sup>2)</sup> Vide fig. propos. 18.

*; adeoque demonstrandum erit, nos hic ponere minimam variationem, quae dari potest.*

**D**EMONSTR. Si corpus B secum corpus A rapiat, donec ambo celeriter pergit moveri, tum tantundem motus erit in uno et in alio (per propos. 22. huius), et (per coroll. propos. 27. i) dimidiam partem determinationis amittere debet, et (per prop. 20. huius) dimidiam partem sui motus. Si vero in contrariam partem repellatur, tum totam suam determinationem amittet, et totum suum motum retinebit (per propos. 18. i); quae variatio aequalis est priori (per coroll. propos. 26. i). Sed neutrum horum contingere potest. Nam si A statuum retineret, et determinationem ipsius B mutare posset, necessario (per ax. 20.) ipso B fortius, quod esset contra thesin: et si B secum raperet A, donec ambo aequa celeriter revertur, B esset fortius, quam A, quod etiam est contra hypothesis. Quum igitur neutrum horum casuum locum habeat, nget ergo tertius, nempe quod B paulum impellat A et ab A letetur; q. e. d. Lege Cartesii princ. phil. part. II. art. 51.

**D**POS. XXXI. Reg. 7. Si B et A versus eandem partem moverentur, A quidem tardius, B autem illud insequens celerius, ita ut ipsum tandem attingeret, essetque A maius quam B, sed excessus celeritatis in B esset maior, quam excessus magnitudinis in A: tum B transferet tantum de suo motu in A, ut ambo postea aequa celeriter et in easdem partes progrediantur. Si autem contra excessus magnitudinis in A esset maior, quam excessus celeritatis in B, in contrariam partem ab ipso reflecteretur motum omnem suum retinendo. \*)

*Hie iterum, ut in propositione praeced. tres tantum carus recipi possunt.*

\*) Vide fig. propos. 18. Cf. Cartesii princ. philos. part. II. art. 52.

**DEMONSTR. I. partis.** B in contrariam partem ab A, quae propos. 21. et 22. huius) fortius supponitur, reflecti non (per ax. 20.). Ergo quum ipsum B sit fortius, movebit secundum et quidem tali modo, ut aequali celeritate pergant moveri. enim minima mutatio continget, ut ex praeced. facile appareat.

**DEMONSTR. II. partis.** B non potest A, quo minus fortius propos. 21. et 22. huius) supponitur, impellere (per ax. 20.) aliquid de suo motu ipsi dare. Quare (per coroll. propos. huius) B totum suum motum retinebit, non versus eandem partem; supponitur enim ab A impediri. Ergo (per illa quae Cartesii diopt. cap. 2. dicta sunt) in contrariam partem, non versus ullam aliam, reflectetur suum integrum motum retinens (per prop. 18. huius); q. e. d.

*Nota, quod hic et in praecedentibus propositionibus tantum demonstratum assumsumus, omne corpus in directum alii continens, a quo absolute impeditur, ne ulterius eandem partem progradiriatur, in contrariam, non vero in ullam aliam partem reflecti debere; quod ut intelligatur, lege Cartesii dictum est cap. 2.*

**SCHOL.** Hucusque ad mutationes corporum, quae ex uno impulsu fiunt, explicandas consideravimus duo corpora tanquam ab omnibus corporibus divisa; nulla nempe habita ratione cum ea undequaque cingentium. Iam vero ipsorum statuta mutationes considerabimus pro ratione corporum, a quibus undequaque cinguntur.

**PROPOS. XXXII.** Si corpus B undequaque circa corpusculis motis, ipsum aequali vi versus omnes partes simul pellentibus, quam diu nulla alia circumstans occurrit, in eodem loco immotum manebit.

**DEMONSTR.** Per se patet haec propositio. Si enim aliquam partem ex impulsu corpusculorum ab una parte versus eam moveretur, corpuscula, quae illud movent, maiori vi velarent, quam alia, quae illud eodem tempore in contrariam partem pellunt, et suum effectum sortiri nequeunt (per ax. 20.) quod esset contra hypothesis.

**PROPOS. XXXIII.** *Corpus B, iisdem ut supra positis, vi quantumvis parva adventitia versus quamcumque partem moveri potest.*

**Demonstr.** Omnia corpora B immediate tangentia, quia (ex p.) in motu sunt, et B (per praec.) immotum manet, statim ac cum B tangunt, suum integrum motum retinendo in aliam partem reflectentur (per prop. 28. huius): adeoque corpus B contra corporibus, quae illud immediate tangunt, sponte deserit. Quantumvis igitur B singatur magnum, nulla actio requiritur ipsum a corporibus immediate tangentibus separandum (per id ad circa def. 8. num. 4. notavimus). Quare nulla vis externa, quantumvis parva singatur, in ipsum impingi potest, quae non sit diu vi, quam B habet ad permanendum in eodem loco (ipsum in nullam habere vim corporibus immediate tangentibus adhaesendi, iam demonstravimus), et quae etiam addita impulsu corporis, quae simul cum ipsa vi externa B versus eandem rem pellunt, non maior sit vi aliorum corpusculorum idem B contrariam partem pellentium; ille cuim sine vi externa huic quali supponebatur. Ergo (per ax. 20.) ab hac vi externa, quantumvis exigua singatur, corpus B versus quamcumque partem movebitur; q. e. d.

**PROPOS. XXXIV.** *Corpus B, iisdem positis ut supra, non potest celerius moveri, quam a vi externa impulsum est, quamvis particulae, a quibus cingitur, longe celerius agitantur.*

**Demonstr.** Corpuscula quae simul cum vi externa corpus B versus eandem partem pellunt, quamvis multo celerius agitantur, nam vis externa movere potest B; quia tamen (per hyp.) non maiorem vim habent, quam corpora, quae idem B in contrariam partem repellunt, omnes sue determinationis vires in his tantum resistentis impendent, nec ei (per propos. 32. huius) aliquam celeritatem tribuent. Ergo quum nullae aliae circumstantiae sive causae supponantur, B a nulla alia causa praeter vim externam ab quid celeritatis accipiet, ac proinde (per ax. 8. part. 1.) non

poterit celerius moveri, quam a vi externa impulsum est; q  
erat dem.

**PROPOS. XXXV.** Quum corpus B sic ab exte  
impulso movetur, maximam partem sui motu  
corporibus, a quibus continuo cingitur, accipit,  
autem a vi externa.

**DEMONSTR.** Corpus B quamvis admodum magnum finge  
impulso quantumvis exiguo moveri debet (per propos. 33. hui  
Concipiamus igitur B quadruplo maius esse corpore externo, et  
vi pellitur. Quum ergo (per praec.) ambo aequae celeriter mo  
debeant, quadruplo etiam plus motus erit in B, quam in cor  
externo, a quo pellitur (per prop. 21. huius); quare (per a  
part. 1.) praecipuam partem sui motus a vi externa non habet.  
quia praeter hanc nullae aliae causae supponuntur, quam corp  
a quibus continuo cingitur (nam ipsum B ex se immotum suq  
nitur), a solis ergo (per ax. 7. part. 1.) corporibus, a quibus  
gitur, praecipuam partem sui motus accipit, non autem a vi  
terna; q. e. d.

*Nota, quod hic non possumus, ut supra, dicere, quod  
tus particularum ab una parte venientium requiratur ad resi  
dum motui particularum a contraria parte venientium. I  
corpora aequali motu (ut haec supponuntur) versus se invi  
mota sola determinatione\*), non vero motu, contraria sunt  
coroll. prop. 19. huius). Ideoque solam determinationem in  
invicem resistendo impendunt, non vero motum, ac propt  
corpus B nihil determinationis, et consequenter (per ca  
prop. 27. huius) nihil celeritatis, quatenus a motu distingua  
a corporibus circumiacentibus accipere potest: at quidem  
tum; imo accidente vi adventitia necessario ab iis moveri de  
ut in hac propositione demonstravimus, et ex modo, quo p  
33. demonstravimus, clare videre est.*

---

\* ) Vid. prop. 24. huius partis. In ea enim duo corpora in sibi invi  
resistendo suam determinationem, non vero motum impendere, de  
stratum est.


**PROPOS. XXXVI.** Si corpus aliquod, ex. gr. manus nostra, quaquaversum aequali motu moveri posset, ita ut nullis corporibus ullo modo resistat, neque illa alia corpora ipsi ullo modo resistant; necessario in illo spatio, per quod sic moveretur, tot corpora versus unam partem, quam versus quamcumque aliam, aequali inter se et aequali cum manu vi celeritatis movebuntur.

**Demonstra.** Per nullum spatium aliquod corpus moveri potest, quod non sit corporibus plenum (per propos. 3. huius). Et itaque spatium, per quod manus nostra sic moveri potest, a corporibus repleri, quae iisdem quibus dixi conditionibus moveantur. Si enim negas, ponantur quiescere, vel alio modo moueri. Si quiescant, necessario motui manus tam diu resistent (per prop. 14. huius), donec eius motus ipsis communicetur, ut idem cum ipsa versus eandem partem aequali cum celeritate moveantur (per propos. 20. huius). Sed in hypothesi ponuntur non resistere; ergo haec corpora moventur. Quod erat primum.

Perro ipsa versus omnes partes moveri debent. Si enim negas, ponantur versus aliquam partem non moveri, puta ab A versus B. Et ergo manus ab A versus B moveatur, necessario corporibus motis (per primam partem huius), et quidem secundum tuam hypothesis alia determinatione ab ipsa manus determinatione diversa occurret. Quare ipsi resistent (per prop. 14. huius), donec cum ipsa manu versus eandem partem moveantur (per prop. 6. et schol. propos. 27. huius). Atqui manui (per hyp.) non resistent; ergo versus quamcumque partem movebuntur. Quod erat secundum.

Rursus haec corpora aequali inter se vi celeritatis versus quamcumque partem movebuntur. Si enim supponerentur non aequali vi celeritatis moveri: ponantur, quae moventur ab A versus B, non tanta vi celeritatis moveri, quam quae ab A versus C moventur. Quare si manus eadem illa celeritate (aequali enim motu versus omnes partes sine resistentia moveri posse supponitur), tunc corpora ab A versus C moventur, ab A versus B moveretur:

corpora ab A versus B mota tam diu manu resistant (per propos. 14. huius), donec cum manu aequali vi celeritatis moveantur (per propos. 31. huius). At hoc est contra hypotheses; ergo aequali vi celeritatis versus omnes partes movebuntur. Quod erat tertium.



*Fig. XVII.*


Denique si corpora non aequali cum manu vi celeritatis moverentur, aut manus tardius vel minori vi celeritatis, aut celerius vel maiori vi celeritatis movebitur, quam corpora. Si prius, manus resistet corporibus ipsam versus eandem partem sequentibus (per propos. 31. huius). Si posterius, corpora, quae manus sequitur, et quibuscum versus eandem partem movetur, ipsi resistent (per eandem): quod utrumque est contra hypotheses. Ergo quum neque tardius neque celerius moveri potest manus, aequali vi celeritatis, ac corpora, movebitur; q. e. d.

*Si quaeris, cur aequali vi celeritatis, non vero absolute aequali celeritate dico, lege scholium coroll. prop. 27. huius. Si deinde quaeris, an manus, dum ex. gr. ab A versus B moveratur, non resistat corporibus eodem tempore a B versus A aequali vi motis, lege propos. 33. huius, ex qua intelliges, eorum vis compensari vi corporum (haec enim vis per 3. part. huius propositi aequalis est), quae ab A versus B cum manu eodem tempore moventur.*

**PROPOS. XXXVII.** *Si corpus aliquod (puta A) a quacumque parva vi versus quacumque partem moveri potest, illud necessario cingitur a corporibus, quae aequali inter se celeritate moventur.*

**DEMONSTR.** *Corpus A undequaque a corporibus cingi debet (per propos. 6. huius) iisque versus quacumque partem aequaliter motis. Si enim quiescerent, non a quacumque parva vi corpus A versus quacumque partem (ut supponitur) moveri pos-*

et; sed ad minimum a tanta vi, quae corpora ipsum A immobile tangentia secum movere posset (per ax. 20. huius). Deinde tempora, a quibus A cingitur, maiori vi versus unam partem motar, quam versus aliam, puta a B versus C, quam a C versus B, quum undequaque a corporibus motis cingatur (ut iam demonstravimus); necessario (per id quod prop. 33. demonstravimus) corpora a B versus C mota A versus eandem partem motu ferent. Adeoque non quaecumque parva vis sufficiet ad A versus B movendum, sed praeceps tanta, quae excessum motus corporum a B versus C venientium suppleret (per ax. 20.). Quare aequali vi versus omnes partes moveri debent; q. e. d.



**SCHOL.** Quum haec contingent circa corpora, quae fluida sint, sequitur corpora fluida illa esse, qdae in multis existentes particulas et aequali vi versus omnes partes motas sunt dicuntur. Et quamvis illae particulae a nullo vel lynceo oculo conspicuuntur, non tamen erit negandum id quod modo clare demonstravimus. Satis enim ex antedictis propos. 10. et 11. evincitur illa naturae subtilitas, quae (ut iam sensus omittam) nulla cogitatione determinari potest aut attingi. Porro quum etiam ex praecognitis satis constet, quod corpora sola sua quiete aliis corporibus resistant, et nos in duritate, ut sensus indicant, nihil aliud recipimus, quam quod partes corporum durorum motui manu nostrarum resistant: clare concludimus, illa corpora, per se omnes particulae iuxta se mutuo quiescent, esse dura. *Lege Cartesii princ. phil. part. II. art. 54. 55. 56.*

# PRINCIPIORUM PHILOSOPHIA PARS TERTIA.

---

Principiis rerum naturalium universalissimis sic expositis genendum nunc est ad illa, quae ex ipsis sequuntur, explicanda. rum enim vero quandoquidem ea, quae ex iis principiis sequuntur plura sunt, quam mens nostra unquam cogitatione perlustrare poterit, nec ab iis ad una potius, quam alia consideranda de minemur; praecipuorum phaenomenorum, quorum causas hic investigabimus, brevis historia ante omnia ob oculos nenda est. Hanc autem habes apud Cartesium princip. phil. 3. ab art. 5. usque ad 15. Et ab art. 20. usque ad 43. proposuit hypothesis, quam Cartesius commodissimam iudicat non tantum ad phaenomena coeli intelligenda, sed etiam ad eorum causas naturales indagandas.

Porro quum ad plantarum vel hominis naturam intendendam optima via sit, considerare, quo pacto paulatim ex sensibus nascantur et generentur: talia principia erunt excogitatae quae valde simplicia et cognitu facilissima sunt, ex quibus, quam seminibus quibusdam, et sidera et terra et denique omnia quae in hoc mundo aspectabili deprehendimus, oriuntur tuisse demonstremus; quamvis ipsa nunquam sit orta esse possimus. Hoc enim pacto eorum naturam longe melius exprimus, quam si tantum qualia iam sunt, describeremus.

Dico, nos quaerere principia simplicia et cognitu faciliter; tamen nisi sint, ipsis non indigebimus; nempe quia ea tantum causa semina rebus affingemus, ut earum natura nobis faciliter innotescat, et mathematicorum more a clarissimis ad magis secura, et a simplicissimis ad magis composita ascendamus.

Dicimus deinde, nos talia principia quaerere, ex quibus et sideri et terram etc. oriri potuisse demonstremus. Tales enim causas, quae tantum sufficient, ut passim ab astronomis fit, ad phaenomena coeli explicanda, non quaerimus; sed tales, quae tamen ad cognitionem eorum, quae sunt in terra (nempe quia omnia, quae supra terram observamus contingere, inter phaenomena naturae recensenda iudicamus) nos ducant. Hae autem ut inveniantur, sequentia observanda sunt in bona hypothesi.

I. Ut nullam (in se tantum considerata) impliceat contradictionem.

II. Ut sit simplicissima, quae dari potest.

III. Quod ex secundo sequitur, ut sit cognitu facillima.

IV. Ut omnia, quae in tota natura observantur, ex ipsa deduci possint.

ente perfectissimo locum habere nequit. Deinde etiam tatio non datur, nisi aliquod incommodum evitandi, a bonum quod deest acquirendi gratia; quod utrumque fulum locum habere potest. Unde concludimus Deum esse mutabile.

*Nota, me communes mutationis divisiones hic consisse, quamvis aliquo modo ipsas etiam complexi sic non opus fuit ipsas singulatim a Deo removere, quem part. 1. propos. 16. demonstraverimus, Deum esse incet communes illae divisiones solius materias mutatione continant.*

### CAP. V. De simplicitate Dei.

#### §. 1. *Rerum distinctio triplex: realis, modalis, rationis.*

Pergamus ad Dei simplicitatem. Hoc Dei attributu intelligatur, in memoriam revocanda sunt, quae principiae part. 1. art. 48. et 49. Cartesius tradidit: nimirum natura nihil praeter substantias et earum modos dari; universalis distinctio deducitur artic. 60. 61. et 62., *realis*, *modalis* et *rationis*. *Realis* vocatur illa, qua duae sinter se distinguuntur sive diversi sive eiusdem attributum. *Modalis* duplex ostenditur, nimirum inter modum substantiae et ipsam substantiam; ac qua duos modos unius eiusdemque substantiae. Atque cognoscimus, quod, quamvis uterque modus absque conceptione, neuter tamen absque ope substantiae, modi: illam vero ex eo, quod, quamvis substantia conceipi sine suo modo, modus tamen sine substantia queat. *Rationis* denique ea esse dicitur, quae oritur substantiam et suum attributum, ut quum duratio ab distinguitur; haecque etiam ex eo cognoscitur, quod substantia non possit sine illo attributo intelligi.

*§. 2. Undenam omnis compositio oriatur, et quotuplex.*

In his tribus omnis compositio oritur. Prima enim compositio est, quae fit ex duabus aut pluribus substantiis eiusdem attributi, ut omnis compositio, quae fit ex duobus aut pluribus corporibus; sive diversi attributi, ut homo. Secunda sit unione diversorum modorum. Tertia denique non fit, sed tantum ratione quasi fieri concipitur, ut eo facilius res intelligatur. Quae ratione hisce prioribus duobus modis non componuntur, simplicia dicenda sunt.

*§. 3. Deum esse ens simplicissimum.*

Ostendendum itaque Deum non esse quid compositum, ex quo poterimus concludere, ipsum esse ens simplicissimum, quod facile effectum dabimus. Quum enim per se clarum sit, quod partes componentes priores sunt natura ad minimum recomposita, necessario substantiae illae, ex quarum coalitione et unione Deus componitur, ipso Deo priores erunt natura, et unaquaque per se poterit concipi, quamvis Deo non tribuatur. Deinde quum illa inter se necessario realiter distinguantur, necessario etiam unaquaeque per se absque ope aliarum poterit existere; et sic, ut modo diximus, tot possent dari dii, quot sunt substantiae, ex quibus Deum componi supponeretur. Nam quum unaquaeque per se possit existere, a se debet existere; ac prouide etiam vim habebit sibi dandi omnes perfectiones, quas Deo inesse ostendimus etc., ut iam princ. phil. part. 1. prop. 7., ubi existentiam Dei demonstravimus, fuse explicuimus. Quum autem hoc nihil absurdius dici possit, concludimus Deum non componi ex coalitione et unione substantiarum. Quod in Deo etiam nulla detur compositio diversorum modorum satis convincitur ei se, quod in Deo nulli dentur modi; modi enim oriuntur ex alteratione substantiae. Vide Cartesii princ. phil. part. 1. art. 56. Denique si quis velit aliam compositionem fingere ex rerum essentia et rerum existentia, huic nequaquam repugnamus. At memor sit nos iam satis demonstrasse, haec duo in Deo non distingui.

*§. 4. Dei attributa distingui tantum ratione.*

Atque hinc iam clare possumus concludere, omnes distinctiones, quas inter Dei attributa facimus, non alias esse quam rationis, nec illa revera inter se distingui: intellige tales rationes distinctiones, quales modo retuli, nempe quae ex eo cognoscuntur, quod talis substantia non possit sine illo attributo esse. Unde concludimus Deum esse ens simplicissimum. Cacterum Peripateticorum distinctionum farraginem non curamus. Transimus autem ad Dei vitam.

**CAP. VI. De vita Dei.**

*§. 1. Quid vulgo per vitam intelligent philosophi.*

Ut hoc attributum, *vita* scilicet Dei, recte intelligatur, necessarium est, ut generaliter explicemus, quid in unaquaque re per eam vitam denotetur. Et primum sententiam Peripateticorum examinabimus. Hi per vitam intelligunt *mansionem altricis anima cum calore*. Vide Aristot. de respirat. cap. 7.<sup>1)</sup> Et quis transfixerunt animas, vegetativam scilicet, sensitivam et intellectuam, quas tantum plantis, brutis et hominibus tribuunt; sequitur, ut ipsimet fatentur, reliqua vitae expertia esse. At interdicere non audebant, mentes et Deum vita carere. Verebant fortasse, ne in eius contrarium inciderent, nempe si vita carens mortem eos obiisse. Quare Aristoteles metaph. lib. 11. cap. adhuc aliam definitionem vitae tradit, mentibus tantum peculiarem; nempe *intellectus operatio vita est*<sup>2)</sup>: et hoc sensu Dei qui scilicet intelligit et actus purus est, vitam tribuit. Verum his refutandis non multum desatigabimur. Nam quod ad illas animas, quas plantis, brutis et hominibus tribuunt, attinet iam satis demonstravimus, illas non esse nisi figmenta; nemquaque ostendimus in materia nihil praeter mechanicas textures operationes dari. Quod autem ad vitam Dei attinet, nescio et

1) Secundum alios Aristot. de vita et morte cap. 1. „Γένεσις μὲν ἔστιν ἡ πρώτη μέθοξις σὺν τῷ θερμῷ τῆς θρεπτικῆς φυσικῆς δὲ ἡ μονὴ ταύτης.”

2) „Ἡ νοῦ ἐνέργεια ζωή.”

**magis actio intellectus apud ipsum vocetur, quam actio voluntatis, et similium. Verum quia nullam eius responcionem exspecto, sed quod promisimus explicandum transeo, nempe quid vita sit.**

**§. 2. Quibus rebus vita tribui possit.**

Et quamvis haec vox per translationem saepe sumatur ad significandum mores alicuius hominis, nos tamen solum, quid philosophice ea denotetur, breviter explicabimus. Notandum autem est, quod si vita rebus etiam corporeis tribuenda sit, nihil erit vitae expers: si vero tantum illis, quibus anima unita est corpori, solummodo hominibus, et forte etiam brutis tribuenda erit, non vero mentibus, nec Deo. Verum quum vocabulum vitae communiter latius se extendat, non dubium est, quin etiam rebus corporis mentibus non unitis, et mentibus a corpore separatis tribuendum sit.

**§. 3. Quid sit vita et quid sit in Deo.**

Quare nos per vitam intelligimus vim, per quam res in suo esse perseverant. Et quia illa vis a rebus ipsis est diversa, res ipsas habere vitam proprie dicimus. Vis autem, qua Deus in suo esse perseverat, nihil est praeter eius essentiam; unde optime loquuntur, qui Deum vitam vocant. Nec desunt theologi qui sentiunt, Indeos bac de causa, nempe quod Deus sit vita et a vita non distingnatur, quum iurabant, dixisse: חַי יְהוָה virus Iehova, non vero חַי יְהוָה vita Iehovae; ut Ioseph quum per vitam Pharaonis iurabat, dicebat: חַי פַּרְעֹה vita Pharaonis.<sup>\*)</sup>

**CAP. VII. De intellectu Dei.**

**§. 1. Deum esse omniscium.**

Inter attributa Dei numeravimus antea omniscientiam, quam satis constat Deo competere; quia scientia continet in se perfectionem, et Deus, ens nempe perfectissimum, nulla perfectione taret debet. Quare scientia summo gradu Deo erit tribuenda,

<sup>\*)</sup> Conf. Gen. 42, 15.

scilicet talis, quae nullam praesupponat vel supponat ignoscive scientiae privationem; nam tum daretur imperfectio attributo sive in Deo. Ex his sequitur Deum nunquam habere intellectum potentia, neque per ratiocinium aliquid conclu-

### *§. 2. Obiectum scientiae Dei non esse res extra Deum.*

Porro ex perfectione Dei etiam sequitur, eius ideas non minari, sicuti nostrae, ab obiectis extra Deum positis contra res extra Deum a Deo creatae a Dei intellectu determinatur<sup>\*)</sup>; nam alias obiecta per se suam haberent naturam etiam, et priores essent, saltem natura, divino intellectu absurdum est. Et quia hoc a quibusdam non satis obsecravit, in enormes errores inciderunt. Statuerant nimis dari extra Deum materiam ipsi coeternam, a se existentem Deus intelligens secundum aliquos in ordinem tantum secundum alios formas ipsi insuper impressit. Alii deinde sua natura vel necessarias, vel impossibilis, vel contingentes statuerunt, ideoque Deum has etiam ut contingentes noscimus prorsus ignorare, an existent, vel non. Alii denique dicimus contingentia noscere ex circumstantiis, forte quia habuit experientiam. Praeter hos adhuc alios huiusmodi hic adferre possem, nisi id supervacaneum iudicarem, quod ante dictis eorum falsitas sponte se patefaciat.

### *§. 3. Sed Deum ipsum.*

Revertamur itaque ad nostrum propositum, nempe quod Deum nullum detur obiectum ipsius scientiae, sed ipse scientiae suae obiectum, imo sua scientia. Qui autem putant dum etiam obiectum Dei scientiae esse, longe minus quam qui aedificium ab aliquo insigni architecto factum est scientiae illius statui volunt. Nam faber adhuc extra se meum idoneam querere cogitur; at Deus nullam extra se meum quaequivit, sed res quoad essentiam et existentiam ab intellectu sive voluntate fabricatae fuerunt.

---

<sup>\*)</sup> Hinc clare sequitur intellectum Dei, quo res creatas habent eius voluntatem et potentiam, qua ipsas determinavit, unum esse.

*§. 4. Quomodo Deus noscat peccata, entia rationis al.*

Quæritur iam, an Deus noscat mala sive peccata, et entia rationis, et alia similia. Respondemus, Deum illa, quorum est causa, necessario debere intelligere; praesertim quum ne momento quidem possint existere nisi concurrente concursu divino. Quoniam ergo mala et peccata in rebus nihil sint, sed tantum in mente humana res inter se comparante, sequitur Deum ipsa extrinsecus humanas non cognoscere. Entia rationis modos esse cogitandi diximus, et hac ratione a Deo intelligi debent, hoc est, quoniam percipimus, illum mentem humanam, utut constituta est, conservare et procreare; non vero quod Deus tales modos cogitandi habeat in se, ut ea quae intelligit facilius retineat. Atque ad haec pauca, quae diximus, si modo recte attendatur, nihil circa Dei intellectum proponi poterit, quod facillimo negotio non solvi queat.

*§. 5. Quomodo noscat singularia, quomodo universalia.*

Sed interim non praetereundus error quorundam, qui statuunt Deum nihil praeter res aeternas cognoscere, ut nempe angelos et arcanos, quos sua natura ingenerabiles et incorruptibiles fixerunt; hinc autem mundi nihil praeter species utpote etiam ingenerabiles et incorruptibiles. Hi sane videntur quasi studio errare velle et absurdissima excogitare. Quid enim magis absurdum, quam Dei cognitionem a singularibus, quae sine Dei concursu ne per momentum quidem esse possunt, arcere? Deinde res realiter existentes Deum ignorare statuunt, universalium autem, quae non sunt, nec ullam habent praeter singularium essentiam, cognitionem Deo affingunt. Nos autem contra Deo singularium cognitionem tribuimus, universalium denegamus, nisi quatenus mentes humanas intelligit.

*§. 6. In Deo tantum unam esse et simplicem ideam.*

Denique, antequam huic argumento finem imponamus, satis faciendum videtur quaestioni, qua quaeritur an in Deo plures sint ideas, an tantum una et simplicissima. Ad hanc respondeo, quod idea Dei, per quam omniscius vocatur, unica et simplicis-

*Speciosa I.*

sima est. Nam re vera Deus nulla alia ratione vocatur omnia scimus nisi quia habet ideam sui ipsius, quae idea sive cognitio semper cum Deo exstitit; nihil enim est praeter eius essentiam nec illa alio modo potuit esse.

### §. 7. *Quae sit Dei scientia circa res creatas.*

At cognitio Dei circa res creatas non adeo proprie ad scientiam Dei referri potest. Nam si Deus voluisse, aliam res creatam habuissent essentiam, quod nullum obtinet locum in cognitione, quam Deus de se ipso habet. Quaeretur tamen, an illa propria, impropria dicta rerum creatarum cognitio sit multiplex an unita. Verum, ut respondeamus, haec quaestio nihil differt ab aliis, quibus quaeritur, an Dei decreta et volitiones sint plures, vel unica, et an Dei ubiquitas sive concursus, quo res singulares conservantur idem in omnibus; de quibus iam diximus nos nullam distinctionem cognitionem habere posse. Attamen evidentissime sciimus eodem modo, ac Dei concursus, si ad Dei omnipotentiam referatur, unicus esse debet, quamvis in effectis diversimode patet, sic etiam Dei volitiones et decreta (sic enim vocare libet eius cognitionem circa res creatas) in Deo considerata non esse plures, quamvis per res creatas, vel melius in rebus creatis diversimode expressa sint. Denique si ad analogiam totius naturae attendimus ipsam ut unum ens considerare possumus, et per consequens tantum erit Dei idea sive decretum de natura naturata.

## CAP. VIII. De voluntate Dei.

### §. 1. *Quomodo Dei essentia et intellectus quo se intelligit, voluntas qua se amat, distinguuntur, nos nescire.*

Voluntas Dei, qua se vult amare, necessario sequitur ex infinito eius intellectu, quo se intelligit. Quomodo autem haec tria inter se distinguantur, eius scilicet essentia, intellectus, quae se intelligit, et voluntas, qua se amare vult, inter desideria reponimus. Nec fugit nos vocabulum (*personalitatis* scilicet quod theologi passim usurpant ad rem explicandam. Verum quamvis vocabulum non ignoremus, eius tamen significacionem ignoramus, nec ullum clarum et distinctum conceptum illius habemus.

nare possumus; quamvis constanter credamus in visione Dei beatissima, quae fidelibus promittitur, Deum hoc suis revelarem.

**§. 2. Voluntatem et potentiam Dei quoad extra non distinguuntur ab eius intellectu.**

*Voluntas et potentia* quoad extra non distinguuntur a Dei intellectu, ut iam satis ex antecedentibus constat. Nam ostendimus Deum non tantum decreuisse res existimas, sed etiam tali natura existimas, hoc est, earum essentiam et earum existentiam a Dei voluntate et potentia pendere debuisse; ex quibus clare et distincte percipimus, intellectum Dei eiusque potentiam et voluntatem, qua res creatas creavit, intellexit et conservat sive amavit, nullo modo inter se distingui, sed tantum respectu nostrae cognitionis.

**§. 3. Deum improprie quaedam odio habere, quaedam amare.**

Quum autem dicimus, Deum quaedam odio habere, quaedam amare, haec eodem sensu dicuntur, quo scriptura habet, *terram homines evomitaram, et id genus alia.* Quod autem Deus nominis sit iratus, nec res tali modo amat, quali vulgus sibi persuaderet, satis ex ipsa scriptura colligere est. Ait enim Esaias, (15, 9. sq.) et clarius Paulus apost. ad Roman. cap. 9. v. 11. sqq. *Nostri enim natis (filiis nempe Isaaci) quum neque boni quippe scierint neque mali, ut secundum electionem propositum Dei maneret, non ex operibus, sed ex vocante, dictum est illi, quod maior serviturus esset minori etc.* Et paulo post v. 18—21. *Ilaque cuius vult, miseretur, quem autem vult, indurat. Dices ergo mihi: Quid adhuc conqueritur? nam voluntati illius quis redditil? Vero, o homo! tu quis es, qui ex adverso respondes Deo? Num dicit figuratum ei qui fixxit: cur me fixristi hoc pacto? An non habet potestatem figulus lutti, ut ex eadem massa faciat aliud quoddam vas in honorem, aliud in ignominiam? etc.*

**§. 4. Cur Deus homines moneat, cur non salvet absque monitione, et cur impii puniantur.**

Si iam quaeras: cur ergo Deus homines monet? ad hoc facile responderetur, scilicet Deum ideo ab aeterno decreuisse illo tem-

pore homines monere, ut illi converterentur, quos voluit salvo. Si porro quaeris: an Deus non potuerat illos salvare sine illa mentione? respondemus: potuisset. Cur ergo non salvat? fuisse iterum quaeres. Ad hoc respondebo, postquam mihi dixerit cur Deus mare rubrum sine vento orientali vehementi non peruum reddiderit \*), et omnes motus singulares sine aliis non procedat, aliaque infinita, quae Deus agit mediantibus causis. Rerum gabis denuo: cur igitur impli puniuntur? sua enim natura agunt et secundum decretum divinum. At respondeo, etiam ex decreto divino esse, ut puniantur; et si tantum illi, quos non nisi ex libertate fingimus peccare, essent puniendi, cur homines serpentes venenosos exterminare conantur? Ex natura enim propria tantum peccant, nec aliud possunt.

*§. 5. Scripturam sacram nihil docere quod lumini naturae repugnet.*

Denique si quae adhuc alia occurrunt in sacris scripturis, quae scrupulum iniiciant, non est huius loci illa explicare. Nam hinc tantum in ea inquirimus, quae ratione naturali certissime assenti possumus, et satis est, nos illa evidenter demonstrare, ut sciimus sacram paginam eadem etiam docere debere; nam veritas veritati non repugnat, nec scriptura nugas, quales vulgo finguntur docere potest. Si enim in ipsa inveniremus aliquid, quod lumini naturali esset contrarium, eadem libertate, qua Alcoranum et Thalmud refellimus, illam refellere possemus. Sed absit cogitare, quod in sacris literis aliquid reperiri possit, quod lumini naturae repugnet.

### CAP. IX. De potentia Dei.

*§. 1. Quomodo Dei omnipotentia intelligenda sit.*

Quod Deus sit omnipotens, iam satis demonstratum est. Hinc tantum breviter explicare conabimur, quomodo hoc attributus intelligendum sit. Nam multi non satis pie, nec secundum veritatem de eo loquuntur. Aliunt enim res quasdam sua natura

\*) Conf. Exod. 14, 21.

non ex decreto Dei esse possibles, quasdam impossibles, et deinde quasdam necessarias, Deique omnipotentiam tantum circa possibilia locum habere. Nos vero, qui iam ostendimus omnia a decreto Dei absolute dependere, dicimus Deum esse omnipotens. At postquam intelleximus, eum quaedam decrevisse ex sua libertate suae voluntatis, ac deinde eum esse immutabilem, dicimus iam, contra sua decreta nihil agere posse; ideoque esse impossibile ex eo solo, quod pugnet cum perfectione Dei.

**§. 2. *Omnia esse necessaria respectu decreti Dei, non autem quaedam in se, quaedam respectu decreti.***

Sed forte quis arguet, nos non invenire quaedam necessaria esse nisi ad Dei decretum attentes, quaedam vero e contra ad Dei decretum non attentes; ex. gr. quod Iosias ossa idololatram super ara Ieroboami combureret. \*) Nam si tantum ad voluntatem Iosiae attendamus, rem ut possibilem iudicabimus, nec modo necessario futuram dicemus, nisi ex eo, quod propheta ex decreto Dei hoc praedixerat. At quod tres anguli trianguli aequales debeant esse duobus rectis, ipsa res indicat. Sed sane hi ex sua ignorantia distinctiones in rebus singunt. Nam si homines clare totam ordinem naturae intelligerent, omnia aequae necessaria reperirent, atque omnia illa quae in mathesi tractantur; sed quia hoc supra humanam cognitionem est, ideo a nobis quaedam possibilia, non vero necessaria iudicantur. Quocirca vel dicendum, quod Deus nihil potest, quoniam omnia re vera necessaria sunt, vel Deum omnia posse, et necessitatem, quam in rebus reperimus, a solo Dei decreto provenisse.

**§. 3. *Quod si Deus aliam fecisset rerum naturam, etiam nobis alium debuisset dare intellectum.***

Si iam queratur, quid, si Deus res aliter decrevisset, et illa quae iam vera sunt, falsa esse fecisset, an non illa tamen pro verissimis agnosceremus. Imo profecto, si Deus nobis naturam, quam dedit, reliquisset. Sed etiam tum potuisset, si voluisset, nobis dare talem naturam, uti iam fecit, qua rerum naturam et

\*) Vide 1 Reg. 23, 15. sgg. coll. 1 Reg. 13, 31. sq.

leges, prout a Deo sancitae essent, intelligeremus; imo si a ipsius veritatem attendamus, dare debuisset. Quod idem etiam patet ex eo, quod supra diximus, nimurum quod tota natura naturata non sit nisi unicum ens. Unde sequitur hominem partes esse naturae, quae cum caeteris cohaerere debet. Quare ex simplicitate decreti Dei etiam sequeretur, quod si Deus res alio modo creasset, simul etiam nostram naturam ita constituissest, ut res prout a Deo creatae essent, intelligeremus. Unde nos, quam eandem distinctionem potentiae Dei, quam vulgo tradunt philosophi retinere cupiamus, ipsam tamen aliter explicare cogimur.

*§. 4. Quotuplex sit potentia Dei.*

Dividimus itaque potentiam Dei in ordinatam et absolutam.

*§. 5. Quid absoluta, quid ordinata, quid ordinaria, quid extraordinaria.*

*Absolutam potentiam* Dei esse dicimus, quum eius omnipotentiam ad eius decreta non attendentes consideramus; *ordinata* vero, quum respicimus ad eius decreta.

Porro datur potentia *ordinaria* et *extraordinaria* Dei. *Ordinaria* est, qua mundum certo ordine conservat; *extraordinaria* quum aliquid agit praeter naturae ordinem, ut ex. gr. omnia miracula, qualia sunt locutio asinae, apparitio angelorum et similia; quamvis de hac postrema non immerito valde dubitari possit quum maius videatur esse miraculum, si Deus mundum semper uno eodemque certo atque immutabili ordine gubernaret, quam leges, quas ipse in natura optime et ex mera libertate sancivit (quod a nemine nisi penitus occaecato inficiasiri potest), proprie stultitiam hominum abrogaret. Verum hoc decernere theologi relinquimus.

*§. 6. De aliis quibusdam quaestionibus.*

Denique quaestiones alias, quae circa potentiam Dei communiter adferri solent, nimurum, *utrum ad praeterita extendatur Dei potentia; an possit meliora facere ea quae facit; num possit plura alia facere, quam fecit, omittimus; facillime enim ex predictis ad eas responderi potest.*

## CAP. X. De creatione.

§. 1. *Quid sit creatio.*

**D**eum omnium rerum crearem iam antea statuimus. Hic imcomabimur explicare, quid per creationem intelligendum sit; deinde ea, quae circa creationem communiter proponuntur, probibus enucleabimus. A primo itaque incipiamus.

**D**icimus igitur *creationem esse operationem, in qua nullae cause praeter efficientem concurrunt, sive res creata est illa, quae ad existendum nihil praeter Deum praesupponit.*

§. 2. *Creationis vulgaris definitio reiicitur.*

**U**bi notandum venit 1. Nos illa verba omittere, quae communiter philosophi usurpant, nempe *ex nihilo*, quasi nihil suis-set materia, ex qua res producebantur. Quod autem sic loquuntur, inde est, quod, quum soleant, ubi res generantur, aliquid ante ipsas supponere, ex quo fiant, in creatione illam particulam ex non potuerunt omittere. Idem ipsis contigit circa materiam, nempe, quia vident omnia corpora in loco esse, et ab aliis corporibus cingi, ideo sibi quaerentibus, ubi integra esset materia, responderunt, in aliquo spatio imaginario. Unde non dubium est, quin illi *ro nihil* non ut negationem omnis realitatis consideraverint, sed aliquid reale esse fixerint aut imaginati fuerint.

§. 3. *Propria definitio explicatur.*

**2. Q**uod dico, in creatione nullas alias causas concurrere praeter efficientem. Potueram quidem dicere, creationem omnes causas praeter efficientem *negare* sive *secludere*. Attamen malui *concurrere*, ne cogerer respondere iis, qui quaerunt: an Deus nullum finem sibi praefixit in creatione, propter quem res creavit? Praeterea ut rem melius explicarem, secundam addidi definitiōnem, scilicet rem creatam nihil praesupponere praeter Deum; quia nempe si Deus aliquem finem sibi praefixit, ille sane non nisi extra Deum. Nihil enim extra Deum datur, a quo ipse inclinetur ad agendum.

**§. 4. *Accidentia et modos non creari.***

3. Ex hac definitione satis sequi, accidentium et modorum nullam dari creationem; praesupponunt enim praeter Deum substantiam creatam.

**§. 5. *Nullum fuisse tempus aut durationem ante creationem.***

4. Denique ante creationem nullum nos posse imaginari tempus neque durationem, sed haec cum rebus incepisse. Tempus enim mensura est durationis, sive potius nihil est praeter modum cogitandi. Quare non tantum praesupponit quamecumque creatam, sed praecipue homines cogitantes. Duratio autem sinit, ubi res creatae desinunt esse, et incipit, ubi res creatae existere incipiunt. *Res creatae*, inquam. Nam Deo nullum competere, sed tantum aeternitatem, iam supra satis evidenter ostendimus. Quare duratio res creatas praesupponit, aut ad minimum supponit. Qui autem durationem et tempus ante creatas imaginantur, eodem praeiudicio laborant ac illi, qui ei material spatium fingunt, ut per se satis est manifestum. Hoc de creationis definitione.

**§. 6. *Eandem esse Dei operationem mundi creandi quam conservandi.***

Porro non est opus, ut hic iterum repetamus id quod priphil. part. 1. ax. 10. demonstravimus; nimirum tantundem viri requiri ad rem creandam quam ad ipsam conservandam, hoc eandem esse Dei operationem mundi creandi, quam conservandi.

His sic notatis pergamus iam ad id, quod secundo loco propositum. 1. Igitur inquirendum, quid creatum est, quid incertum. 2. An id quod creatum est, potuerit ab aeterno creari.

**§. 7. *Quaenam sint creatae.***

Ad primum igitur breviter respondemus, id omne creatum esse, cuius essentia clare concipitur sine ulla existentia, et tamen per se concipitur, ut ex. gr. materia, cuius conceptum clarum distinctum habemus, quum illam sub attributo extensionis concipimus, eamque aequa clare et distincte concipimus, sive existens non existat.

*§. 8. Quomodo Dei cogitatio a nostra differat.*

Al quis fortasse dicet, nos cogitationem clare et distincte percipimus existentia, eamque tamen Deo tribuere. Sed ad hoc respondemus, nos non talem cogitationem Deo tribuere, qualis nostra est, patibilem scilicet, et quae a rerum natura terminatur; sed talem, quae purus actus est, ideoque existentiam involvens, si satis prolixe supra demonstravimus. Ostendimus enim Dei intellectam et voluntatem ab ipsis potentia et essentia, quae existentiam involvit, non distingui.

*§. 9. Non esse quid extra Deum Deo coeternum.*

Quoniam itaque omne id, cuius essentia nullam involvit existentiam, necessario, ut existat, a Deo creari debeat, et continuo, ut supra multis exposuimus, ab ipso creatore conservari, in eorum sententia refutanda non morabimur, qui mundum aut chaos aut materiam ab omni forma nudatam coeternam Deo, adeoque independentem statuerunt. Quare ad secundam partem pergendum inquirendumque, an id, quod creatum est, ab aeterno creari potuerat?

*§. 10. Quid hic vocibus „ab aeterno“ denotetur.*

Hoc ut recte intelligatur, attendendum est ad hunc loquendi modum: *ab aeterno*. Eo enim nos aliud prorsus hoc loco significare volumus, quam id quod antehac explicuimus, ubi de Dei aeternitate locuti sumus. Nam hic nihil aliud intelligimus, quam durationem absque principio durationis, vel talem durationem, quam, quamvis eam per multos annos aut myriadas annorum multiplicare vellermus, atque hoc productum iterum per myriadas, nunquam tamen ullo numero, quantumvis magno. exprimere possemus.

*§. 11. Non potuisse aliquid ab aeterno creari probatur.*

Talem autem durationem non posse dari, clare demonstratur. Num si mundus iterum ab hoc puncto retrograderetur, nunquam talem durationem habere poterit: ergo etiam mundus a tali principio usque ad hoc punctum pervenire non potuisset. Dices forte Deo nihil esse impossibile; est enim omnipotens, adeoque poterit

efficere durationem, qua maior non posset dari. Respondem Deum, quia est omnipotens, nunquam durationem creature qua maior ab ipso creari non possit. Talis enim est natura durationis, ut semper maior et minor data possit concipi, sicuti merus. Instabis forte, Deum ab aeterno fuisse, adeoque us in hoc tempus durasse, ac sic durationem dari, qua maior con nequit. Verum hoc modo tribuitur Deo duratio partibus consti quod a nobis satis superque refutatum est, ubi Deo non durenem, sed aeternitatem competere demonstravimus. Quod nam homines probe considerassent! Nam ex multis argumentis absurditatibus facillime se extricare potuissent, et maxima delectatione in beatissima huius entis contemplatione defuisserent.

Verum enim vero pergamus ad argumentorum, quae a quib dam adferuntur, responsionem, nempe quibus conantur ostendere possibilitatem talis infinitae durationis a parte ante.

**§. 12. *Ex eo quod Deus sit aeternus, non sequi illius efficiatiam esse posse ab aeterno.***

Primo igitur afferunt, *rem productam posse simul tempore esse cum causa; quum autem Deus fuerit ab aeterno, potuerit etiam eius effectus ab aeterno fuisse producti.* Atque hoc in per confirming exemplum filii Dei, qui ab aeterno a patre productus est. Verum ex ante dictis clare videre est, hos aeternitatem cum duratione confundere, Deoque durationem tantum ab aetate tribuere: quod etiam clare apparet exemplo, quod adferunt. Nam eandem aeternitatem, quam Dei filio tribuunt, creat possibilem esse statuunt. Deinde tempus et durationem mundum conditum imaginantur, et durationem absque re creatis statuere volunt, sicuti alii aeternitatem extra Deum, quod utrumque a vero alienissimum esse iam constat. Respondeant itaque falsissimum esse, Deum suam aeternitatem creaturis comunicare posse, nec filium Dei creaturam esse; sed, uti patet aeternum esse. Quum itaque dicimus patrem filium ab aetate genuisse, nihil aliud volumus, quam patrem suam aeternitatem filio semper communicasse.

*. Deum, si necessario ageret, non esse infinitae virtutis.*  
*argumentantur 2. quod Deus quem libere agat, non minoris*  
*intia, quam quem agit necessario: at si Deus necessario*  
*, quem sit infinitae virtutis, mundum ab aeterno creare*  
*et. Sed ad hoc argumentum etiam perfacile responderi*  
*, si attendatur ad eius fundamentum. Boni enim isti viri*  
*sunt, se diversas ideas entis infinitae virtutis posse habere.*  
*nam, et quem ex necessitate naturae agit, et quem libere*  
*infinitae virtutis esse concipiunt. Nos vero negamus Deum,*  
*necessitate naturae ageret, infinitae esse virtutis; quod no-*  
*si negare licet, imo necessario ab iis etiam concedendum*  
*estiquam demonstravimus ens perfectissimum libere agere,*  
*nisi unicum posse concipi. Quod si vero regerant, poni*  
*posse, quamvis id impossibile sit, Deum ex necessitate na-*  
*gentem infinitae esse virtutis: respondebimus, id non ma-*  
*re supponere, quam circulum quadratum, ut concludatur*  
*lineas a centro ad circumferentiam ductas non esse aequa-*  
*ntque hoc ex modo dictis, ne, quae iam dudum dicta sunt,*  
*nus, satis constat. Modo enim demonstravimus, nullam*  
*durationem, cuius duplum, sive qua maior et minor non pos-*  
*scipi; ac proinde a Deo, qui infinita virtute libere agit,*  
*et maior et minor data creari possit. At si Deus ex necessi-*  
*tate ageret, nullo modo id sequeretur; nam tantum illa,*  
*eius natura resultaret, ab ipso produci posset, non vero*  
*se aliae maiores data. Quare sic breviter argumentamur:*  
*ns maximam durationem, qua maiorem ipse non posset*  
*, crearet, necessario suam potentiam diminueret: atqui*  
*est posterius, nam eius potentia ab ipsius essentia non*  
*: ergo etc. Porro, si Deus ex necessitate naturae ageret,*  
*omem, qua maiorem ipse creare non potest, creare deberet:*  
*ns talem durationem creans non est infinitae virtutis; nam*  
*x data maiorem conceipere possumus: ergo si Deus ex ne-*  
*de naturae ageret, non esset infinitae virtutis.*

*. Unde habeamus conceptum maioris durationis, quam*  
*est huius mundi.*  
*ad si cui hic scrupulus oriretur, undenam nempe, quum*

mundus ante quinque millia annorum et quod excedit, si vero  
chronologorum computatio, creatus fuerit, nos tamen posse  
maiorem concipere durationem, quam asseruimus non sine ca  
rebus intelligi posse: illi facillime iste eximetur, si advertat,  
ullam durationem non ex sola contemplatione creatarum re  
sed ex contemplatione infinitae Dei potentiae ad creandum ins  
gere. Non enim creature concipi possunt ut per se existen  
tive durantes, sed tanquam per infinitam Dei potentiam, a  
sola omnem suam durationem habent. Vid. princ. phil. part.  
propos. 12. eiusque corollar.

Denique ne hic futilibus argumentis respondendo tempus  
sumamus, tantum haec animadvertenda sunt: nempe distinc  
inter aeternitatem et durationem, et quod duratio sine rebus est  
aeternitas, et aeternitas sine Deo nullo modo sint intelligibiles.  
enim probe perceptis facillime ad omnia argumenta respon  
poterit. Unde his diutius immorari non necesse arbitramur.

## CAP. XI. De concursu Dei.

### §. I. *Concursum Dei vulgari sensu in philosophia non esse admittendum.*

Circa hoc attributum parum aut nihil dicendum restat, per  
quam ostendimus Deum singulis momentis continuo rem qua  
novo creare. Ex quo demonstravimus, res ex se nullam unquam  
habere potentiam ad aliquid operandum, nec se ad ullam actionem  
determinandas; hocque non tantum habere locum in rebus est  
hominem, sed etiam in ipsa humana voluntate. Deinde etiam a  
quaedam argumenta huc spectantia respondimus, et quamvis  
multa adferri solent, quia tamen praecipue ad theologiam pa  
tinent, iis hic supersedere animus est.

Attamen quia multi sunt, qui concursum Dei admittunt at  
tuuntque plane alio sensu, quam quo nos eum tradidimus; ob  
servandum hic est, ut eorum fallaciam facillime detegamus, si  
quod antehac demonstravimus, nimurum quod tempus praesens  
nullam habeat connexionem cum tempore futuro (vide princ. phil.  
part. 1. ax. 10.) hocque a nobis clare distinque percipiatur  
atque ad hoc si modo probe attendatur, sine ulla difficultate a

missorum argumenta, quae ex philosophia peti possunt, respondere poterit.

**2. Quomodo Dei conservatio se habeat in rebus determinandis ad operandum.**

Verum ne quaestionem hanc frustra attigerimus, ad eam in multis respondebimus, qua quaeritur, an *Dei conservationi* quid accedit, quum rem determinat ad operandum; atque ubi motu locuti sumus, iam huius responsionem utcumque attigimus. Diximus enim Deum eandem quantitatem motus in natura servare. Quare si ad totam naturam materiae attendamus, nihil novi accedit. At respectu rerum particularium aliquo modo potest dici illi aliquid novi accedere. Quod an etiam locum habet in rebus spiritualibus, non videtur; nam illa ab invicem dependere non apparet. Denique quum partes durationis nullas habeant inter se connexionem, possumus dicere, Deum non esse proprie res conservare, quam procreare; quare, si homo a determinata libertatem habeat ad aliquid agendum, dicendum est, Deum illo tempore eum ita creasse. Atque huic non stat, quod humana voluntas saepe a rebus extra se positis determinatur, et omnia vicissim, quae in natura sunt, a se invicem ad aliquid operandum determinantur; nam etiam illa a Deo ita determinata sunt. Nulla enim res voluntatem determinare, nec vicissim voluntas determinari nisi a sola potentia Dei potest. Verum modo hoc cum humana libertate non pugnet, sive quomodo id efficere possit servata humana libertate, fatemur nos ignoramus, qua de re iam saepius locuti sumus.

**3. Divisionem attributorum Dei vulgarem magis esse nominis, quam rei.**

Haec sunt quae circa attributa Dei dicere decreveram, quorum illam hic usque tradidi divisionem. Illa autem quae passim editor ab auctoribus, nempe qua dividunt attributa Dei in incommunicabilia et communicabilia, ut verum fatear, magis videtur de nominis, quam rei. Nec enim scientia Dei cum scientia magis convenit, quam canis, signum coeleste, cum leone, qui est animal latrans, et forte adhuc multo minus.

**§. 4. Auctoris propria divisio.**

Nos vero hanc damus divisionem. **Atributa Dei** quae actuosam eius essentiam explicant, alia quod nihil actionis, sed eius modum existendi exponunt generis sunt unitas, aeternitas, necessitas etc.; illius diligentia, voluntas, vita, omnipotentia etc. Haec clarissima et perspicua est, et omnia Dei attributa complectit.

**CAP. XII. De mente humana.****§. 1. Divisio substantiae creatae.**

Transeundum iam est ad substantiam creatam, quantum et cogitantem divisimus. Per extensam materialis substantiam corpoream intelligebamus; per cogitantes mentes humanas tantum.

**§. 2. Angelos non esse metaphysicas, sed theologiae considerationis.**

Et quamvis angeli etiam creati sint, quia tam naturali non cognoscuntur, ad metaphysicam non spectrum enim essentia et existentia non nisi per revelationem sunt, adeoque ad solam theologiam pertinent, cuius cogitatio prorsus alia sive toto genere diversa a cognitione naturali modo cum illa miscenda est. Nullus igitur expectetur gelis aliquid dicturos.

**§. 3. Mente humanam non esse ex traduce, sed a latitudine quando creetur nesciri.**

Redeamus ergo ad mentes humanas, de quibus ianuam dicenda; sed tantum monendum, nos de temporis mentis humanae nihil dixisse, quia non satis constat, quod Deus ipsam creat, quum sine corpore possit existere satis constat, illam non esse ex traduce. Nam id tantum habet in rebus, quae generantur, nempe in modis alienis. Substantia autem ipsa generari non potest, a solo omnipotente creari, ut satis in praecedentibus stravimus.

*§. 4. Quo sensu anima humana sit mortalis.*

De eius vero immortalitate ut aliquid addam; satis constat nos de nullis re creatis posse dicere, quod eius natura implicitet, ut a potestate Dei non destruatur. Nam qui potestatem habuit rem creandi, etiam potestatem habet ipsam destruendi. Adde, quod iam satis demonstravimus, nullam rem creatam sua natura ne momento quidem posse existere, sed continuo a Deo procreari.

*§. 5. Quo vero sensu immortalis.*

Verum quamvis ita res sit, tamen clare et distincte videmus, non nullam ideam habere, qua concipiamus substantiam destrui, sed habemus ideas corruptionis et generationis modorum. Clares enim concipiimus, ubi ad corporis humani fabricam attendimus, non fabricam posse destrui; at non aequo, ubi ad substantiam corpoream attendimus, concipiimus ipsam annihilari posse. Deinde philosophus non quaerit id quod summa potentia Deus non facere, sed de rerum natura ex legibus, quas Deus ipsis dicit, iudicat. Quare id iudicat fixum ac ratum esse, quod ex legibus fixum esse ac ratum concluditur; quamvis non neget, non illas leges et caetera omnia mutare posse. Quapropter nos non inquirimus, ubi de anima loquimur, quid Deus facere possit, sed tantum quid ex naturae legibus sequatur.

*§. 6. Illius immortalitas demonstratur.*

Quum autem ex ipsis clare sequatur, substantiam nec per se, per aliam substantiam creatam destrui posse, ut iam antehac, Nor, abunde demonstravimus, mentem esse immortalem statim cogimur ex legibus naturae. Et si rem adhuc penitus introire volumus, evidentissime demonstrare poterimus, illam immortalem. Nam, ut modo demonstravimus, animam immortalis esse, ex legibus naturae clare sequitur. Leges autem naturae sunt decreta Dei lumine naturali revelata, ut etiam precedentibus evidentissime constat. Decreta deinde Dei immutabilia esse, iam etiam demonstravimus. Ex quibus omnibus concludimus, Deum suam immutabilem voluntatem circa rationem animarum hominibus non tantum revelatione, sed etiam lumine naturali patefecisse.

*§. 7. Quid sit Deum non contra, sed supra naturam agere*

Nec obstat, si aliquis obiciat, Deum leges illas naturales quando destruere ad efficienda miracula. Nam plerique ex predictioribus theologis concedunt, Deum nihil contra naturam agere, sed supra naturam, hoc est, ut ego explico, Deum maiestiam leges operandi habere, quas humano intellectui non comunicavit, quae si humano intellectui communicatae essent, que naturales essent, quam caeterae.

*§. 8. Quosdam putare voluntatem non esse liberam.*

Unde liquidissime constat mentes esse immortales, nec videtur quid de anima humana in genere hoc in loco dicendum restet. I etiam de ipsius functionibus speciatim aliquid restaret dicendum nisi argumenta quorundam auctorum, quibus efficere conantur id, quod vident et sentiunt, non videant neque sentiant, invitarent ad ipsis respondendum.

Putant aliqui se posse ostendere, voluntatem non esse libera sed semper ab alio determinari. Atque hoc inde putant, quia voluntatem intelligent quid ab anima distinctum, quod ut sentiant considerant, cuius natura in eo solo consistat, quod indifferens. Nos autem, ut omnem amoveamus confusionem prius explicabimus, quo facto facilime eorum fallacias armentorum detegemus.

*§. 9. Quid sit voluntas.*

Mentem humanam diximus esse rem cogitantem. Unde sequitur illam ex sola sua natura in se sola spectata aliquid agere posse videlicet cogitare, hoc est, affirmare et negare. Hae vero cogitationes vel determinantur a rebus extra mentem positis, vel a mente; quandoquidem et ipsa est substantia, ex cuius esse cogitante multae actiones cogitativa sequi possunt et debent. Actiones autem illae cogitativa, quae nullam aliam sui causam agnoscunt quam mentem humanam, *volitiones* vocantur. Mente humana, quatenus concipitur ut causa sufficiens ad actiones producendas, *voluntas* vocatur.

**§. 10. *Dari voluntatem.***

Quod autem anima talem potentiam habeat, quamvis a nullis rebus externis determinetur, commodissime explicari potest exemplo asinae Buridani. Si enim hominem loco asinae ponamus in tali aequilibrio positum, homo non pro re cogitante, sed pro turpissimo asino erit habendus, si fame et siti pereat. Deinde etiam idem liquet ex eo, quod, ut antehac diximus, etiam de rebus omnibus dubitare, et non tantum ipsa, quae in dubium revocari possunt, ut dubia iudicare, sed tanquam falsa explodere volimus. *Vid. Cartesii princ. phil. part. I. art. 39.*

**§. 11. *Eamque esse liberam.***

Porro notandum, quamvis anima a rebus externis determinetur ad aliquid affirmandum aut negandum, non tamen ipsam ita determinari, ac si a rebus externis cogeretur; sed ipsam semper liberam manere. Nam nulla res habet potestatem ipsius essentiam destruendi. Quare id quod affirmat et negat, semper libere affirmat et negat, ut satis in Cartesii meditatione de prima phil. IV. explicatum est. Unde si quis quaerat: cur anima hoc aut illud vult, hoc aut illud non vult? ipsi respondebimus: quia anima est res cogitans, hoc est, res quae ex sua natura potestatem habet volendi et nolendi, affirmandi et negandi; hoc enim est esse rem cogitantem.

**§. 12. *Nec confundendam cum appetitu.***

Hicce sic explicatis argumenta adversariorum videamus. Primum argumentum tale est: *Si voluntas possit velle contra ultimum intellectus dictamen, si possit appetere contrarium bono ab ultimo intellectus dictamine praescripto, poterit appetere malum ab ratione mali; at absurdum est posterius: ergo et prius.* Ex hoc argumento clare videre est, ipsos non intelligere, quid sit voluntas. Confundunt enim ipsam cum appetitu, quem habet anima, postquam aliquid affirmavit aut negavit, quod didicerunt *in suo magistro*, qui voluntatem definit, appetitum sub ratione boni. Nos vero voluntatem dicimus esse *tò affirmare hoc bonum* *et contra*, ut iam antehac abunde explicuimus circa causam erroris, quem demonstravimus *ex eo oriri*, *quod voluntas latius* *Spicere I.*

pateat, quam intellectus. Si autem mens non affirmasset id bonum esse, ex eo quod libera est, nihil appeteret. Quare ad argumentum respondemus concedendo, mentem nihil posse vel contra ultimum intellectus dictamen, hoc est, nihil posse vel quatenus supponitur nolle, ut hic supponitur, ubi dicitur ipsa aliquam rem iudicasse malam, hoc est, aliquid noluisse. Negamus tamen illam absolute id quod malum est, non potuisse vel hoc est, bonum iudicare; id enim esset contra ipsam experientiam. Multa enim quae mala sunt bona, et contra quae bona sunt mala esse iudicamus.

### S. 13. *Nec aliquid esse praeter ipsam mentem.*

Secundum argumentum est, vel si mavis primum, quia hucusque nullum fuit: *Si voluntas ad volendum non determinetur ultimo intellectus practici iudicio, ergo se ipsam determinabit.* At voluntas se ipsam non determinat, quia ex se et natura sua est indeterminata. Hinc sic argumentari pergit: *Si voluntas se et sua natura est indifferens ad volendum et non volendum, non potest a se ipsa determinari ad volendum: quod enim determinatum debet esse determinatum, quam est indeterminatum, quod determinatur.* At voluntas considerata ut determinans ipsam, tam est indeterminata, quam est considerata eadem determinanda. Nihil enim ponunt adversarii in voluntate determinante, quod non idem sit in voluntate aut determinanda et determinata; neque vero aliquid hic ponit potest. Ergo voluntas non potest a se ipsa ad volendum determinari. Si non a se ipso ergo aliunde. Haec sunt ipsissima verba Heereboordii professoris Leidensis.<sup>\*)</sup> Quibus satis ostendit se per voluntatem et mentem ipsam intelligere, sed aliquid aliud extra mentem et mente, veluti tabulam rasam omni cogitatione carentem, et capcem cuivis picturae recipienda, vel potius tanquam pondus aequilibrio, quod a quolibet pondere in utramvis partem pellit.

<sup>\*)</sup> Andreas Heerbor d philosophiae professor universitatis Bonarum Lugdunensis obiit 25. Dec. a. 1659., scripsit meletemata philosophica, logicam, collegium ethicum, philosophiam naturalem, mechanicam, rationalem, pneumaticam al.

prout pondus adventitium determinatum est; vel denique aliquid quod nec ipse, nec ullus mortalium ulla cogitatione assequi potest. Nos modo diximus, imo clare ostendimus, voluntatem nihil ~~cum~~ praeter mentem ipsam, quam rem cogitantem vocamus, hoc est, affirmantem et negantem. Unde clare colligimus, ubi ad ~~salem~~ naturam mentis attendimus, eam aequalem potestatem habere affirmandi et negandi; id enim, inquam, est cogitare. Si nos itaque ex eo, quod mens cogitat, concludimus, ipsam potestatem habere affirmandi et negandi; cur igitur causas quaerimus adventitias efficiendi id, quod ex sola natura rei sequitur? At dices: ipsa mens non magis est determinata ad affirmandum, quam ad negandum; ideoque concludes, nos necessario causam quaere debere, qua ipsa determinetur. Sed ego contra argumentor: „Si mens ex se et sua natura tantum esset determinata ad affirmandum (quamvis impossibile sit hoc concipere, quam diu ipsam rem cogitantem esse cogitamus), tum illa ex sola sua natura tantum affirmare, nunquam vero, quamvis concurrant quotvis causae, negare posset. Si vero neque ad affirmandum neque ad negandum determinata sit, nentrum facere poterit. Si denique ad utrumque habet potestatem, quod habere modo ostendimus, utrumque efficere poterit ex sola sua natura, nulla adiuvante alia causa, quod dare constabit iis omnibus, qui rem cogitantem ut rem cogitatem considerant; hoc est, qui attributum cogitationis a re ipsa cogitante, a qua non nisi ratione distinguitur, nullo modo separant, quemadmodum adversarii faciunt, qui rem cogitantem ab omni cogitatione denudant, ipsamque ut materiam illam primam Peripateticorum singunt.“ Quare ad argumentum sic respondeo, et quidem ad maiorem: „Si per voluntatem intelligit rem omni cogitatione spoliatam, concedimus voluntatem ex sua natura esse indeterminatam. At negamus, voluntatem esse quid omni cogitatione spoliatum, et contra statuimus esse cogitationem, hoc est, potentiam ad utrumque, nempe ad affirmandum et ad negandum, qua certe nihil aliud intelligi potest, quam causa sufficiens ad utrumque. Deinde etiam negamus, quod, si voluntas indeterminata esset, hoc est, omni cogitatione spoliata, alia aliqua causa adventitia, quam Deus infinita sua potentia creandi ipsam determinare posset. Rem enim cogitantem sine ulla cogitatione con-

cipere idem est, ac rem extensam sine extensione concelle.<sup>14</sup>

§. 14. *Cur philosophi mentem cum rebus corporeis confundunt?*

Denique ne opus sit hic plura argumenta recensere, tantum, adversarios, quia voluntatem non intellexerunt nec clarum et distinctum mentis conceptum habuerunt, mentem rebus corporeis confusisse: quod inde ortum duxit, quia quae ad res corporeas usurpare solent, ad res spirituales, non intelligebant, significandas usurparunt. Assueti enim runt, corpora illa, quae a causis externis aequipollentil plane contrariis versus contrarias partes propelluntur, quap in aequilibrio sunt, indeterminata vocare. Quum igitur tatem indeterminatam statuunt, ipsam etiam, ut corpus in librio positum, videntur concipere; et quia illa corpora nil bent nisi quod a causis externis acceperunt (ex quo sequit semper a causa externa determinari debere), idem in sequi putant. Sed quomodo res se habeant, iam satis eximus; quare hic finem facimus.

De substantia vero extensa iam antehac satis etiam locum, et praeter has duas nullas alias agnoscimus. Quod accidentia realia attinet et alias qualitates, satis illa explosa sunt opus est, iis refellendis tempus impendere, quare hic man tabula tollimus.

---

II.

BENEDICTI DE SPINOZA

E T H I C A

ORDINE GEOMETRICO DEMONSTRATA

ET

IN QUINQUE PARTES DISTINCTA

IN QUIBUS AGITUR

I. DE DEO.

II. DE NATURA ET ORIGINE MENTIS.

III. DE ORIGINE ET NATURA AFFECTUUM.

IV. DE SERVITUTE HUMANA SEU DE AFFECTUUM VIBIBUS.

V. DE POTENTIA INTELLECTUS SEU DE LIBERTATE HUMANA.



EX

## PRAEFATIONE EDITORIS B. D. S. OPERUM POSTHUMORUM.

— **P**aolo ante obitum auctor expresse petiit, ne nomen suum ethicae, cuius impressionem mandabat, praefigeretur. Cur autem prohibuerit, nulla alia, ut quidem videtur, ratio est, quam quia noluit, ut *disciplina ex ipso haberet vocabulum*. Dicit enim in appendice quartae partis ethices cap. 25., quod *qui alios amilio aut re iuvare cupiunt, ut simul summo fruantur bono, minime studebunt, ut disciplina ex ipsis habeat vocabulum*. Sed hinc in tertia ethices parte affectuum definit. 44. ubi quid sit *ambitio explicat*, eos, qui tale quid patrant, non obscure ut globis cupidos accusat.

Quamvis ad priunam ethices partem praefatio requiratur, ea tamen dia eius scripta longis parasangis superat, proque absoluto et perfecto opere haberi potest. Hanc noster philosophus in quinque partes distribuit, quarum prima tractat *de Deo*, secunda *de mente humana*, tertia *de origine et natura affectuum*, quarta *de servitute humana*, et una de regula et vivendi norma deque hominum bono et malo, quinta denique *de potentia intellectus seu de libertate humana*, nec non de mentis aeternitate.

la prima parte demonstratur, quod Deus I. *necessario existat*; II. *unicus sit*; III. *ex sola sua naturae necessitate sit et agat*; IV. *omnium rerum causa libera sit, et quod omnia in Deo sint et ab ipso ita pendeant, ut sine ipso nec esse nec concipi possint*; V. denique *quod omnia a Deo fuerint praedeterminata, non quidem ex libertatis voluntate sive absoluto beneplacito, sed ex voluntate Dei natura sive absoluta potentia*.

Quod difficultates attinet, a nonnullis tractatui theologico-politico oppositas, quod scilicet *primo auctor Deum et*

19. Qui id quod amat destrui imaginatur, contristabitur; si aut conservari, laetabitur.

20. Qui id quod odio habet destrui imaginatur, laetabitur.

21. Qui id quod amat laetitia vel tristitia affectum imaginatur, laetitia etiam vel tristitia afficietur; et uterque hic affectus maior aut minor erit in amante, prout uterque maior aut minor est in re amata.

22. Si aliquem imaginamur laetitia afficere rem, quam amamus, erga eum afficiemur: si contra eundem imaginamur tristitia eandem afficere, e contra odio etiam contra ipsum afficiemur.

Schol. Commiseratio, favor, indignatio.

23. Qui id quod odio habet tristitia affectum imaginatur, laetabitur: contra idem laetitia affectum imaginetur, contristabitur; et ut que hic affectus maior aut minor erit, prout eius contrarius maior aut minor est in eo, quod odio habet.

Scholium.

24. Si aliquem imaginamur laetitia afficere rem, quam odio habemus odio etiam erga eum afficiemur: si contra eundem imaginamur tristitia eandem rem afficere, amore erga ipsum afficiemur.

Schol. De invidia.

25. Id omne de nobis deque re amata affirmare conamur, quod nos rem amatam laetitia afficere imaginamur; et contra id omne negare quod nos vel rem amatam tristitia afficere imaginamur.

26. Id omne de re, quam odio habemus, affirmare conamur, quod ipsam tristitia afficere imaginamur; et id contra negare, quod ipsam laetitia afficere imaginamur.

Schol. De superbia, existimatione, despectu.

27. Ex eo, quod rem nobis similem et quam nullo affectu processumus, aliquo affectu affici imaginamur, eo ipso simili affectu afficiemur.

Schol. 1. Commiseratio, aemulatio. Corollar. 1—3. Schol. De benevolentia.

28. Id omne quod ad laetitiam conducere imaginamur, conamur per mouere ut fiat; quod vero eidem repugnare sive ad tristitiam deducere imaginamur, amovere vel destruere conamur.

29. Nos id omne agere conabimur, quod homines cum laetitia adaptos imaginamur; et contra id agere aversabimur, quod homines averse sari imaginamur.

Schol. Ambitio, humanitas; laus, vituperium.

30. Si quis aliquid egit, quod reliquos laetitia afficere imaginatur,

**laetitia concomitante idea sui, tanquam causa, afficietur, sive se ipsum cum laetitia contemplabitur. Si contra aliquid egit, quod reliquias tristitia afficere imaginatur, se ipsum cum tristitia contra contemplabitur.**

**Schol.** Gloria, pudor; acquiescentia in se ipso et poenitentia.

2. Si aliquem imaginamur amare vel cupere vel odio habere aliquid, quod ipsi amamus, cupimus vel odio habemus, eo ipso rem constantius amabimus etc. Si autem id quod amamus eum aversari imaginamur, vel contra, tum animi fluctuationem patiemur.

**Corollarium.** Scholium.

2. Si aliquem re aliqua, qua unus solus potiri potest, gaudere imaginamur, conabimur efficere, ne ille illa re potiatur.

**Schol.** Homines natura invidi, ambitiosi, misericordes.

2. Quum rem nobis similem amamus, conamur, quantum possumus, efficere, ut nos contra amet.

2. Que maiori affectu rem amatam erga nos affectam esse imaginamur, eo magis gloriabimur.

2. Si quis imaginatur rem amatam eodem vel arctiore vinculo amicisse, quo ipse eadem solus potiebatur, alium sibi iungere, odio erga ipsam rem amatam afficietur, et illi alteri invidebit.

**Schol.** De zelotypie.

2. Qui rei, qua semel delectatus est, recordatur, cupit eadem cum eisdem potiri circumstantiis, ac quum primo ipsa delectatus est.

**Corollar.** Schol. Desiderium.

2. Cupiditas, quae prae tristitia vel laetitia praeque odio vel amore est, eo est maior, quo affectus maior est.

2. Si quis rem amatam odio habere incepit, ita ut amor plane absenter, eandem maiore odio ex pari causa prosequetur, quam si quem nunquam amavisset, et eo maiori, quo amor antea maior fuisse.

2. Qui aliquem odio habet, ei malum inferre conabitur, nisi ex eo maius sibi malum oriri timeat; et contra qui aliquem amat, ei eadem lege benefacere conabitur.

**Schol.** Timor, verecundia, consternatio.

2. Qui se odio haberi ab aliquo imaginatur, nec se ullam odii causam illi dedisse credit, eundem odio contra habebit.

**Schol.** 1. Corollar. r. 1. 2. Schol. 2. Ira, vindicta.

2. Si quis ab aliquo se amari imaginatur, nec se ullam ad id causam deducere credit, eundem contra amabit.

**Schol.** 1. Gratia s. gratitudo. Corollar. Schol. 2. Crudelitas.

2. Qui in aliquem amore aut spe gloriae motus beneficium contulit, contristabitur, si viderit, beneficium ingratu animo accipi.

2. Odium reciproco odio augetur, et amore contra deleri potest.

**Schol.** Odium, quod amore plane vincitur, in amorem transit; et amor propterea maior est, quam si odium non praecessisset.

**Scholium.**

**Spiritus I.**

45. Si quis aliquem sibi similem odio in rem sibi similem, quam am affectum esse imaginatur, cum odio habebit.
46. Si quis ab aliquo eiusdem classis, sive nationis a se diversae, laetitia vel tristitia affectus fuerit, concomitante eius idea sub nomi universalis classis vel nationis tanquam causa, is non tantum illius sed omnes eiusdem classis vel nationis amabit vel odio habebit.
47. Laetitia, quae ex eo oritur, quod scilicet rem, quam odium destrui aut alio malo affici imaginamur, non oritur absque animi tristitia.

Scholium.

48. Amor et odium e. g. erga Petrum destruitur, si tristitia, quam beatitudine et laetitia, quam ille involvit, ideae alterius causae fungatur; eatenus uterque diminuitur, quatenus imaginamur Petrum non a lum fuisse alterutrius causam.
49. Amor et odium erga rem, quam liberam esse imaginamur, nisi ex pari causa uterque debet esse, quam erga necessariam.

Scholium.

50. Res quaecumque potest esse per accidens spei aut metus causa.

Schol. Bona et mala omina.

51. Diversi homines ab uno eodemque obiecto diversimode affici possunt, et unus idem homo ab uno eodemque obiecto potest diversis temporibus diversimode affici.

Schol. Poenitentia et acquiescentia in se ipsa.

52. Obiectum, quod simul cum aliis antea vidimus, vel quod non habere imaginamur, nisi quod commune est pluribus, non tam contemplabimur ac illud, quod aliquid singulare habere imaginamur.

Schol. Admiratio, consternatio, veneratio, horror, devotio; emtemptus, irrisio, dedignatio.

53. Quum mens se ipsam suamque agendi potentiam contemplatur, hanc tatur, et eo magis, quo se suamque agendi potentiam distincte imaginatur.

Corollarium.

54. Mens ea tantum imaginari conatur, quae ipsius agendi potentiam ponunt.

55. Quum mens suam impotentiam imaginatur, eo ipso contristatur.

Corollar. 1. Schol. 1. Humilitas et philautia.

Corollar. 2. Nemo virtutem alicui nisi aequali invidet. Schol. 2.

56. Laetitiae, tristitiae et cupiditatis, et consequenter unius causae affectus, qui ex his componitur, ut animi fluctuationis, vel qui a his derivatur, nempe amoris, odii, spei, metus etc. tot species dantur, quot sunt species obiectorum, a quibus afficiuntur.

Schol. Luxuria, ebrietas, libido, avaritia, ambitio.

57. Quilibet uniuscuiusque individui affectus ab affectu alterius tantum discrepat, quantum essentia unius ab essentia alterius differt.

Schol. Diversitas affectuum animalium et hominum.

58. Praeter laetitiam et cupiditatem, quae passiones sunt, alijs

**timae et cupiditatis affectus** dantur, qui ad nos, quatenus agimus, referuntur.

**Inter omnes affectus**, qui ad mentem quatenus agit referuntur, nulli sunt, quam qui ad laetitiam vel cupiditatem referuntur.

**Iehel. Animositas, generositas; fastidium et taedium.**

**Affectum definitio.**

**I. Affectus primitivi.** 1. Cupiditas. 2. Laetitia. 3. Tristitia. —

**II. Affectus laetitiae et tristitiae.** 4. Admiratio. 5. Contemptus.

6. Amor. 7. Odium. 8. Propensio. 9. Aversio. 10. Devotio.

11. Irrisio. 12. Spes. 13. Metus. 14. Securitas. 15. Desperatio.

16. Gaudium. 17. Conscientiae morsus. 18. Commiseratio.

19. Favor. 20. Indignatio. 21. Existimatio. 22. Despectus.

23. Invidia. 24. Misericordia. 25. Acquiescentia in se ipso.

26. Humilitas. 27. Poenitentia. 28. Superbia. 29. Abieictio.

30. Gloria. 31. Pudor. —

**II. Affectus cupiditatis.** 32. Desiderium. 33. Aemulatio. 34. Gra-

tia s. gratitudo. 35. Benevolentia. 36. Ira. 37. Vindicta. 38. Cru-

delitas s. saevitia. 39. Timor. 40. Audacia. 41. Pusillanimitas.

42. Consternatio. 43. Humanitas s. modestia. 44. Ambitio. 45. Lu-

xuria. 46. Ebrietas. 47. Avaritia. 48. Libido.

**IV. Affectuum generalis definitio.**

#### P A R S I V .

**Vaeſatio.** De perfecto et imperfecto, bono et malo.

**Definitio.** 1. Bonum. 2. Malum. 3. Res contingentes. 4. Res impossibilis. 5. Contrarii affectus. 6. Affectus erga rem futuram, praesentem et praeteritam. 7. Finis. 8. Virtus.

**Axioma.**

**Topos.** 1. Nihil, quod idea falsa positivam habet, tollitur praesentia veri, quatenus verum.

**Iehel.** Mens fallitur imaginationibus.

**Nos** etenim *patimur*, quatenus naturae sumus pars, quae per se absque aliis non potest concipi.

**Vis,** qua homo in existendo perseverat, *limitata* est et a potentia causarum externarum infinite superatur.

**Fieri** non potest, ut homo non sit naturae pars, et ut nullas possit nisi mutationes, nisi quae per solam suam naturam possint intelligi, quarecumque adaequata sit causa.

**Cerell.** Homo necessario passionibus est semper obnoxius.

**I.** Vis et incrementum cuiuscumque passionis, eiusque in existendo perseverantia non definitur potentia, qua nos in existendo perseverare conamus, sed causee externae potentia cum nostra comparata.

**I.** Vis aliquius passionis seu affectus reliquas hominis actiones seu potentiam superare potest, ita ut affectus pertinaciter homini adhaerat.

**I.** Affectus nec coerceri nec tolli potest, nisi per affectum contrarium et fortiorum affectu coercendo.

**Corollarium.**

8. Cognitio boni et mali nihil aliud est quam laetitiae vel tristitiae affectus, quatenus eius sumus consci. 9. Affectus, cuius causam in praesenti nobis adesse imaginamur, fortior est, quam si eandem non adesse imaginaremur.

**Scholium. Corollarium.**

10. Erga rem futuram, quam cito affuturam imaginamur, intensius afflicimur, quam si eius existendi tempus longius a praesenti distat imaginaremur; et memoria rei, quam non diu praeterisse imaginamur, intensius etiam afflicimur, quam si eandem diu praeterita imaginaremur.

**Scholium.**

11. Affectus erga rem, quam ut necessariam imaginamur, caeteris paribus intensior est, quam ut possibilem vel contingentem, sive non necessariam.
12. Affectus erga rem, quam scimus in praesenti non existere et qua ut possibilem imaginamur, caeteris paribus intensior est, qua erga contingentem.

**Corollarium.**

13. Affectus erga rem contingentem, quam scimus in praesenti non existere, caeteris paribus remissior est, quam affectus erga rem praeteritam.
14. Vera boni et mali cognitio, quatenus vera nullum affectum coerces potest; sed tantum quatenus ut affectus consideratur.
15. Cupiditas, quae ex vera boni et mali cognitione oritur, multis a cupiditatibus, quae ex affectibus, quibus conflictamur, oriuntur restingu vel coerceri potest.
16. Cupiditas, quae ex cognitione boni et mali, quatenus haec cognitio futurum respicit, oritur, facilius rerum cupiditate, quae in praesentia suaves sunt, coerceri vel restingu potest.
17. Cupiditas, quae oritur ex vera boni et mali cognitione, quatenus haec circa res contingentes versatur, multo adhuc facilius coerces potest cupiditate rerum, quae praesentes sunt.

**Schol.** Homines opinione magis, quam vera ratione commoventur.

18. Cupiditas quae ex laetitia oritur, caeteris paribus fortior est cogitate, quae ex tristitia oritur.

**Schol.** Rationis dictamina.

19. Id unusquisque ex legibus suae naturae necessario appetit vel avarisatur, quod bonum vel malum esse iudicat.
20. Quo magis unusquisque suum utile quaerere h. e. suum esse conservare conatur et potest, eo magis virtute praeditus est; contra quatenus unusquisque suum utile h. e. suum esse conservare negat, eatenus est impotens.

**Schol.** De causis mortis voluntariae.

21. Nemo potest cupere beatum esse, bene agere et bene vivere, quia mul non cupiat esse, agere et vivere h. e. actu vivere.

**2.** Nella virtus potest prior hac (nempe conatu sese conservandi) concepti.

**Coroll.** *Conatus sese conservandi primum et unicum virtutis est fundamentum.*

**2.** Homo quatenus ad aliquid agendum determinatur ex eo, quod ideas habet inadaequatas, non potest absolute dici ex virtute agere; sed tantum quatenus determinatur ex eo, quod intelligit.

**2.** Ex virtute absolute agere nihil aliud in nobis est, quam ex ductu rationis agere, vivere, suum esse conservare (haec tria idem significant) ex fundamento proprium utile quaerendi.

**2.** Nemo suum esse alterius rei causa conservare conatur.

**2.** Quidquid ex ratione conatur, nihil aliud est quam intelligere, nec mens quatenus ratione uitum, aliud sibi utile esse iudicat nisi id quod ad intelligendum conducit.

**2.** Nihil certo scimus bonum aut malum esse, nisi id quod ad intelligendum revera conducit, vel quod impeditre potest quo minus intelligamus.

**2.** Summum mentis bonum est Dei cognitio, et summa mentis virtus Deum cognoscere.

**2.** Res quaecumque singularis, cuius natura a nostra prorsus est diversa, nostram agendi potentiam nec iuvare nec coercere potest, et absolute res nulla potest nobis bona aut mala esse, nisi commune aliquid nobiscum habeat.

**2.** Res nulla per id quod cum nostra natura commune habet, potest esse mala; sed quatenus nobis mala est, eatenus est nobis contraria.

**2.** Quatenus res aliqua cum nostra natura convenient, eatenus necessario bona est.

**Collarium. Scholium.**

**2.** Quatenus homines passionibus sunt obnoxii, non possunt eatenus dei quod natura convenient.

**Schol.** Quae in sola negatione convenient, ea nulla in re convenient.

**2.** Homines natura discrepare possunt, quatenus affectibus, qui passiones sunt, conflictantur, et eatenus etiam unus idemque homo varius est et inconsans.

**2.** Quatenus homines affectibus, qui passiones sunt, conflictantur, possunt invicem esse contrarii.

**2.** Quatenus homines ex ductu rationis vivunt, eatenus tantum natura semper necessario convenient.

**Coroll. 1.** Nihil homini est utilius, quam homo qui ex ductu rationis vivit.

**Coroll. 2.** Quum maxime unusquisque homo suum sibi utile quaerit, tum maxime homines sunt sibi invicem utiles.

**Schol.** De vita sociali et solitaria.

**2.** Somnum bonum eorum, qui virtutem sectantur, omnibus communem est, eoque omnes aequo gaudere possunt.

**Scholium.**

**2.** Bonum, quod unusquisque, qui sectatur virtutem, sibi appetit, re-

quis hominibus etiam cupiet, et eo magis, quo maiorem Deli  
buerit cognitionem.

Schol. 1. Religio, pietas; honestum et turpe.

Schol. 2. De statu hominis naturali et civili. Peccatum et meritis  
iustum et iniustum.

38. Id quod corpus humanum ita disponit, ut pluribus modis possit  
fici, vel quod idem aptum reddit ad corpora externa pluribus non  
efficiendum, homini est utile; et eo utilius, quo corpus ab  
aptius redditur, ut pluribus modis afficiatur, aliasque corpora  
ciat: et contra id noxiū est, quod corpus ad haec minus ap  
redit.

39. Quae efficiunt, ut motus et quietis ratio, quam corporis hu  
partes ad invicem habent, conservetur, bona sunt, et ea co  
mala, quae efficiunt, ut corporis humani partes aliam ad invi  
motus et quietis habeant rationem.

Schol. De corporis mutatione in morte et morbo.

40. Quae ad hominum communem societatem conducunt, sive quae  
ficiunt ut homines concorditer vivant, utilia sunt, et illa co  
mala, quae discordiam in civitatem inducunt.

41. Laetitia directe mala non est, sed bona; tristitia autem contra  
recte est mala.

42. Hilaritas excessum habere nequit, sed semper bona est, et co  
melancholia semper mala.

43. Titillatio excessum habere potest et mala esse; dolor autem eate  
potest esse bonus, quatenus titillatio seu laetitia est mala.

44. Amor et cupiditas excessum habere possunt.

Schol. Quaedam cupiditates sunt delirii species.

45. Odium nunquam potest esse bonum.

Schol. 1. Corollar. 1. 2. Schol. 2. Irrisio et risus. Rebus u  
iis delectari est viri sapientis.

46. Qui ex ductu rationis vivit, quantum potest, conatur alterius  
ipsum odium, iram, contemptum etc. amore contra sive generos  
compensare.

Scholium.

47. Spes et metus affectus non possunt esse per se boni.

Scholium.

48. Affectus existimationis et despectus semper mali sunt.

49. Existimatio facile hominem, qui existimatur, superbū reddit.

50. Commiseratio in homine, qui ex ductu rationis vivit, per se mal  
inutilis est.

Corollar. Schol. Inhumanitas refutatur.

51. Favor rationi non repugnat, sed cum eadem convenire et ab ea  
oriri potest.

Scholium. Indignatio est necessario mala.

52. Acquiescentia in se ipso ex ratione oriri potest, et ea sola aequi  
scentia, quae ex ratione oritur, summa est quae dari potest.

**Scholium.**

- 2.** *Aumilitas virtus non est sive ex ratione non oritur.*  
**3.** *Poenitentia virtus non est sive ex ratione non oritur, sed is quem  
huius poenitet, bis miser seu impotens est.*

**Schol.** Quare scriptores sacri *Aumilitatem et poenitentiam tantopere  
commendaverint.*

- 4.** *Maxima superbia vel abiectione est maxima sui ignorantia.*  
**5.** *Maxima superbia vel abiectione maximam animi impotentiam indicat.*

**Corollar.** **Schol.**

- 6.** *Superbus parasitorum seu adulatorum praesentiam amat, genero-  
serum autem odit.*

**Schol.** De superbiae malis.

- 7.** *Gloria rationi non repugnat, sed ab ea oriri potest.*

**Schol.** De gloria vana et pudore.

- 8.** *Ad omnes actiones, ad quas ex affectu, qui passio est, determina-  
mur, possumus absque eo a ratione determinari.*

**Schol.** Exemplo explicatur.

- 9.** *Cupiditas, quae oritur ex laetitia vel tristitia, quae ad unam vel ad  
aliquot, non autem ad omnes corporis partes refertur, rationem  
militatis totius hominis non habet.*

**Scholium.**

- 10.** *Cupiditas, quae ex ratione oritur, excessum habere nequit.*

- 11.** *Quatenus mens ex rationis dictamine res concipit, aequa afficitur,  
sive idea sit rei futurae vel praeteritae sive praesentis.*

**Scholium.**

- 12.** *Qui metu ducitur et bonum, ut malum vitet, agit, is ratione non  
ducitur.*

**Scholium 1.** **Corollarium.** **Schol. 2.**

- 13.** *Cognitio mali cognitio est inadaequata.*

**Corollarium.**

- 14.** *De duobus bonis maius, et de duobus malis minus ex rationis ductu  
sequemur.*

**Corollarium.**

- 15.** *Bonum maius futurum pree minore praesenti, et malum praesens  
minus. quod causa est futuri alicuius mali, ex rationis ductu ap-  
petemus.*

**Corollar.** **Schol.** De homine servo et libero.

- 16.** *Homo liber de nulla re minus quam de morte cogitat, et eius sapien-  
tia non mortis, sed vitae meditatio est.*

- 17.** *Si homines liberi nascerentur, nullum boni et mali formarent con-  
ceptum, quam diu liberi essent.*

**Schol.** De Mosis historia primi hominis.

- 18.** *Homines liberi virtus aequa magna cernitur in declinandis, quam  
in superandis periculis.*

**Corollar.** **Schol.** Quid sit periculum.

- 19.** *Homo liber, qui inter ignaros vivit, eorum, quantum potest, be-  
neficia declinare studet.*

Schol. In declinandis beneficiis ratio utilis et honesti habenda est.  
71. Soli homines liberi erga se invicem gratissimi sunt.

Schol. De ingratitudine.  
72. Homo liber nungquam dolo male, sed semper cum fide agit.

Schol. Ad quaestionem respondeatur.  
73. Homo, qui ratione ducitur, magis in civitate, ubi ex communi decreto vivit, quam in solitudine, ubi sibi soli obtemperat, liber est.

Schol. Vera hominis libertas est vera vita et religio.

Appendix. Capita rectae vivendi rationis 1—32.

### P A R S V.

Praefatio. Altera ethices pars de via quae ad libertatem ducit.  
Stoicorum et Cartesii sententia.

Axiomata 1. 2.

Propos. 1. Prout cogitationes rerumque ideae ordinantur et concatenantur in mente, ita corporis affectiones seu rerum imagines ad amissim ordinantur et concatenantur in corpore.

2. Si animi commotionem seu affectum a causae externe cogitatione amoveamus et aliis iungamus cogitationibus, tum amor seu odium erga causam externam, ut et animi fluctuantur, quae ex his affectibus oriuntur, destruentur.

3. Affectus, qui passio est, desinit esse passio, simulatque eius claram et distinctam formamus ideam.

Corollarium.

4. Nulla est corporis affectio, cuius aliquem clarum et distinctum non possumus formare conceptum.

Corollarium. Scholium.

5. Affectus erga rem, quam simpliciter et non ut necessariam, neque ut possibilem, neque ut contingentem imaginamur, caeteris partibus omnium est maximus.

6. Quatenus mens res omnes ut necessarias intelligit, eatenus maiorem in affectus potentiam habet, seu minus ab iisdem patitur.

Scholium.

7. Affectus, qui ex ratione oriuntur vel excitantur, si ratio temporis habeatur, potentiores sunt illi, qui ad res singulares referuntur, quas ut absentes contemplamur.

8. Quo affectus aliquis a pluribus causis simul concurrentibus excitatur, eo maior est.

Scholium.

9. Affectus, qui ad plures et diversas causas referuntur, quas mens cum ipso affectu simul contemplatur, minus noxius est, et minus per ipsum patitur, et erga unamquamque causam minus afficitur, quam alius sequitur magnus affectus, qui ad unam solam vel pauciores causas referitur.

10. Quam diu affectibus, qui nostrae naturae sunt contrarii, non conflictamur, tam diu potestatem habemus ordinandi et concatenandi corporis affectiones secundum ordinem ad intellectum.

- Schol.** Quomodo malos affectus vitemus.
11. Quo imago aliqua ad plures res referatur, eo frequentior est seu saepius viget, et mentem magis occupat.
  12. Rerum imagines facilissimae imaginibus, quae ad res referuntur, quae clare et distincte intelligimus, funguntur, quam aliis.
  13. Quo imago aliqua pluribus aliis iuncta est, eo saepius viget.
  14. Mens efficiere potest, ut omnes corporis affectiones seu rerum imagines ad Dei ideam referantur.
  15. Qui se suosque affectus clare et distincte intelligit, *Deum amat*, et eo magis, quo se suosque affectus magis intelligit.
  16. Hic erga Deum amor mentem maxime occupare debet.
  17. Deus expers est passionum, nec ullo laetitiae aut tristitiae affectu afficitur.

**Coroll.** Deus proprie loquendo neminem amat neque odio habet.

18. Nemo potest Deum odio habere.

**Corollarium. Scholium.**

19. Qui Deum amat, comari non potest, ut Deus contra ipsum amet.
20. Hic erga Deum amor neque invidiae neque zelotypiae affectu inquinari potest; sed eo magis sovetur, quo plures homines eodem amoris vinculo cum Deo iunctos imaginamur.

**Schol.** De affectuum remediosis.

21. Mens nihil imaginari potest, neque rerum praeteritarum recordari, nisi durante corpore.
22. In Deo tamen datur necessario idea, quae huius et illius corporis humani essentiam sub aeternitatis specie exprimit.
23. Mens humana non potest cum corpore absolute destrui, sed eius aliquid remanet, quod *aeternum* est.

**Schol.** Haec mentis aeternitas est certus cogitandi modus.

24. Quo magis res singulares intelligimus, eo magis Deum intelligimus.
25. Summus mentis conatus summaque virtus est res intelligere tertio cognitionis genere.
26. Quo mens aptior est ad res tertio cognitionis genere intelligendum, eo magis cupit, res eodem hoc cognitionis genere intelligere.
27. Ex hoc tertio cognitionis genere summa quae dari potest mentis aquiescentia oritur.
28. Conatus seu cupiditas cognoscendi res tertio cognitionis genere oriri non potest ex primo, at quidem ex secundo cognitionis genere.
29. Quidquid mens sub specie aeternitatis intelligit, id ex eo non intelligit, quod corporis praesentem actualem existentiam concipit, sed ex eo, quod corporis essentiam concipit sub specie aeternitatis.

**Schol.** Res duobus modis a nobis ut actuales concipiuntur.

30. Mens nostra quatuor se et corpus sub aeternitatis specie cognoscit, etenus Dei cognitionem necessario habet, scilique se in Deo esse et per Deum concipi.
31. Tertium cognitionis genus pendet a mente, tanquam a formalis causa, etenus mens ipsa aeterna est.

ETHICES INDEX.

1. Quo unusquisque tertio cognitionis genere plus pollet, eo est perfectior et beatior.  
Quidquid intelligimus quidem concomitante idea Dei tanquam causa.
- Coroll. Ex tertio cognitionis genere oritur necessario amor Dei intellectualis.
3. Amor Dei intellectualis, qui ex tertio cognitionis genere originatur, est aeternus.
- Schol. Beatitudo in quo consistat.
34. Mens non nisi durante corpore obnoxia est affectibus, qui ad passiones referuntur.
- Coroll. Nullus amor praeter amorem intellectualis est aeternus.
35. Deus se ipsum amore intellectuali opinio de mentis aeternitate.
36. Mentis amor intellectualis erga Deum infinito est, sed *Dei amor*, quo Deus se ipsum amat, non quatenus infinitus est, sed quatenus per essentiam humanae mentis sub specie aeternitatis considerata pars est infinita potest, h. e. mentis erga Deum amor intellectualis considerata pars est infinita amoris, quo Deus se ipsum amat.
- Corollar. Amor Dei erga homines et mentis erga Deum amor intellectualis unus idemque est.
- Schol. Beatitudo s. libertas nostra consistit in constanti et aeterno erga Deum amore sive in amore Dei erga homines.
37. Nihil in natura datur, quod huic amori intellectuali sit contrarium,
- sive quod ipsum possit tollere.
- Scholium.
38. Quo plures res secundo et tertio cognitionis genere mens intelligit, eo minus ipsa ab affectibus, qui mali sunt, patitur, et mortem ministrum timet.
- Schol. Mors eo minus est noxia, quo mens magis Deum amat.
39. Qui corpus ad plurima aptum habet, is mentem habet, cuius maxima pars est aeterna.
- Schol. De hominis felicitate et infelicitate.
40. Quo unaquaque res plus perfectionis habet, eo magis agit et minimum patitur, et contra quo remanet (intellectus) perfectior est.
- Coroll. Pars mentis que remanet (imaginatione).
- Schol. Mens nostra quatenus intelligit aeternam cogitandi modus est men et religionem, et mentem nostram aeternam esse, pietatem tamen noscitatem referri ostendimus in qua parte animositatē, prima haberemus gaudemus, quia libidines coērcemus, sed contra quia nec eadem, ideo libidines coērcere possumus.
42. Beatitudo non est virtutis persuasio de vita aeterna. Quantum sapiens polleat potiorque sit ignaro, qui sol-

# ETHICES

## P A R S P R I M A.

### D E D E O.

---

#### DEFINITIONES.

I. Per causam sui intelligo id, cuius essentia involvit existentiam, sive id, cuius natura non potest concipi nisi exists.

II. Ea res dicitur in suo genere finita, quae alia eiusdem naturae terminari potest. Ex. gr. corpus dicitur finitum, quia aliud semper maius concipimus. Sic cogitatio alia cogitatione terminatur. At corpus non terminatur cogitatione, nec cogitatio corpore.

III. Per substantiam intelligo id quod in se est et per se concipitur; hoc est id, cuius conceptus non indiget conceptu alterius rei, a quo formari debeat.

IV. Per attributum intelligo id quod intellectus de substantia percipit tanquam eiusdem essentiam constituens.

V. Per modum intelligo substantiae affectiones, sive id quod in alio est, per quod etiam concipitur.

VI. Per Deum intelligo ens absolute infinitum, hoc est, substantiam constantem infinitis attributis, quorum unumquodque aeternam et infinitam essentiam exprimit.

**EXPLICATIO.** *Dico absolute infinitum, non autem in suo genere. Quicquid enim in suo genere tantum infinitum est, infinita de eo attributa negare possumus; quod autem absolute infinitum est, ad eius essentiam pertinet, quicquid essentiam exprimit et negationem nullam involvit.*

VII. Ea res libera dicetur, quae ex sola sua naturae necessitate existit et a se sola ad agendum determinatur: necessaria autem, vel potius coacta, quae ab alio determinatur ad existendum et operandum certa ac determinata ratione.

VIII. Per aeternitatem intelligo ipsam existentiam, quantum ex sola rei aeternae definitione necessario sequi concipitur.

**EXPLICATIO.** *Talis enim existentia, ut aeterna veritas, sicut rei essentia concipitur, proptereaque per durationem aut tempus explicari non potest, tametsi duratio principio et fine carere concipiatur.*

### AXIOMATA.

I. Omnia quae sunt vel in se vel in alio sunt.

II. Id quod per aliud non potest concipi, per se concipi debet.

III. Ex data causa determinata necessario sequitur effectus, et contra si nulla detur determinata causa, impossibile est ut effectus sequatur.

IV. Effectus cognitione causae dependet et eandem involvit.

V. Quae nihil commune cum se invicem habent, etiam per se invicem intelligi non possunt, sive conceptus unius alterius conceptum non involvit.

VI. Idea vera debet cum suo ideato convenire.

VII. Quicquid ut non existens potest concipi, eius essentia non involvit existentiam.

### PROPOSITIONES.

**PROPOS. I.** Substantia prior est natura suis affectiōnibus.

**DEMONSTR.** Patet ex definitione 3. et 5.

**PROPOS. II.** Duae substantiae diversa attributa habentes nihil inter se commune habent.

**DEMONSTR.** Patet etiam ex definit. 3. Unaquaeque enim in se debet esse et per se debet concipi, sive conceptus unius conceptum alterius non involvit.

**PROPOS. III.** Quae res nihil commune inter se habent, earum una alterius causa esse non potest.

**DEMONSTR.** Si nihil commune cum se invicem habent, ergo (per ax. 5.) nec per se invicem possunt intelligi, adeoque (per ax. 4.) una alterius causa esse non potest; quod erat demonstr.

**PROPOS. IV.** Duae aut plures res distinctae vel inter se distinguuntur ex diversitate attributorum substantiarum, vel ex diversitate earundem affectionum.

**DEMONSTR.** Omnia, quae sunt, vel in se, vel in alio sunt (per ax. 1.), hoc est (per defin. 3. et 5.) extra intellectum nihil datur praeter substantias eiusque affectiones. Nihil ergo extra intellectum datur, per quod plures res distingui inter se possunt praeter substantias, sive quod idem est (per ax. 4.) earum attributa carumque affectiones; q. e. d.

**PROPOS. V.** In rerum natura non possunt dari duae aut plures substantiae eiusdem naturae sive attributi.

**DEMONSTR.** Si darentur plures distinctae, deberent inter se distingui vel ex diversitate attributorum, vel ex diversitate affectionum (per prop. praeced.). Si tantum ex diversitate attributorum, concedetur ergo, non dari nisi unam eiusdem attributi. At si ex diversitate affectionum, quum substantia sit prior natura suis affectionibus (per prop. 1.), depositis ergo affectionibus et in se considerata, hoc est (per defin. 3. et 6.) vere considerata, non poterit concipi ab alia distingui, hoc est (per prop. praeced.) non poterunt dari plures, sed tantum una; q. e. d.

**PROPOS. VI.** Una substantia non potest produci ab alia substantia.

**DEMONSTR.** In rerum natura non possunt dari due substan-tiae eiusdem attributi (per prop. praeced.), hoc est (per prop. 2.) quae aliquid inter se commune habent; adeoque (per prop. 3.) una alterius causa esse nequit, sive una ab alia non potest pro-duci; q. e. d.

**COROLLAR.** Hinc sequitur substantiam ab alio produci non posse. Nam in rerum natura nihil datur praeter substantias ea-rumque affectiones, ut patet ex axiom. 1. et defin. 3. et 5. Atqui a substantia produci non potest (per praeced. prop.). Ergo sub-stantia absolute ab alio produci non potest; q. e. d.

**ALITER.** Demonstratur hoc etiam facilius ex absurdo con-tradictorio. Nam si substantia ab alio posset produci, eius cognitio a cognitione suae causae deberet pendere (per axioma 4.); adeo-que (per defin. 3.) non esset substantia.

**PROPOS. VII.** Ad naturam substantiae pertinet existerre

**DEMONSTR.** Substantia non potest produci ab alio (per coroll. prop. praeced.); erit itaque causa sui, id est (per defin. 1.) ipsius essentia involvit necessario existentiam, sive ad eius natu-ram pertinet existere; q. e. d.

**PROPOS. VIII.** Omnis substantia est necessario infinita.

**DEMONSTR.** Substantia unius attributi non nisi unica existit (per prop. 5.), et ad ipsius naturam pertinet existere (per prop. 7.). Erit ergo de ipsius natura vel finita vel infinita existere. At non finita. Nam (per defin. 2.) deberet terminari ab alia eiusdem na-turae, quae etiam necessario deberet existere (per prop. 7.); adeo-que darentur duea substantiae eiusdem attributi, quod est absur-dum (per prop. 5.). Existit ergo infinita; q. e. d.

**SCHOL. I.** Quum finitum esse revera sit ex parte negatio, et infinitum absoluta affirmatio existentiae alicuius naturae, sequitur ergo ex sola prop. 7. omnem substantiam debere esse infinitam.

**SCHOL. II.** Non dubito, quin omnibus, qui de rebus con-

fuse iudicant, nec res per primas suas causas noscere consueverunt, difficile sit, demonstrationem septimae prop. concipere; nimirum quia non distinguunt inter modificationes substantiarum et ipsas substantias, neque sciunt, quomodo res producuntur. Unde fit, ut principium, quod res naturales habere vident, substantiis affingant. Qui enim veras rerum causas ignorant, omnia confundunt et sine ulla mentis repugnantia tam arbores, quam homines loquentes fingunt, et homines tam ex lapidibus, quam ex semine formari et quascumque formas in alias quascumque mutari imaginantur. Sic etiam qui nataram divinam cum humana confundunt, facile Deo affectus humanos tribuunt, praesertim quam diu etiam ignorant, quomodo affectus in mente producuntur. Si autem homines ad naturam substantiae attenderent, minime de veritate prop. 7. dubitarent; imo haec prop. omnibus axioma esset et inter notiones communes numeraretur. Nam per substantiam intelligerent id quod in se est et per se concipiatur, hoc est, id cuius cognitio non indiget cognitione alterius rei: per modificationes autem id quod in alio est et quarum conceptus a conceptu rei, in qua sunt, formatur. Quocirca modificationum non existentium veras ideas possumus habere; quandoquidem, quamvis non existant actu extra intellectum, earum tamen essentia ita in alio comprehenditur, ut per idem concipi possint. Verum substantiarum veritas extra intellectum non est, nisi in se ipsis, quia per se concipiuntur. Si quis ergo diceret, se claram et distinctam, hoc est, veram ideam substantiae habere et nihilo minus dubitare, num talis substantia existat, idem hercle esset, ac si diceret, se veram habere ideam et nihilo minus dubitare, num falsa sit (ut satis attendenti sit manifestum); vel, si quis statuat, substantiam creari, simul statuit, ideam falsam factam esse veram, quo sane nihil absurdius concipi potest. Adeoque fatendum necessario est, substantiae existentiam, sicut eius essentiam, aeternam esse veritatem. Atque hinc alio modo concludere possumus, non dari nisi unicam eiusdem naturae; quod hic ostendere operae pretium esse duxi. Ut autem hoc ordine faciam, notandum est, 1. veram uniuscuiusque rei definitionem nihil involvere neque exprimere praeter rei definitae naturam. Ex quo sequitur hoc 2. nempe nullam definitionem certum aliquem nu-

merum individuorum involvere, neque exprimere, quandoquidem nihil aliud exprimit, quam naturam rei definitae. Ex gr. definitio trianguli nihil aliud exprimit, quam simplicem naturam trianguli; at non certum aliquem triangulorum numerum. 3. Notandum, dari necessario uniuscuiusque rei existentis certam aliquam causam, propter quam existit. 4. Denique notandum, hanc causam, propter quam aliqua res existit, vel debere contineri in ipsa natura et definitione rei existentis (nimirum quod ad ipsius naturam pertinet existere), vel debere extra ipsam dari. His positis sequitur, quod, si in natura certus aliquis numerus individuorum existat, debeat necessario dari causa, cur illa individua et cur non plura nec pauciora existunt. Si ex. gr. in rerum natura viginti homines existant (quos maioris perspicuitatis causa suppono simul existere, nec alios antea in natura existisse), non sat erit (ut scilicet rationem reddamus, cur viginti homines existant) causam naturae humanae in genere ostendere, sed insuper necesse erit, causam ostendere, cur non plures, nec pauciores, quam viginti existant; quandoquidem (per notam 3.) uniuscuiusque debet necessario dari causa, cur existat. At haec causa (per notam 2. et 3.) non potest in ipsa natura humana contineri, quandoquidem vera hominis definitio numerum vicenarium non involvit. Adeoque (per notam 4.) causa, cur hi viginti homines existunt, et consequenter cur unusquisque existit, debet necessario extra unumquemque dari; et propterea absolute concludendum, omne id, cuius naturae plura individua existere possunt, debere necessario, ut existant, causam externam habere. Iam quoniam ad naturam substantiae (per iam ostensa in hoc schol.) pertinet existere, debet eius definitio necessariam existentiam involvere, et consequenter ex sola eius definitione debet ipsius existentia concludi. At ex ipsius definitione (ut iam ex nota 2. et 3. ostendimus) non potest sequi plurium substantiarum existentia. Sequitur ergo ex ea necessario, unicam tantum eiusdem naturae existere, ut proponebatur.

**PROPOS. IX.** Quo plus realitatis aut esse unaquaeque res habet, eo plura attributa ipsi competunt.

**Demonstra.** Patet ex defin. 4.

**PROPOS. X.** *Unumquodque unius substantiae attributum per se concipi debet.*

**DEMONSTR.** *Attributum enim est id quod intellectus de substantia percipit tanquam eius essentiam constituens (per defin. 4.); adeoque (per defin. 3.) per se concipi debet; q. e. d.*

**SCHOL.** *Ex his apparet, quod, quamvis duo attributa realiter distincta concipiantur, hoc est, unum sine ope alterius, non possumus tamen inde concludere, ipsa duo entia sive duas diversas substancialias constituere. Id enim est de natura substancialiae, ut unumquodque eius attributorum per se concipiatur; quandoquidem omnia quae habet attributa simul in ipsa semper fuerunt, nec unum ab alio produci potuit; sed unumquodque realitatem sive esse substancialiae exprimit. Longe ergo abest, ut absurdum sit, uni substancialiae plura attributa tribuere; quin nihil in natura clarius, quam quod unumquodque ens sub aliquo attributo debeat concipi, et quo plus realitatis aut esse habeat, eo plura attributa, quae et necessitatem sive aeternitatem et infinitatem exprimunt, habeat; et consequenter nihil etiam clarius, quam quod ens absolute infinitum necessario sit definiendum (ut defin. 6. tradidimus) ens, quod constat infinitis attributis, quorum unumquodque aeternam et infinitam certam essentiam exprimit. Si quis autem iam quaerit, ex quo ergo signo diversitatem substancialium poterimus dignoscere, legat sequentes propositiones, quae ostendunt in rerum natura non nisi unicam substancialiam existere, eamque absolute infinitam esse, quapropter id signum frustra quaereretur.*

**PROPOS. XI.** *Deus sive substantia constans infinitis attributis, quorum unumquodque aeternam et infinitam essentiam exprimit, necessario existit.*

**DEMONSTR.** *Si negas, concipe, si fieri potest, Deum non existere. Ergo (per ax. 7.) eius essentia non involvit existentiam. Atqui hoc (per propos. 7.) est absurdum. Ergo Deus necessario existit; q. e. d.*

**ALITER.** *Cuiuscumque rei assignari debet causa seu ratio, tam*  
*Spinoza I.*

cur existit, quam cur non existit. Ex. gr. si triangulus existit, ratio seu causa dari debet, cur existit; si autem non existit, ratio etiam seu causa dari debet, quae impedit quo minus existit, sive quae eius existentiam tollat. Haec vero ratio seu causa vel in natura rei contineri debet, vel extra ipsam. Ex. gr. rationem, cur circulus quadratus non existat, ipsa eius natura indicat; nimirum, quia contradictionem involvit. Cur autem contra substantia existat, ex sola etiam eius natura sequitur, quia scilicet existentiam involvit. Vide prop. 7. At ratio, cur circulus vel triangulum existit, vel cur non existit, ex eorum natura non sequitur, sed ex ordine universae naturae corporeae. Ex eo enim sequi debet, vel iam triangulum necessario existere, vel impossibile esse ut iam existat. Atque haec per se manifesta sunt. Ex quibus sequitur, id necessario existere, cuius nulla ratio nec causa datur, quae impedit quo minus existat. Si itaque nulla ratio nec causa dari possit, quae impedit quo minus Deus existat, vel quae eius existentiam tollat, omnino concludendum est, eundem necessario existere. At si talis ratio seu causa daretur, ea vel in ipsa Dei natura, vel extra ipsam dari deberet, hoc est, in alia substantia alterius naturae. Nam si eiusdem natura esset, eo ipso concederetur dari Deum. At substantia, quae alterius esset naturae, nihil cum Deo commune habere (per prop. 2.), adeoque neque eius existentiam ponere neque tollere posset. Quum igitur ratio seu causa, quae divinam existentiam tollat, extra divinam naturam dari non possit, debebit necessario dari, siquidem non existit, in ipsa eius natura, quae propterea contradictionem involvet. Atque hoc de ente absolute infinito et summe perfecto affirmare, absurdum est; ergo nec in Deo, nec extra Deum ulla causa seu ratio datur, quae eius existentiam tollat, ac proinde Deus necessario existit; q. e. d.

**ALITER.** Posse non existere potentia est et contra posse existere potentia est (ut per se notum). Si itaque id, quod iam necessario existit, non nisi entia finita suat; sunt ergo entia finita potentiora ente absolute infinito: atque hoc (ut per se notum) absurdum est. Ergo vel nihil existit, vel ens absolute infinitum necessario etiam existit. Atqui nos vel in nobis, vel in alio, quod necessario existit, existimus. Vid. ax. 1. et prop. 7. Ergo ens

**absolute infinitum, hoc est (per defin. 6.) Deus necessario existit;**  
q. e. d.

SCHOL. In hac ultima demonstratione Dei existentiam a posteriori ostendere volui, ut demonstratio facilius perciperetur; non autem propterea, quod ex hoc eodem fundamento Dei existentia a priori non sequatur. Nam quum posse existere potentia sit, sequitur, quo plus realitatis alicuius rei naturae competit, eo plus virium a se habere, ut existat; adeoque ens absolute infinitum sive Deum infinitam absolute potentiam existendi a se habere, qui propterea absolute existit. Multi tamen forsan non facile huius demonstrationis evidentiam videre poterunt, quia assueti sunt, eas solummodo res contemplari, quae a causis externis fiuntur; et ex his, quae cito fiunt, hoc est, quae facile existunt, eas etiam facile perire vident, et contra eas res factu difficiliores iudicant, hoc est, ad existendum non adeo faciles, ad quas plura pertinere concipiunt. Verum ut ab his praeiudiciis liberentur, non opus habeo hic ostendere, qua ratione hoc enuntiatum: *quod cito fit, cito perit*, verum sit, nec etiam, an respectu totius naturae omnia aequa facilia sint, an secus; sed hoc tantum notare sufficit, moe hic non loqui de rebus, quae a causis externis fiunt, sed de solis substantiis, quae (per prop. 6.) a nulla causa externa produci possunt. Res enim, quae a causis externis fiunt, sive eae multis partibus constant sive paucis, quicquid perfectionis sive realitatis habent, id omne virtuti causae externae debetur, adeoque earum existentia ex sola perfectione causae externae, non autem sua oritur. Contra, quicquid substantia perfectionis habet, nulli causae externae debetur; quare eius etiam existentia ex sola eius natura sequi debet, quae proinde nihil aliud est, quam eius essentia. Perfectio igitur rei existentiam non tollit, sed contra ponit; imperfectio autem contra eandem tollit, adeoque de nullius rei existentia certiores esse possumus, quam de existentia entis absolute infiniti seu perfecti, hoc est, Dei. Nam quandoquidem eius essentia omnem imperfectionem secludit absolutamque perfectionem involvit, eo ipso omnem causam dubitandi de ipsius existentia tollit, ~~nam~~ namque de eadem certitudinem dat, quod mediocriter attendenti perspicuum fore credo.

**PROPOS. XII.** Nullum substantiae attributum potest vere concipi, ex quo sequatur, substantiam posse dividii.

**DEMONSTR.** Partes enim, in quas substantia sic concepta divideretur, vel naturam substantiae retinebunt, vel non. Si primum, tum (per prop. 8.) unaquaeque pars debebit esse infinita, et (per prop. 6.) causa sui, et (per prop. 5.) constare debebit ex diverso attributo, adeoque ex una substantia plures constitui poterunt, quod (per prop. 6.) est absurdum. Adde, quod partes (per prop. 2.) nihil commune cum suo toto haberent, et totum (per defin. 4. et prop. 10.) absque suis partibus et esse et concipi posset, quod absurdum esse, nemo dubitare poterit. Si autem secundum ponatur, quod scilicet partes naturam substantiae non retinebunt; ergo, quum tota substantia in aequales partes esset divisa, naturam substantiae amitteret et esse desineret, quod (per prop. 7.) est absurdum.

**PROPOS. XIII.** Substantia absolute infinita est indivisibilis.

**DEMONSTR.** Si enim divisibilis esset, partes, in quas divideretur, vel naturam substantiae absolute infinitae retinebunt, vel non. Si primum, dabuntur ergo plures substantiae eiusdem naturae, quod (per prop. 5.) est absurdum. Si secundum ponatur, ergo (ut supra) poterit substantia absolute infinita desinere esse, quod (per prop. 11.) est etiam absurdum.

**COROLL.** Ex his sequitur, nullam substantiam, et consequenter nullam substantiam corpoream, quatenus substantia est, esse divisibilem.

**SCHOL.** Quod substantia sit indivisibilis, simplicius ex hoc solo intelligitur, quod natura substantiae non potest concipi nisi infinita, et quod per partem substantiae nihil aliud intelligi potest, quam substantia finita, quod (per prop. 8.) manifestam contradictionem implicat.

**PROPOS. XIV.** Praeter Deum nulla dari neque concipi potest substantia.

**DEMONSTR.** Quum Deus sit ens absolute infinitum, de quo nullum attributum, quod essentiam substantiae exprimit, negari potest (per defin. 6.), isque necessario existat (per prop. 11.); si aliqua substantia praeter Deum daretur, ea explicari deberet per aliquod attributum Dei, siveque duae substantiae eiusdem attributi existerent, quod (per prop. 5.) est absurdum; adeoque nulla substantia extra Deum dari potest, et consequenter non etiam concipi. Nam si posset concipi, deberet necessario concipi ut existens; atqui hoc (per primam partem huius demonstr.) est absurdum. Ergo extra Deum nulla dari, neque concipi potest substantia; q. e. d.

**COROLL. I.** Hinc clarissime sequitur 1. Deum esse unicum, hoc est (per defin. 6.) in rerum natura non nisi unam substantiam dari, eamque absolute infinitam esse, ut in scholio prop. 10. iam innuimus.


**COROLL. II.** Sequitur 2. rem extensam et rem cogitantem vel Dei attributa esse, vel (per ax. 1.) affectiones attributorum Dei.

**PROPOS. XV.** Quicquid est in Deo est, et nihil sine Deo esse neque concipi potest.

**DEMONSTR.** Praeter Deum nulla datur neque concipi potest substantia (per prop. 14.), hoc est (per defin. 3.) res, quae in se est et per se concipiatur. Modi autem (per defin. 5.) sine substantia nec esse nec concipi possunt; quare hi in sola divina natura esse et per ipsam solam concipi possunt. Atqui praeter substantias et modos nil datur (per ax. 1.). Ergo nihil sine Deo esse neque concipi potest; q. e. d.

**SCHOL.** Sunt qui Deum instar hominis corpore et mente constantem atque passionibus obnoxium singunt. Sed quam longe hi a veri Dei cognitione aberrent, satis ex iam demonstratis constat. Sed hos mitto. Nam omnes, qui naturam divinam aliquo modo contemplati sunt, Deum esse corporeum negant: quod etiam optime probant ex eo, quod per corpus intelligimus quamcumque quantitatem, longam, latam et profundam, certa aliqua

**figura terminata**, quo nihil absurdius de Deo, esse scilicet solute infinito, dici potest. Attamen interim aliis rationibus hoc idem demonstrare conantur, clare ostendunt, substantiam ipsam corpoream sive extensam a natura divina removere, atque ipsam a Deo creatam statuant. Ex quod divisa potentia creari potuerit, prorsus ignorant; quod clarum est, illos id quod ipsimet dicunt, non intelligere. Ego satis clare, meo quidem iudicio, demonstravi (vid. coroll. et schol. 2. prop. 8.) nullam substantiam ab alio posse precreari. Porro prop. 14. ostendimus, praeter Deum nullum neque concipi posse substantiam. Atque hinc conclusim' substantiam extensam unum ex infinitis Dei attributis esse. ad plenioram explicationem adversariorum argumenta r quae omnia hic redeunt. *Primo*, quod substantia corporis est substantia, constat, ut putant, partibus; et ideo infinitam posse esse, et consequenter ad Deum pertinere possunt. Atque hoc multis exemplis explicant, ex quibus usum alterum afferam. Si substantia corpora, aiunt, est infinita, si cipiatur in duas partes dividi; erit unaquaeque pars vel infinita. Si illud, componitur ergo infinitum ex duabus finitis, quod est absurdum. Si hoc, datur ergo infinito maius alio infinito, quod etiam est absurdum. *Porro*, si tales infinita mensuratur partibus pedes aequantibus, infinitus partibus constare debebit, ut et si partibus mensuretur aequantibus; ac propterea unus numerus infinitus erit datus maior alio infinito. *Denique*, si ex uno punto infinitae quantitatis concipiatur, duas lineas, ut A B, A C, certa:



*Fig. I.*

minata in initio distantia in infinitum protendi; certum est, distantiam inter B et C continua augeri et tandem ex determinata indeterminabilem fore. Quum igitur haec absurdia sequantur, ut putant, ex eo, quod quantitas infinita supponitur: inde concludunt, substantiam corpoream debere esse finitam, et consequenter ad Dei essentiam non pertinere. Secundum argumentum petitur etiam a summa Dei perfectione. Deus enim, inquit, quem sit ens summe perfectum, pati non potest: atqui substantia corporea, quandoquidem divisibilis est, pati potest; sequitur ergo, ipsam ad Dei essentiam non pertinere. Haec sunt, quae apud scriptores invenio argumenta, quibus ostendere conantur, substantiam corpoream divina natura indignam esse, nec ad eandem posse pertinere. Verum enim si quis recte attendat, me ad haec iam respondisse comperiet; quandoquidem haec arguments in eo tantum fundantur, quod substantiam corpoream ex partibus componi supponunt, quod iam (prop. 12. cum coroll. prop. 13.) absurdum esse ostendi. Deinde si quis rem recte perpendere velit, videbit, omnia illa absurdia (siquidem omnia absurdia sunt, de quo iam non disputo), ex quibus concludere volunt, substantiam extensam finitam esse, minime ex eo sequi, quod quantitas infinita supponatur, sed quod quantitatem infinitam measurabilem et ex partibus finitis conflari supponunt; quare ex absurdis, quae inde sequuntur, nihil aliud concludere possunt, quam quod quantitas infinita non sit mensurabilis et quod ex partibus finitis conflari non possit. Atque hoc idem est, quod nos supra (propos. 12. etc.) iam demonstravimus. Quare telum, quod in nos intendunt, in se ipsos revera coniiciunt. Si igitur ipsi ex suo hoc absurdo concludere tamen volunt, substantiam extensam debere esse finitam, nihil aliud hercle faciunt, quam si quis ex eo, quod finxit, circulum quadrati proprietates habere, concludit, circulum non habere centrum, ex quo omnes ad circumferentiam ductae linea sunt aequales. Nam substantiam corpoream, quae non nisi infinita, non nisi unica et non nisi indivisibilis potest concipi (vid. prop. 8. 5. et 12.), eam ipsi ad concludendum eandem esse finitam, ex partibus finitis conflari et multiplicem esse et divisibilem, concipiunt. Sic etiam alii, postquam fingunt, lineam ex punctis componi, multa sciunt invenire

argumenta, quibus ostendant, lineam non posse in infinitum dividi. Et profecto non minus absurdum est ponere, quod substantia corporea ex corporibus sive partibus componatur, quam quod corpus ex superficiebus, superficies ex lineis, lineae denique ex punctis componantur. Atque hoc omnes, qui claram rationem infallibilem esse sciunt, fateri debent, et imprimis ii qui negant, dari vacuum. Nam si substantia corporea ita posset dividiri, ut eius partes realiter distinctae essent; cur ergo una pars non posset annihilari manentibus reliquis, ut ante, inter se connexis? et cur omnes ita aptari debent, ne detur vacuum? Sane rerum, quae realiter ab invicem distinctae sunt, una sine alia esse et in suo statu manere potest. Quum igitur vacuum in natura non detur (de quo alias), sed omnes partes ita concurrere debent, ne detur vacuum; sequitur hinc etiam, easdem non posse realiter distingui, hoc est, substantiam corpoream, quatenus substantia est, non posse dividiri. Si quis tamen iam quaerat, cur nos ex natura ita propensi simus ad dividendam quantitatem; ei respondeo, quod quantitas duobus modis a nobis concipitur, abstracte scilicet sive superficialiter, prout nempe ipsam imaginamur, vel ut substantia, quod a solo intellectu fit. Si itaque ad quantitatem attendimus, prout in imaginatione est, quod saepe et facilius a nobis fit, reperietur finita, divisibilis et ex partibus conflata; si autem ad ipsam, prout in intellectu est, attendimus, et eam, quatenus substantia est, concipimus, quod difficillime fit, tum, ut iam satis demonstravimus, infinita, unica et indivisibilis reperiatur. Quod omnibus, qui inter imaginationem et intellectum distinguere sciverint, satis manifestum erit; praecipue si ad hoc etiam attendatur, quod materia ubique eadem est, nec partes in eadem distinguuntur, nisi quatenus materiam diversimode affectam esse concipimus, unde eius partes modaliter tantum distinguuntur, non autem realiter. Ex. gr. aquam, quatenus aqua est, dividi concipimus eiusque partes ab invicem separari: at non, quatenus substantia est corporea; eatenus enim neque separatur neque dividitur. Porro aqua, quatenus aqua, generatur et corruptitur; at quatenus substantia nec generatur nec corruptitur. Atque his me ad secundum argumentum etiam respondisse puto; quandoquidem id in eo etiam fundatur, quod

**materia, quatenus substantia, divisibilis sit et ex partibus con-**  
**fletur. Et quamvis hoc non esset, nescio, cur divina natura in-**  
**digna esset, quandoquidem (per prop. 14.) extra Deum nulla sub-**  
**stantia dari potest, a qua ipsa pateretur. Omnia, inquam, in**  
**Deo sunt, et omnia, quae fiunt, per solas leges infinitae Dei naturae**  
**fiunt, et ex necessitate eius essentiae (ut mox ostendam) sequun-**  
**tur. Quare nulla ratione dici potest, Deum ab alio pati, aut**  
**substantiam extensam divina natura indignam esse, tametsi divi-**  
**sibilis supponatur, dummodo aeterna et infinita concedatur. Sed**  
**de his impraesentiarum satis.**

**PROPOS. XVI. Ex necessitate divinae naturae in-**  
**finita infinitis modis (hoc est, omnia quae sub in-**  
**tellectum infinitum cadere possunt) sequi debent.**

**DEMONSTR.** Haec propositio unicuique manifesta esse debet,  
 si modo ad hoc attendat, quod ex data cuiuscumque rei definitione  
 plures proprietates intellectus concludit, quae revera ex eadem  
 (hoc est, ipsa rei essentia) necessario sequuntur, et eo plures, quo  
 plus realitatis rei definitio exprimit, hoc est, quo plus realitatis  
 rei definitae essentia involvit. Quum autem natura divina infinita  
 absolute attributa habeat (per defin. 6.), quorum etiam unum-  
 quodque infinitam essentiam in suo genere exprimit, ex eiusdem  
 ergo necessitate infinita infinitis modis (hoc est, omnia quae sub  
 intellectum infinitum cadere possunt) necessario sequi debent;  
 q. e. d.

**COROLL. I.** Hinc sequitur, Deum omnium rerum, quae  
 sub intellectum infinitum cadere possunt, esse causam efficientem.

**COROLL. II.** Sequitur 2. Deum causam esse per se, non  
 vero per accidens.

**COROLL. III.** Sequitur 3. Deum esse absolute causam  
 primam.

**PROPOS. XVII. Deus ex solis suae naturae legibus**  
 et a nemine coactus agit.

**DEMONSTR.** Ex sola divinae naturae necessitate, vel (quod  
 idem est) ex solis eiusdem naturae legibus, infinita absolute sequi,

modo prop. 16. ostendimus; et prop. 15. demonstravimus, nihil sine Deo esse nec concipi posse, sed omnia in Deo esse. Quare nihil extra ipsum esse potest, a quo ad agendum determinetur vel cogatur; atque adeo Deus ex solis suac naturae legibus et a nomine coactus agit; q. e. d.

COROLL. I. Hinc sequitur 1. nullam dari causam, quae Deum extrinsecus vel intrinsecus praeter ipsius naturae perfectionem incitat ad agendum.

COROLL. II. Sequitur 2. solum Deum esse causam liberam. Deus enim solus ex sola suae naturae necessitate existit (per prop. 11. et coroll. 1. prop. 14.), et ex sola suae naturae necessitate agit (per prop. praeced.). Adeoque (per defin. 7.) solus est causa libera; q. e. d.

SCHOL. Alii putant, Deum esse causam liberam, propterea quod potest, ut putant, efficere, ut ea quae ex eius natura sequi diximus, hoc est, quae in eius potestate sunt, non fiant, sive ut ab ipso non producantur. Sed hoc idem est, ac si dicerent, quod Deus potest efficere, ut ex natura trianguli non sequatur, eius tres angulos aequales esse duobus rectis; sive ut ex data causa non sequatur effectus, quod est absurdum. Porro infra absque ope huius propositionis ostendam, ad Dei naturam neque intellectum neque voluntatem pertinere. Scio equidem plures esse qui putant, se posse demonstrare, ad Dei naturam summum intellectum et liberam voluntatem pertinere; nihil enim perfectius cognoscere sese aiunt, quod Deo tribuere possunt, quam id quod in nobis summa est perfectio. Porro, tametsi Deum actu summe intelligentem concipient, non tamen credunt, eum posse omnia, quae actu intelligit, efficere ut existant; nam se eo modo Dei potentiam destruere putant. Si omnia, inquit, quae in eius intellectu sunt, creavisset, nihil tum amplius creare potuisset, quod credunt Dei omnipotentiae repugnare; ideoque maluerunt Deum ad omnia indifferentem statuere, nec aliud creantem praeter id quod absoluta quadam voluntate decrevit creare. Verum ego me satis clare ostendisse puto (vid. prop. 16.), a summa Dei potentia sive infinita natura infinita infinitis modis, hoc est, omnia necessario effluxisse, vel semper eadem necessitate sequi; eodem modo, ac ex natura trianguli ab aeterno et in aeternum sequitur, eius tres

angulos aquari duobus rectis. Quare Dei omnipotentia actu ab aeterno fuit et in aeternum in eadem actualitate manebit. Et hoc modo Dei omnipotentia longe, meo quidem iudicio, perfectior statuitur. Iuso adversarii Dei omnipotentiam (liceat aperte loqui) negare videntur. Coguntur enim sacerdi, Deum infinita creatibilia intelligere, quae tamen nunquam creare poterit. Nam alias, si scilicet omnia quae intelligit crearet, suam iuxta ipsos exhaustiret omnipotentiam et se imperfectum redderet. Ut igitur Deum perfectum statuant, eo rediguntur, ut simul statuere debeant, ipsum non posse omnia efficere, ad quae eius potentia se extendit; quo absurdius aut Dei omnipotentiae magis repugnans non video, quid fingi possit. Porro (ut de intellectu et voluntate, quos Deo communiter tribuimus, hic etiam aliquid dicam) si ad aeternam Dei essentiam intellectus scilicet et voluntas pertinent, aliud sane per utrumque hoc attributum intelligendum est, quam quod vulgo solent honinnes. Nam intellectus et voluntas, qui Dei essentiam constituerent, a nostro intellectu et voluntate toto coelo differre deberent, nec in ulla re, praeterquam in nomine, convenire possent; non aliter scilicet, quam inter se convenienter canis signum coeleste, et canis animal latrans. Quod sic demonstrabo. Si intellectus ad divinam naturam pertinet, non poterit, uti noster intellectus posterior (ut plerisque placet), vel simul natura esse cum rebus intellectis, quandoquidem Deus omnibus rebus prior est causalitate (per coroll. 1. prop. 16.); sed contra veritas et formalis rerum essentia ideo talis est, quia talis in Dei intellectu existit objective. Quare Dei intellectus, quatenus Dei essentiam consti-tuere concipitur, est revera causa rerum tam earum essentiae, quam earum existentiae; quod ab iis videtur etiam fuisse animad-versum, qui Dei intellectum, voluntatem et potentiam unum et idem esse asseruerunt. Quum itaque Dei intellectus sit unica rerum causa, videlicet (ut ostendimus) tam earum essentiae, quam earum existentiae, debet ipse necessario ab iisdem differre tam ratione essentiae, quam ratione existentiae. Nam causatum differt a sua causa praeceps in eo, quod a causa habet. Ex. gr. homo est causa existentiae, non vero essentiae alterius hominis (est enim haec aeterna veritas); et ideo secundum essentiam prorsus con-venire possunt, in existendo autem differre debent; et propterea

si unius existentia pereat, non ideo alterius peribit; sed si unius essentia destrui posset et fieri falsa, destrueretur etiam alterius essentia. Quapropter res, quae et essentiae et existentiae aliquius effectus est causa, a tali effectu differre debet tam ratione essentiae, quam ratione existentiae. Atqui Dei intellectus est et essentiae et existentiae nostri intellectus causa: ergo Dei intellectus, quatenus divinam essentiam constituere concipitur, a nostro intellectu tam ratione essentiae, quam ratione existentiae differt, nec in ulla re, praeterquam in nomine, cum eo convenire potest, ut volebamus. Circa voluntatem eodem modo proceditur, ut facile unusquisque videre potest.

**PROPOS. XVIII.** Deus est omnium rerum causa immanens, non vero transiens.

**DEMONSTR.** Omnia quae sunt in Deo sunt et per Deum concipi debent (per prop. 15.), adeoque (per coroll. 1. prop. 16.) Deus rerum, quae in ipso sunt, est causa; quod est primum. Deinde extra Deum nulla potest dari substantia (per prop. 14.), hoc est (per defin. 3.) res, quae extra Deum in se sit; quod erat secundum. Deus ergo est omnium rerum causa immanens, non vero transiens; q. e. d.

**PROPOS. XIX.** Deus sive omnia Dei attributa sunt aeterna.

**DEMONSTR.** Deus enim (per defin. 6.) est substantia, quae (per prop. 11.) necessario existit, hoc est (per prop. 7.) ad cuius naturam pertinet existere, sive (quod idem est) ex cuius definitione sequitur ipsum existere; adeoque (per defin. 8.) est aeternus. Deinde per Dei attributa intelligendum est id quod (per defin. 4.) divinae substantiae essentiam exprimit, hoc est, id quod ad substantiam pertinet: id ipsum, inquam, ipsa attributa involvere debent. Atqui ad naturam substantiae (ut iam ex prop. 7. demonstravi) pertinet aeternitas; ergo unumquodque attributorum aeternitatem involvere debet, adeoque omnia sunt aeterna; q. e. d.

**SCHOL.** Haec propositio quam clarissime etiam patet ex modo, quo (prop. 11.) Dei existentiam demonstravi. Ex ea, inquam,

demonstratione constat, Dei existentiam, sicut eius essentiam, aeternam esse veritatem. Deinde princip. philos. Cartesii part. 1. prop. 19. alio etiam modo Dei aeternitatem demonstravi, nec opus est eum hic repetere.

**PROPOS. XX.** Dei existentia eiusque essentia unum et idem sunt.

**DEMONSTRA.** Deus (per anteced. prop.) eiusque omnia attributa aeterna, hoc est (per defin. 8.) unumquodque eius attributorum existentiam exprimit. Eadem ergo Dei attributa, quae (per defin. 4.) Dei aeternam essentiam explicant, eius simul aeternam existentiam explicant, hoc est, illud ipsum quod essentiam Dei constituit, constituit simul ipsius existentiam; adeoque haec et ipsius essentia unum et idem sunt; q. e. d.

**COROLLI.** Hinc sequitur 1. Dei existentiam, sicut eius essentiam, aeternam esse veritatem.

**COROLLII.** Sequitur 2. Deum sive omnia Dei attributa esse immutabilia. Nam si ratione existentiae mutarentur, deberent etiam (per prop. praeced.) ratione essentiae mutari, hoc est (ut per se notum) ex veris falsa fieri; quod est absurdum.

**PROPOS. XXI.** Omnia, quae ex absoluta natura aliquius attributi Dei sequuntur, semper et infinita existere debuerunt, sive per idem attributum aeterna et infinita sunt.

**DEMONSTRA.** Concipe, si fieri potest (siquidem neges), aliquid in aliquo Dei attributo ex ipsius absoluta natura sequi, quod finitum sit et determinatam habeat existentiam sive durationem, ex. gr. ideam Dei in cogitatione. At cogitatio, quandoquidem Dei attributum supponitur, est necessario (per prop. 11.) sua natura infinita. Verum quatenus ipsa ideam Dei habet, finita supponitur. At (per defin. 2.) finita concipi non potest, nisi per ipsam cogitationem determinetur: sed non per ipsam cogitationem, quatenus ideam Dei constituit (eatenus enim finita supponitur esse): ergo per cogitationem, quatenus ideam Dei non constituit,

quae tamen (per prop. 11.) necessario existere debet. Dat cogitatio non constitutens ideam Dei, ac propterea ex eius quatenus est absoluta cogitatio, non sequitur necessario (concipitur enim ideam Dei constituens et non constituens est contra hypothesis). Quare si idea Dei in cogitatione, quid (perinde est, quicquid sumatur, quandoquidem stratio universalis est) in aliquo Dei attributo ex necessitate naturae ipsius attributi sequatur, id debet necessario infinitum; quod erat primum.

Deinde id quod ex necessitate naturae alicuius attribuitur, non potest determinatam habere durationem. neges, supponatur res, quae ex necessitate naturae alicuius sequitur, dari in aliquo Dei attributo, ex. gr. idea cogitatione, eaque supponatur aliquando non extitisse, extitura. Quum autem cogitatio Dei attributum super debet et necessario et immutabilis existere (per prop. 11. et 2. prop. 20.). Quare ultra limites durationis ideae Dei (sunt enim aliquando non extitisse, aut non extitura) cogitatio idea Dei existere debet; atqui hoc est contra hypothesis ponitur enim, ex data cogitatione necessario sequi idea. Ergo idea Dei in cogitatione, aut aliquid quod necessario soluta natura alicuius attributi Dei sequitur, non potest determinatam habere durationem, sed per idem attributum aeternum quod erat secundum. Nota, hoc idem esse affirmandum cumque re, quae in aliquo Dei attributo ex Dei absolute necessario sequitur.

**PROPOS. XXII.** *Quicquid ex alio Dei attributo tenus modificatum est tali modificatione, quod necessario et infinita per idem existit, se debet quoque et necessario et infinitum existit.*

**Demonstr.** Huius propositionis demonstratio procedi modo, ac demonstratio praecedentis.

**PROPOS. XXIII.** *Omnis modus, qui et necessario infinitus existit, necessario sequi debuit*

**absoluta natura alicuius attributi Dei, vel ex aliquo attributo modificato modificatione, quae et necessario et infinita existit.**

**DEMONSTR.** Modus enim in alio est, per quod concipi debet (per defin. 5.), hoc est (per prop. 15.) in solo Deo est et per solum Deum concipi potest. Si ergo modus concipitur necessario existere et infinitus esse, utrumque hoc debet necessario concludi sive percipi per aliquod Dei attributum, quatenus idem concipitur infinitatem et necessitatem existentiae, sive (quod per defin. 8. idem est) aeternitatem exprimere, hoc est (per defin. 6. et prop. 19.) quatenus absolute consideratur. Modus ergo, qui et necessario et infinitus existit, ex absoluta natura alicuius Dei attributi sequi debuit; hocque vel immediate (de quo prop. 21.) vel mediante aliqua modificatione, quae ex eius absoluta natura sequitur, hoc est (per prop. praeced.) quae et necessario et infinita existit; q. e. d.

**PROPOS. XXIV.** Rerum a Deo productarum essentia non involvit existentiam.

**DEMONSTR.** Patet ex definitione 1. Id enim, cuius natura (in se scilicet considerata) involvit existentiam, causa est sui et ex sola suae naturae necessitate existit.

**COROLL.** Hinc sequitur, Deum non tantum esse causam, ut res incipient existere; sed etiam, ut in existendo perseverent, sive (ut termino scholastico utar) Deum esse causam essendi rerum. Nam sive res existant, sive non existant, quotiescumque ad earum essentiam attendimus, eandem nec existentiam nec durationem involvere comperimus; adeoque earum essentia neque suae existentiae, neque suae durationis potest esse causa, sed tantum Deus, ad cuius solam naturam pertinet existere (per coroll. 1. prop. 14.).

**PROPOS. XXV.** Deus non tantum est causa efficiens rerum existentiae, sed etiam essentiae.

**DEMONSTR.** Si negas, ergo rerum essentiae Deus non est

**causa;** adeoque (per ar. 4.) potest rerum essentia sine Deo concipi. Atqui hoc (per prop. 15.) est absurdum. Ergo rerum etiam essentiae Deus est causa; q. e. d.

**SCHOL.** Haec propositio clarius sequitur ex propositione 16. Ex ea enim sequitur, quod ex data natura divina tam rerum essentia, quam existentia debeat necessario concludi; et, ut verbo dicam, eo sensu, quo Deus dicitur causa sui, etiam omnium rerum causa dicendus est, quod adhuc clarius ex sequenti corollario constabit.

**COROLLAR.** Res particulares nihil sunt nisi Dei attributorum affectiones, sive modi, quibus Dei attributa certo et determinato modo exprimuntur. Demonstratio patet ex proposit. 15. et definit. 5.

**PROPOS. XXVI.** Res, quae ad aliquid operandum determinata est, a Deo necessario sic fuit determinata; et quae a Deo non est determinata, non potest se ipsam ad operandum determinare.

**DEMONSTR.** Id per quod res determinatae ad aliquid operandum dicuntur, necessario quid positivum est (ut per se notum); adeoque tam eius essentiae, quam existentiae, Deus ex necessitate suae naturae est causa efficiens (per prop. 25. et 16.); quod erat primum. Ex quo etiam quod secundo proponitur clarissime sequitur. Nam si res, quae a Deo determinata non est, se ipsam determinare posset, prima pars huius falsa esset; quod est absurdum, ut ostendimus.

**PROPOS. XXVII.** Res, quae a Deo ad aliquid operandum determinata est, se ipsam indeterminatam reddere non potest.

**DEMONSTR.** Haec propositio patet ex axiomate tertio.

**PROPOS. XXVIII.** Quodcumque singulare, sive quaevis res quae finita est et determinatam habet existentiam, non potest existere nec ad operandum

**determinari, nisi ad existendum et operandum determinetur ab alia causa, quae etiam finita est et determinatam habet existentiam: et rursus haec causa non potest etiam existere neque ad operandum determinari, nisi ab alia, quae etiam finita est et determinatam habet existentiam, determinetur ad existendum et operandum, et sic in infinitum.**

**DEMONSTR.** Quicquid determinatum est ad existendum et operandum, a Deo sic determinatum est (per prop. 26. et coroll. prop. 24.) At id, quod finitum est et determinatam habet existentiam, ab absoluta natura alicuius Dei attributi produci non potuit; quicquid enim ex absoluta natura alicuius Dei attributi sequitur, id infinitum et aeternum est (per prop. 21.). Debuit ergo ex Deo vel aliquo eius attributo sequi, quatenus aliquo modo affectum consideratur; praeter enim substantiam et modos nil datur (per axioma 1. et defin. 3. et 5.), et modi (per coroll. prop. 25.) nihil sunt nisi Dei attributorum affectiones. At ex Deo vel aliquo eius attributo, quatenus affectum est modificatione, quae aeterna et infinita est, sequi etiam non potuit (per prop. 22.). Debuit ergo sequi, vel ad existendum et operandum determinari a Deo vel aliquo eius attributo, quatenus modificatum est modificatione, quae finita est et determinatam habet existentiam. Quod erat primum. Deinde haec rursus causa sive hic modus (per eandem rationem, qua primam partem huius iamam demonstravimus) debuit etiam determinari ab alia, quae etiam finita est et determinatam habet existentiam, et rursus haec ultima (per eandem rationem) ab alia, et sic semper (per eandem rationem) in infinitum; q. e. d.

**SCHOL.** Quum quaedam a Deo immediate produci debuerunt, videlicet ea quae ex absoluta eius natura necessario sequuntur, mediantibus his primis, quae tamen sine Deo nec esse nec concipi possunt; hinc sequitur 1. quod Deus sit rerum immediate ab ipso productarum causa absolute proxima; non vero in suo genere, ut aiunt. Nam Dei effectus sine sua causa nec esse nec concipi possunt (per prop. 15. et coroll. prop. 24.). Sequitur

2. quod Deus non potest proprio dici causa esse remota rerum singularium, nisi forte ea de causa, ut scilicet has ab iis, quas immediate produxit, vel potius quae ex absoluta eius natura sequuntur, distinguamus. Nam per causam remotam talem intelligimus, quae cum effectu nullo modo coniuncta est. At omnia quae sunt in Deo sunt et a Deo ita dependent, ut sine ipso nec esse nec concipi possint.

**PROPOS. XXIX.** In rerum natura nullum datur contingens, sed omnia ex necessitate divinae naturae determinata sunt ad certo modo existendum et operandum.

**DEMONSTR.** Quicquid est, in Deo est (per prop. 15.). Deus autem non potest dici res contingens. Nam (per prop. 11.) necessario, non vero contingenter existit. Modi deinde divinae naturae ex eadem etiam necessario, non vero contingenter secuti sunt (per prop. 16.); idque vel quatenus divina natura absolute (per prop. 21.), vel quatenus certo modo ad agendum determinata consideratur (per prop. 27.). Porro horum modorum Deus non tantum est causa, quatenus simpliciter existunt (per coroll. prop. 24.), sed etiam (per prop. 26.) quatenus ad aliquid operandum determinati considerantur. Quod si a Deo (per eand. prop.) determinati non sint, impossibile, non vero contingens est, ut se ipsos determinent; et contra (per prop. 27.) si a Deo determinati sint, impossibile, non vero contingens est, ut se ipsos indeterminatos reddant. Quare omnia ex necessitate divinae naturae determinata sunt, non tantum ad existendum, sed etiam ad certo modo existendum et operandum, nullumque datur contingens; q. e. d.

**SCHOL.** Antequam ulterius pergam, hic quid nobis per naturam naturantem et quid per naturam naturatam intelligendum sit, explicare volo, vel potius monere. Nam ex antecedentibus iam constare existimo, nempe, quod per naturam naturantem nobis intelligendum est id quod in se est et per se concipitur, sive talia substantiae attributa quae aeternam et infinitam essentiam exprimunt, hoc est (per coroll. 1. prop. 14. et coroll. 2. prop. 17.) Deus, quatenus ut causa libera consideratur.

**Per naturatam autem intelligo id omne quod ex necessitate Dei naturae sive uniuscuiusque Dei attributorum sequitur, hoc est, omnes Dei attributorum modos, quatenus considerantur ut res, quae in Deo sunt et quae sine Deo nec esse nec concipi possunt.**

**PROPOS. XXX.** *Intellectus actu finitus aut actu infinitus Dei attributa Deique affectiones comprehendere debet et nihil aliud.*

**DEMONSTR.** Idea vera debet convenire cum suo ideato (per axioma 6.), hoc est (ut per se notum) id, quod in intellectu obiective continetur, debet necessario in natura dari. Atqui in natura (per coroll. 1. prop. 14.) non nisi una substantia datur, nempe Deus, nec ulla aliae affectiones (per prop. 15.) quam quae in Deo sunt et quae (per eandem prop.) sine Deo nec esse nec concipi possunt. Ergo intellectus actu finitus aut actu infinitus Dei attributa Deique affectiones comprehendere debet et nihil aliud; q. e. d.

**PROPOS. XXXI.** *Intellectus actu, sive is finitus sit sive infinitus, ut et voluntas, cupiditas, amor etc. ad naturam naturatam, non vero ad naturantem referri debent.*

**DEMONSTR.** Per intellectum enim (ut per se notum) non intelligimus absolutam cogitationem, sed certum tantum modum cogitandi, qui modus ab aliis, scilicet cupiditate, amore etc. differt, adeoque (per defin. 5.) per absolutam cogitationem concipi debet; nempe (per prop. 15. et defin. 6.) per aliquod Dei attributum, quod aeternam et infinitam cognitionis essentiam exprimit, ita concipi debet, ut sine ipso nec esse nec concipi possit. Ac propterea (per schol. prop. 29.) ad naturam naturatam, non vero naturantem referri debet, ut etiam reliqui modi cogitandi; q. e. d.

**SCHOL.** Ratio, cur hic loquar de intellectu actu, non est, quia concedo, ullum dari intellectum potentia; sed quia omnem confusionem vitare cupio, nolui loqui nisi de re nobis quam clarissime percepta, de ipsa scilicet intellectione, qua nihil nobis clarius percipitur. Nihil enim intelligere possumus, quod ad perfectiorem intellectu cognitionem non conducat.

**PROPOS. XXXII.** Voluntas non potest vocari causa libera, sed tantum necessaria.

**Demonstr.** Voluntas certus tantum cogitandi modus est, sicuti intellectus; adeoque (per prop. 28.) unaquaeque volitio non potest existere, neque ad operandum determinari, nisi ab alia causa determinetur, et haec rursus ab alia, et sic porro in infinitum. Quod si voluntas infinita supponatur, debet etiam ad existendum et operandum determinari a Deo, non quatenus substantia absolute infinita est, sed quatenus attributum habet, quod infinitam et aeternam cogitationis essentiam exprimit (per prop. 23.). Quocumque igitur modo sive finita sive infinita concipiatur, causam requirit, a qua ad existendum et operandum determinetur; adeoque (per defin. 7.) non potest dici causa libera, sed tantum necessaria vel coacta; q. e. d.

**COROLL. I.** Hinc sequitur 1. Deum non operari ex libertate voluntatis.

**COROLL. II.** Sequitur 2. voluntatem et intellectum ad Dei naturam ita sese habere, ut motus et quies, et absolute, ut omnia naturalia, quae (per prop. 29.) a Deo ad existendum et operandum certo modo determinari debent. Nam voluntas, ut reliqua omnia, causa indiget, a qua ad existendum et operandum certo modo determinetur. Et quamvis ex data voluntate sive intellectu infinita sequantur, non tamen propterea Deus magis dici potest ex libertate voluntatis agere, quam propter ea, quae ex motu et quiete sequuntur (infinita enim ex his etiam sequuntur), dici potest ex libertate motus et quietis agere. Quare voluntas ad Dei naturam non magis pertinet, quam reliqua naturalia, sed ad ipsam eodem modo sese habet, ut motus et quies et omnia reliqua, quae ostendimus ex necessitate divinae naturae sequi, et ab eadem ad existendum et operandum certo modo determinari.

**PROPOS. XXXIII.** Res nullo alio modo, neque alio ordine a Deo produci potuerunt, quam productae sunt.

**Demonstr.** Res enim omnes ex data Dei natura necessario sequitae sunt (per prop. 16.), et ex necessitate naturae Dei deter-

minatae sunt ad certo modo existendum et operandum (per prop. 29.). Si itaque res alterius naturae potuissent esse, vel alio modo ad operandum determinari, ut naturae ordo alius esset, ergo Dei etiam natura alia posset esse, quam iam est; ac proinde (per prop. 11.) illa etiam deberet existere, et consequenter duo vel plures possent dari dii; quod (per coroll. 1. prop. 14.) est absurdum. Quapropter res nullo alio modo, neque alio ordine etc. q. e. d.

SCHOL. I. Quoniam his luce meridiana clarius ostendi, nihil absolute in rebus dari, propter quod contingentes dicantur, explicare iam paucis volo, quid nobis per contingens erit intelligendum; sed prius, quid per necessarium et impossibile. Res aliqua necessaria dicitur vel ratione suae essentiae, vel ratione causae. Rei enim alicuius existentia vel ex ipsius essentia et definitione, vel ex data causa efficiente necessario sequitur. Deinde his etiam de causis res aliqua impossibilis dicitur; nimirum quia vel ipsius essentia seu definitio contradictionem involvit, vel quia nulla causa externa datur ad talem rem producendam determinata. At res aliqua nulla alia de causa contingens dicitur, nisi respectu defectus nostrae cognitionis. Res enim, cuius essentiam contradictionem involvere ignoramus, vel de qua probe scimus, eandem nullam contradictionem involvere, et tamen de ipsius existentia nihil certo affirmare possumus, propterea quod ordo causarum nos latet, ea nunquam nec ut necessaria nec ut impossibilis videri nobis potest; ideoque eandem vel contingentem vel possibilem vocamus.

SCHOL. II. Ex praecedentibus clare sequitur, res summa perfectione a Deo fuisse productas, quandoquidem ex data perfectissima natura necessario secutae sunt. Neque hoc Deum ullius arguit imperfectionis; ipsius enim perfectio hoc nos affirmare coegerit. Imo ex huius contrario clare sequeretur (ut modo ostendi), Deum non esse summe perfectum; nimirum quia, si res alio modo fuissent productae, Deo alia natura esset tribuenda diversa ab ea, quam ex consideratione entis perfectissimi coacti sumus ei tribuere. Verum non dubito, quin multi hanc sententiam ut absurdam explodant, nec animum ad eandem perpendendam instituere velint; idque nulla alia de causa, quam quia Deo aliam libertatem

**DEMONSTR.** Ex sola enim necessitate Dei essentias sequitur, Deum esse causam sui (per prop. 11.), et (per prop. 16. eiusque coroll.) omnium rerum. Ergo potentia Dei, qua ipse et omnia sunt et agunt, est ipsa ipsius essentia; q. e. d.

**PROPOS. XXXV.** Quicquid concipimus in Dei potestate esse, id necessario est.

**DEMONSTR.** Quicquid enim in Dei potestate est, id (per prop. praeced.) in eius essentia ita debet comprehendendi, ut ex ea necessario sequatur, adeoque necessario est; q. e. d.

**PROPOS. XXXVI.** Nihil existit, ex cuius natura aliquis effectus non sequatur.

**DEMONSTR.** Quicquid existit, Dei naturam sive essentiam certo et determinato modo exprimit (per coroll. prop. 25.), hoc est (per prop. 34.) quicquid existit, Dei potentiam, quae omnium rerum causa est, certo et determinato modo exprimit, adeoque (per prop. 16.) ex eo aliquis effectus sequi debet; q. e. d.

**APPENDIX.** His Dei naturam eiusque proprietates explicui, ut quod necessario existat; quod sit unicus; quod ex sola suae naturae necessitate sit et agat; quod sit omnium rerum causa libera et quo modo; quod omnia in Deo sint et ab ipso ita pendeant, ut sine ipso nec esse nec concipi possint; et denique quod omnia a Deo fuerint praedeterminata, non quidem ex libertate voluntatis sive absoluto beneplacito, sed ex absoluta Dei natura sive infinita potentia. Porro ubicunque data fuit occasio, præiudicia, quae impedire poterant, quo minus meae demonstrationes perciperentur, amovere curavi. Sed quia non pauca adhuc restant præiudicia, quae etiam, imo maxime impeditre poterant et possunt, quo minus homines rerum concatenationem eo quo ipsam explicui modo amplecti possint, eadem hic ad examen rationis vocare operae pretium duxi. Et quoniam omnia, quae hic indicare suscipio, præiudicia pendent ab hoc uno, quod scilicet communiter supponant homines, omnes res naturales ut ipsos propter finem agere; imo ipsum Deum omnia ad

certum aliquem finem dirigere, pro certo statuant (dicunt enim, Deum omnia propter hominem fecisse, hominem autem, ut ipsum coleret): hoc igitur unum prius considerabo, quaerendo scilicet *primo causam*, cur plerique hoc in praeiudicio acquiescant et omnes natura adeo propensi sint ad idem amplectendum, *deinde eiusdem falsitatem ostendam*, et *tandem*, quomodo ex hoc orta sint praeiudicia de *bono et malo, merito et peccato, laude et virtutperio, ordine et confusione, pulchritudine et deformitate*, et de aliis huius generis. Verum haec ab humanae mentis natura deducere, non est huius loci. Satis hic erit, si pro fundamento id capiam, quod apud omnes debet esse in confessu; nempe hoc, quod omnes homines rerum causarum ignari nascuntur, et quod omnes appetitum habent suum utile querendi, cuius rei sunt concii. Ex his enim sequitur primo, quod homines se liberos esse opinentur, quandoquidem suarum volitionum suique appetitus sunt concii, et de causis, a quibus disponuntur ad appetendum et volendum, quia earum sunt ignari, ne per somnium cogitant. Sequitur secundo, homines omnia propter finem agere, videlicet propter utile quod appetunt. Unde sit, ut semper rerum peractarum causas finales tantum scire expetant, et ubi ipsas audiverint, quiescant; nimirum, quia nullam habent causam ulterius dubitandi. Sin autem easdem ex alio audire nequeant, nihil iis restat, nisi ut ad semet se convertant, et ad fines, a quibus ipsi ad similia determinari solent, reflectant; et sic ex suo ingenio ingenium alterius necessario iudicant. Porro quum in se et extra se non pauca reperiant media, quae ad suum utile assequendum non parum conducant, ut ex. gr. oculos ad videndum, dentes ad masticandum, herbas et animantia ad alimentum, solem ad illuminandum, mare ad aleandum pisces etc., hinc factum, ut omnia naturalia tanquam ad suum utile media considerent; et quia illa media ab ipsis inventa, non autem parata esse sciunt, hinc causam credendi habuerunt, aliquem alium esse, qui illa media in eorum usum paraverit. Nam postquam res ut media consideraverunt, credere non potuerunt, easdem se ipsas fecisse; sed ex mediis, quae sibi ipsi parare solent, concludero debuerunt, dari aliquem vel aliquos naturae rectores humana praeditos libertate, qui ipsis omnia curaverint et in eorum usum omnia fecerint. At-

que horum etiam ingenium, quandoquidem de eo nunquam quid audiverant, ex suo iudicare debuerunt; atque hinc statuerunt, deos omnia in hominum usum dirigere, ut homines sibi devinciant et in summo ab iisdem honore habeantur. Unde factum, ut unusquisque diversos Deum colendi modos ex suo ingenio excogitaverit, ut Deus eos supra reliquos diligeret et totam naturam in usum coecae illorum cupiditatis et insatiabilis avaritiae dirigeret. Atque ita hoc praeiudicium in superstitionem versum est et altas in mentibus egit radices; quod in causa fuit, ut unusquisque maximo conatu omnium rerum *causas finales* intelligere easque explicare studeret. Sed dum quaeviserunt ostendere, naturam nihil frustra (hoc est, quod in usum hominum non sit) agere, nihil aliud videntur ostendisse, quam naturam deosque aequa ac homines delirare. Vide quaeiso, quo res tandem evasit! Inter tot naturae commoda non pauca reperire debuerunt incommoda, tempestates scilicet, terrae motus, morbos etc., atque haec statuerunt propterea evenire, quod dii irati essent ob iniurias sibi ab hominibus factas, sive ob peccata in suo cultu commissa; et quamvis experientia in dies reclamaret et infinitis exemplis ostenderet, commoda atque incommoda piis aequa ac impiis promiscue evenire, non ideo ab inveterato praeiudicio destiterunt. Facilius enim iis fuit, hoc inter alia incognita, quorum usum ignorabant, ponere et sic praesentem suum et innatum statum ignorantiae retinere, quam totam illam fabricam destruere et novam excogitare. Unde pro certo statuerunt, deorum iudicia humanum captum longissime superare: quae sane unica fuisse causam, ut veritas humanum genus in aeternum lateret, nisi mathesis, quae non circa fines, sed tantum circa figurarum essentias et proprietates versatur, aliam veritatis normam hominibus ostendisset. Et praeter mathesin aliae etiam adsignari possunt causae (quas hic enumerare supervacaneum est), a quibus fieri potuit, ut homines communia haec praeiudicia animadverterent et in veram rerum cognitionem ducerentur.

His satis explicui id quod *primo loco* promisi. Ut iam autem ostendam, naturam finem nullum sibi praefixum habere, et omnes causas finales nihil nisi humana esse figmenta, non opus est multis. Credo enim id iam satis constare tam ex fundamentis et causis,

unde hoc praeiudicium originem suam traxisse ostendi, quam ex propositione 16. et corollariis propositionis 32., et praeterea ex iis omnibus, quibus ostendi, omnia naturae aeterna quadam necessitate summaque perfectione procedere. Hoc tamen adhuc addam, neque, hanc de fine doctrinam naturam omnino evertere. Nam id quod revera causa est, ut effectum considerat, et contra; deinde id quod natura prius est, facit posterius; et denique id quod supremum et perfectissimum est, reddit imperfectissimum. Nam (duabus prioribus omissis, quia per se manifesta sunt) ut ex propositionibus 21. 22. et 23. constat, ille effectus perfectissimus est, qui a Deo immediate producitur, et quo pluribus aliquid causis intermediis indiget ut producatur, eo imperfectius est. At si res, quae immediate a Deo productae sunt, ea de causa factae essent, ut Deus finem assequeretur suum, tum necessario ultimae, quarum de causa priores factae sunt, omnium praestantissimae essent. Deinde haec doctrina Dei perfectionem tollit; nam si Deus propter finem agit, aliquid necessario appetit quo caret. Et quamvis theologi et metaphysici distinguant inter finem indigentiae et finem assimilationis, fatentur tamen Deum omnia propter se, non vero propter res creandas egisse; quia nihil ante creationem praeter Deum assignare possunt, propter quod Deus ageret; adeoque necessario fateri coguntur, Deum iis, propter quae media parare voluit, caruisse, eaque cupivisse, ut per se clarum. Nec hic praetereundum est, quod huius doctrinae sectatores, qui in assignandis rerum finibus suum ingenium ostentare voluerunt, ad hanc suam doctrinam probandam novum attulerunt modum argumentandi, reducendo scilicet non ad impossibile, sed ad ignorantiam; quod ostendit nullum aliud suisse huic doctrinae argumentandi medium. Nam si ex. gr. ex culmine aliquo lapis in aliquius caput ceciderit eumque interficerit, hoc modo demonstrabunt, lapidem ad hominem interficiendum cecidisse; ni enim cum in finem Deo id volente ceciderit, quomodo tot circumstantiae (saepe enim multae simul concurrunt) casu concurrere potuerunt? Respondebis fortasse, id ex eo, quod ventus flavit et quod homo illac iter habebat, evenisse. At instabunt: cur ventus illo tempore flavit? cur homo illo eodemque tempore illac iter habebat? Si iterum respondeas, ventum tum ortum, quia mare praecedentem

die tempore adhuc tranquillo agitari inceperat, et quod homo ab amico invitatus fuerat; instabunt iterum, quia nullus rogandi finis: cur autem mare agitabatur? cur homo in illud tempus invitatus fuit? Et sic porro causarum causes rogare non cessabunt, donec ad Dei voluntatem, hoc est, ignorantiae asylum confugeris. Sic etiam ubi corporis humani fabricam vident, stupescunt et ex eo, quod tantae artis causas ignorant, concludent, eandem non mechanica, sed divina vel supernaturali arte fabricari, talique modo constitui, ut una pars alteram non laedat. Atque hinc fit, ut qui miraculorum causas veras quaerit, quique res naturales ut doctus intelligere, non autem ut stultus admirari studet, passim pro haeretico et impio habeatur et proclametur ab iis, quos vulgus tanquam naturae deorumque interpretes adorat. Nam sciunt, quod sublata ignorantia stupor, hoc est, unicum argumentandi tuendaeque suae auctoritatis medium, quod habent, tollitur. Sed haec relinquo et ad id, quod tertio loco hic agere constitui, pergo.

Postquam homines sibi persuaserunt, omnia quae fiunt propter ipsos fieri; id in unaquaque re praecipuum iudicare debuerunt quod ipsis utilissimum, et illa omnia praestantissima aestimare, a quibus optime afficiebantur. Unde has formare debuerunt notiones, quibus rerum naturas explicarent, scilicet *bonum*, *malum*, *ordinem*, *confusionem*, *calidum*, *frigidum*, *pulchritudinem* et *deformitatem* etc.; et quia se liberos existimant, inde hae notiones ortae sunt, scilicet *laus* et *vituperium*, *peccatum* et *meritum*. Sed has infra, postquam de natura humana egero, illas autem hic breviter explicabo. Nempe id omne, quod ad valetudinem et ad Dei cultum conduit, *bonum*; quod autem iis contrarium est, *malum* vocaverunt. Et quia il, qui rerum naturam non intelligunt, nihil de rebus affirmant, sed res tantummodo imaginantur et imaginationem pro intellectu capiunt, ideo *ordinem* in rebus esse firmiter credunt rerum suaeque naturae ignari. Nam quum ita sint dispositae, ut, quum nobis per sensus repraesentantur, eas facile imaginari et consequenter earum facile recordari possimus, easdem *bene ordinatas*, si vero contra, ipsas male ordinatas sive *confusas* esse dicimus. Et quoniam ea nobis p[re]caeteris grata sunt, quae facile imaginari possumus, ideo homines ordinem confusioni p[re]ferunt; quasi ordo aliquid in natura p[re]ter re-

**spectrum ad nostram imaginationem** esset: dicuntque Deum omnia ordine creasse, et hoc modo ipsi nescientes Deo imaginationem tribuant; nisi velint forte, Deum humanae imaginationi providentem res omnes eo disposuisse modo, quo ipsas facillime imaginari possent; nec moram forsan iis iniiciet, quod infinita reperiantur, quae nostram imaginationem longe superant, et plurima, quae ipsam propter eius imbecillitatem confundunt. Sed de hac re satis. Caeterae deinde notiones etiam praeter imaginandi modos, quibus imaginatio diversimode afficitur, nihil sunt, et tamen ab ignariorum tanquam praecipua rerum attributa considerantur; quia, ut iam diximus, res omnes propter ipsos factas esse credunt, et rei alicuius naturam bonam vel malam, sanam vel putridam et corruptam dicunt, prout ab eadem afficiuntur. Ex. gr. si motus, quem nervi ab obiectis per oculos repraesentatis accipiunt, valitudini conducat, obiecta, a quibus causatur, pulchra dicuntur, quae autem contrarium cent, deformia. Quac deinde per narres sensum movent, odorifera vel foetida vocant, quae per linguam, dulcia aut amara, sapida aut insipida etc.; quae autem per tactum, dura aut mollia, aspera aut levia etc. Et quae denique aures movent, strepitum, sonum vel harmoniam edere dicuntur, quorum postremum homines adeo dementavit, ut Deum etiam harmonia delectari crederent. Nec desunt philosophi, qui sibi persuaserint, motus coelestes harmoniam componere. Quae omnia satis ostendunt, unumquemque pro dispositione cerebri de rebus iudicasse, vel potius imaginationis affectiones pro rebus accepisse. Quare non mirum est (ut hoc etiam obiter notemus), quod inter homines tot, quot experimur, controversiae ortae sint, ex quibus tandem Scepticismus. Nam quamvis humana corpora in multis convenient, in plurimis tamen discrepant, et ideo id, quod uni bonum, alteri malum videtur; quod uni ordinatum, alteri confusum; quod uni gratum, alteri ingratum est; et sic de caeteris, quibus hic supersedeo, quum quia huius loci non est de his ex professo agere, tum quia hoc omnes satis experti sunt. Omnibus enim in ore est: quot capita, tot sensus, suo quemque sensu abundare, non minora cerebrorum, quam palatorum esse discrimina; quae sententiae satis ostendunt, homines pro dispositione cerebri de rebus iudicare, resque potius imaginari, quam intelligere.

Res enim si intellexissent, illae omnes teste mathesi, si non allicerent, ad minimum convincerent.

Videmus itaque omnes rationes, quibus vulgus solet naturam explicare, modos esse tantummodo imaginandi, nec ullius rei naturam, sed tantum imaginationis constitutionem indicare; et quia nomina habent, quasi essent entium extra imaginationem existentium, eadem entia non rationis, sed imaginationis voco; atque adeo omnia argumenta, quae contra nos ex similibus notionibus petuntur, facile propulsari possunt. Solent enim multi sic argumentari: Si omnia ex necessitate perfectissimae Dei naturae sunt consecuta, unde ergo tot imperfectiones in natura ortae? Videlicet rerum corruptio ad foetorem usque, rerum deformitas, quae nauseam moveat, confusio, malum, peccatum etc. Sed, ut modo dixi, facile confutantur. Nam rerum perfectio ex sola earum natura et potentia est aestimanda; nec ideo res magis aut minus perfectae sunt, propterea quod hominum sensum delectant vel offendunt, quod humanae naturae conducunt, vel quod eidem repugnant. Iis autem, qui quaerunt: cur Deus omnes homines non ita creavit, ut solo rationis ductu gubernarentur? nihil aliud respondeo, quam: quia ei non defuit materia ad omnia ex summō nimirū ad infimum perfectionis gradum creanda; vel magis proprie loquendo: quia ipsius naturae leges adeo ampliae fuerunt, ut sufficerent ad omnia quae ab aliquo infinito intellectu concipi possunt producenda, ut propositione 16. demonstravi. Haec sunt, quae hic notare suscepī praeiudicia. Si quaedam huius farinae adhuc restant, poterunt eadem ab unoquoque mediocri meditazione emendari.

---

# ETHICES

## PARS SECUNDA.

### DE NATURA ET ORIGINE MENTIS.

---

#### PRAEFATIO.

Transeo iam ad ea explicanda, quae ex Dei sive entis aeterni et infiniti essentia necessario debuerunt sequi: non quidem omnia (infinita enim infinitis modis ex ipsa debere sequi part. 1. prop. 16. demonstravimus), sed ea solummodo, quae nos ad mentis humanae eiusque summae beatitudinis cognitionem quasi manu ducere possunt.

#### DEFINITIONES.

I. Per corpus intelligo modum, qui Dei essentiam, quantum ut res extensa consideratur, certo et determinato modo exprimit. Vid. part. 1. prop. 25. corollar.

II. Ad essentiam alicuius rei id pertinere dico, quo dato res necessario ponitur et quo sublatu res necessario tollitur; vel id, sine quo res, et vice versa quod sine re nec esse nec concipi potest.

III. Per ideam intelligo mentis conceptum, quem mens format, propterea quod res est cogitans.

EXPLIC. Dico potius conceptum, quam perceptionem, quia perceptionis nomen indicare videtur, mentem ab obiecto pati. At conceptus actionem mentis exprimere videtur.

IV. Per ideam adaequatam intelligo ideam, quae, quantum in se sine relatione ad obiectum consideratur, omnes verae ideae proprietates sive denominations intrinsecas habet.

**EXPLIC.** *Dico intrinsecas, ut illam secludam, quae extrinseca est, nempe convenientiam ideae cum suo ideato.*

V. Duratio est indefinita existendi continuatio.

**EXPLIC.** *Dico indefinitam, quia per ipsam rei existentis naturam determinari nequaquam potest, neque etiam a causa efficiente, quae scilicet rei existentiam necessario ponit, non autem tollit.*

VI. Per realitatem et perfectionem idem intelligo.

VII. Per res singulares intelligo res, quae finitae sunt et determinatam habent existentiam. Quod si plura individua in una actione ita concurrant, ut omnia simul unius effectus sint causa, eadem omnia eatenus ut unam rem singularem considero.

### AXIOMATA.

I. Hominis essentia non involvit necessariam existentiam, hoc est, ex naturae ordine tam fieri potest, ut hic et ille homo existat, quam ut non existat.

II. Homo cogitat.

III. Modi cogitandi, ut amor, cupiditas, vel quicumque nomine affectus animi insigniuntur, non dantur nisi in eodem individuo detur idea rei amatae, desideratae etc. At idea dari potest, quamvis nullus elius detur cogitandi modus.

IV. Nos corpus quoddam multis modis affici sentimus.

V. Nullas res singulares praeter corpora et cogitandi modos sentimus, nec percipimus.

Postulata vide post propositionem 13.

### PROPOSITIONES.

**PROPOS. I.** Cogitatio attributum Dei est, sive Deus est res cogitans.

**DEMONSTR.** Singulares cogitationes sive haec et illa cogitatio modi sunt, qui Dei naturam certo et determinato modo exprimunt

(per coroll. prop. 25. part. 1.). Competit ergo Deo (per defin. 5. part. 1.) attributum, cuius conceptum singulares omnes cogitationes involvunt, per quod etiam concipiuntur. Est igitur cogitatio unum ex infinitis Dei attributis, quod Dei aeternam et infinitam essentiam exprimit (vid. defin. 6. part. 1.), sive Deus est res cogitans; q. e. d.

**SCHOL.** Patet etiam haec propositio ex hoc, quod nos possumus ens cogitans infinitum concipere. Nam quo plura ens cogitans potest cogitare, eo plus realitatis siue perfectionis idem continere concipimus. Ergo ens, quod infinita infinitis modis cogitare potest, est necessario virtute cogitandi infinitum. Quum itaque ad solam cogitationem attendendo ens infinitum concipiamus, est necessario (per defin. 4. et 6. part. 1.) cogitatio unum ex infinitis Dei attributis, ut volebamus.

**PROPOS. II.** Extensio attributum Dei est, sive Deus est res extensa.

**DEMONSTR.** huius eodem modo procedit, ac demonstratio praecedentis propositionis.

**PROPOS. III.** In Deo datur necessario idea tam eius essentiae, quam omnium, quae ex ipsius essentia necessario sequuntur.

**DEMONSTR.** Deus enim (per prop. 1. huius) infinita infinitis modis cogitare, sive (quod idem est per prop. 16. part. 1.) ideam suae essentiae et omnium, quae necessario ex ea sequuntur, formare potest. Atqui omne id quod in Dei potestate est, necessario est (per prop. 35. part. 1.). Ergo datur necessario talis idea, et (per prop. 15. part. 1.) non nisi in Deo; q. e. d.

**SCHOL.** Vulgus per Dei potentiam intelligit Dei liberam voluntatem et ius in omnia quae sunt, quaeque propterea communiter ut contingentia considerantur. Deum enim potestatem omnia destruendi habere dicunt et in nihilum redigendi. Dei porro potentiam cum potentia regum saepissime comparant. Sed hoc in coroll. 1. et 2. propos. 32. part. 1. refutavimus; et prop. 16. part. 1. ostendimus, Deum eadem necessitate agere, qua se ipsum in-

telligit; hoc est, sicuti ex necessitate divinae naturae sequitur (sicut omnes uno ore statuant), ut Deus se ipsum intelligat, eadem etiam necessitate sequitur, ut Deus infinita infinitis modis agat. Deinde prop. 34. part. 1. ostendimus, Dei potentiam nihil esse, praeterquam Dei actuosam essentiam; adeoque tam nobis impossibile est concipere Deum non agere, quam Deum non esse. Porro si haec ulterius persequi liberet, possem hic ulterius ostendere, potentiam illam, quam vulgus Deo affingit, non tantum humanam esse (quod ostendit Deum hominem, vel instar hominis a vulgo concipi), sed etiam impotentiam involvere. Sed nolo de eadem re toties sermonem instituere. Lectorem solummodo iterum atque iterum rogo, ut quae in parte 1. ex propos. 16. usque ad finem de hac re dicta sunt, semel atque iterum perpendat. Nam nemo ea quae volo percipere recte poterit, nisi magnopere caveat, ne Dei potentiam cum humana regum potentia vel iure confundat.

**PROPOS. IV.** Idea Dei, ex qua infinita infinitis modis sequuntur, unica tantum esse potest.

**DEMONSTR.** Intellectus infinitus nihil praeter Dei attributa eiusque affectiones comprehendit (per prop. 30. part. 1.). Atqui Deus est unus (per coroll. 1. prop. 14. part. 1.). Ergo idea Dei, ex qua infinita infinitis modis sequuntur, unica tantum esse potest; q. e. d.

**PROPOS. V.** Esse formale idearum Deuni, quatenus tantum ut res cogitans consideratur, pro causa agnoscit, et non quatenus alio attributo explicatur; hoc est, tam Dei attributorum, quam rerum singularium ideae non ipsa ideata sive res perceptas pro causa efficiente agnoscent, sed ipsum Deum, quatenus est res cogitans.

**DEMONSTR.** Patet quidem ex prop. 3. huius. Ibi enim concludebamus, Deum ideam suae essentiae et omnium, quae ex ea necessario sequuntur, formare posse ex hoc solo, nempe quod

**Deus est res cogitans, et non ex eo, quod sit suae ideae obiectum.** Quare esse formale idearum Deum, quatenus est res cogitans, pro causa agnoscit. Sed aliter hoc modo demonstratur. **Esse formale idearum modus est cogitandi** (ut per se notum), hoc est (per coroll. prop. 25. part. 1.) modus, qui Dei naturam, quatenus est res cogitans, certo modo exprimit, adeoque (per prop. 10. part. 1.) nullius alterius attributi Dei conceptum involvit, et consequenter (per ax. 4. part. 1.) nullius alterius attributi, nisi cognitionis, est effectus. Adeoque esse formale idearum Deum, quatenus tantum ut res cogitans consideratur etc.; q. e. d.

**PROPOS. VI.** Cuiuscumque attributi modi Deum, quatenus tantum sub illo attributo, cuius modi sunt, et non quatenus sub ullo alio consideratur, pro causa habent.

**DEMONSTR.** Unumquodque enim attributum per se absque alio concipitur (per prop. 10. part. 1.). Quare uniuscuiusque attributi modi conceptum sui attributi, non autem alterius involvunt; adeoque (per ax. 4. part. 1.) Deum, quatenus tantum sub illo attributo, cuius modi sunt, et non quatenus sub ullo alio consideratur, pro causa habent; q. e. d.

**COROLL.** Hinc sequitur, quod esse formale rerum, quae modi non sunt cogitandi, non sequitur ideo ex divina natura, quia res prius cognovit; sed eodem modo eademque necessitate res ideatae ex suis attributis consequuntur et concluduntur, ac ideas ex attributo cognitionis consequi ostendimus.

**PROPOS. VII.** Ordo et connexio idearum idem est, ac ordo et connexio rerum.

**DEMONSTR.** Patet ex ax. 4. part. 1. Nam cuiuscumque causati idea a cognitione causae, cuius est effectus, dependet.

**COROLL.** Hinc sequitur, quod Dei cogitandi potentia aequalis est ipsius actuali agendi potentiae; hoc est, quicquid ex infinita Dei natura sequitur formaliter, id omne ex Dei idea eodem ordine eademque connexione sequitur in Deo obiective.

**SCHOL.** Hic antequam ulterius pergamus, revocandum nobis in memoriam est id quod supra ostendimus; nempe quod quicquid ab infinito intellectu percipi potest tanquam substantiae essentiam constituens, id omne ad unicam tantum substantiam pertinet; et consequenter quod substantia cogitans et substantia extensa una eademque est substantia, quae iam sub hoc, iam sub illo attributo comprehenditur. Sic etiam modus extensionis et idea illius modi una eademque est res: sed duobus modis expressa; quod quidam Hebraeorum quasi per nebulam vidiisse videntur, qui scilicet statuunt, Deum, Dei intellectum resque ab ipso intellectas unum et idem esse. Ex. gr. circulus in natura existens et idea circuli existentis, quae etiam in Deo est, una eademque est res, quae per diversa attributa explicatur. Et ideo sive naturam sub attributo extensionis, sive sub attributo cogitationis, sive sub alio quocumque concipiamus, unum eundemque ordinem sive unam eandemque causarum connexionem, hoc est, easdem res invicem sequi reperiemus. Nec ulla alia de causa dixi, quod Deus sit causa ideae ex. gr. circuli quatenus tantum est res cogitans, et circuli quatenus tantum est res extensa, nisi quia esse formale ideae circuli non nisi per alium cogitandi modum, tanquam causam proximam, et ille iterum per alium, et sic in infinitum, potest percipi, ita ut, quam diu res ut cogitandi modi considerantur, ordinem totius naturae sive causarum connexionem, per solum cogitationis attributum explicare debemus; et quatenus ut modi extensionis considerantur, ordo etiam totius naturae per solum extensionis attributum explicari debet, et idem de aliis attributis intelligo. Quare rerum, ut in se sunt, Deus revera est causa, quatenus infinitis constat attributis; nec impraesentiarum haec clarius possum explicare.


**PROPOS. VIII.** Ideae rerum singularium sive modorum non existentium ita debent comprehendi in Dei infinita idea, ac rerum singularium sive modorum essentiae formales in Dei attributis continentur.

**DEMONSTR.** Haec propositio patet ex praecedenti scholio.

**COROLL.** Hinc sequitur, quod, quam diu res singulares non existunt, nisi quatenus in Dei attributis comprehenduntur, earum esse obiectivum sive ideae non existunt, nisi quatenus infinita Dei idea existit; et ubi res singulares dicuntur existere, non tantum quatenus in Dei attributis comprehenduntur, sed quatenus etiam durare dicuntur, earum ideae etiam existentiam, per quam durare dicuntur, involvent.

**SCHOL.** Si quis ad ubiorem huius rei explicationem exemplum desideret, nullum sane dare potero, quod rem, de qua hic loquor, utpote unicam adaequate explicet; conabor tamen rem, ut fieri potest, illustrare. Nempe circulus talis est naturae, ut omnium linearum rectarum in eodem sese invicem secantium rectangula sub segmentis sint inter se aequalia. Quare in circulo infinita inter se aequalia rectangula continentur. Attamen nullum eorum potest dici existere, nisi quatenus circulus existit, nec etiam alicuius horum rectangulorum idea potest dici existere, nisi quatenus in circuli idea comprehenditur. Concipiantur iam ex infinitis illis duo tantum, nempe E et D existere. Sane eorum etiam ideae iam non tantum existunt, quatenus solummodo in circuli idea comprehenduntur; sed etiam quatenus illorum rectangulorum existentiam involvunt, quo fit, ut a reliquis reliquorum rectangulorum ideis distinguantur.

*Fig. II.*



**PROPOS. IX.** Idea rei singularis actu existentis Deum pro causa habet, non quatenus infinitus est, sed quatenus alia rei singularis actu existentis

**idea affectus consideratur, cuius etiam Deus est causa, quatenus alia tertia affectus est, et sic in infinitum.**

**DEMONSTR.** Idea rei singularis actu existentis modus singularis cogitandi est et a reliquis distinctus (per coroll. et schol. prop. 8. huius); adeoque (per prop. 6. huius) Deum, quatenus est tantum res cogitans, pro causa habet. At non (per prop. 28. part. 1.) quatenus est res absolute cogitans, sed quatenus alio cogitandi modo affectus consideratur, et huius etiam, quatenus alio affectus est, et sic in infinitum. Atqui ordo et connexio idearum (per prop. 7. huius) idem est, ac ordo et connexio causarum. Ergo unius singularis ideae alia idea sive Deus, quatenus alia idea affectus consideratur, est causa, et huius etiam, quatenus alia affectus est, et sic in infinitum; q. e. d.

**COROLL.** Quicquid in singulari cuiuscumque ideae obiecto contingit, eius datur in Deo cognitio, quatenus tantum eiusdem obiecti ideam habet.

**DEMONSTR.** Quicquid in obiecto cuiuscumque ideae contingit, eius datur in Deo idea (per prop. 3. huius), non quatenus infinitus est, sed quatenus alia rei singularis idea affectus consideratur (per praeced. prop.), sed (per prop. 7. huius) ordo et connexio idearum idem est, ac ordo et connexio rerum. Erit ergo cognitio eius, quod in singulari aliquo obiecto contingit, in Deo, quatenus tantum eiusdem obiecti habet ideam; q. e. d.

**PROPOS. X.** Ad essentiam hominis non pertinet esse substantiae, sive substantia formam hominis non constituit.

**DEMONSTR.** Esse enim substantiae involvit necessariam existentiam (per prop. 7. part. 1.). Si igitur ad hominis essentiam pertinet esse substantiae, data ergo substantia daretur necessario homo (per defin. 2. huius), et consequenter homo necessario existens, quod (per ax. 1. huius) est absurdum. Ergo etc.; q. e. d.

**SCHOL. I.** Demonstratur etiam haec propositio ex prop. 5. part. 1., nempe quod duea eiusdem naturae substantiae non den-

tar. Quam autem plures homines existere possint, ergo id, quod hominis formam constituit, non est esse substantiae. Patet praeterea haec propositio ex reliquis substantiae proprietatibus, vide-licet, quod substantia sit sua natura infinita, immutabilis, indis-  
visibilis etc., ut facile unusquisque videre potest.

**COROLL.** Hinc sequitur essentiam hominis constitui a certis Dei attributorum modis. Nam esse substantiae (per prop. praeced.) ad essentiam hominis non pertinet. Est ergo (per prop. 15. part. 1.) aliquid quod in Deo est, et quod sine Deo nec esse nec concipi potest, sive (per coroll. prop. 25. part. 1.) affectio sive modus, qui Dei naturam certo et determinato modo exprimit.

**SCHOL. II.** Omnes sane concedere debent, nihil sine Deo esse neque concipi posse. Nam apud omnes in confessu est, quod Deus omnium rerum, tam earum essentiae, quam earum existentiae, unica est causa, hoc est, Deus non tantum est causa rerum secundum fieri (ut aiunt), sed etiam secundum esse. At interim plerique id ad essentiam alicuius rei pertinere dicunt, sive quo res nec esse nec concipi potest; adeoque vel naturam Dei ad essentiam rerum creatarum pertinere, vel res creatas sine Deo vel esse vel concipi posse credunt, vel, quod certius est, sibi non satis constant. Cuius rei causam fuisse credo, quod ordinem philosophandi non tenuerint. Nam naturam divinam, quam ante omnia contemplari debebant, quia tam cognitione quam natura prior est ordine cognitionis, ultimam, et res, quae sensuum obiecta vocantur, omnibus priores esse crediderunt. Unde factum est, ut, dum res naturales contemplati sunt, de nulla re minus cogitaverint, quam de divina natura, et quam postea animum ad divinam naturam contemplandum appulerint, de nulla re minus cogitare potuerint, quam de primis suis fragmentis, quibus rerum naturam cognitionem superstruxerant, utpote quae ad cognitionem divinae naturae nihil iuvare poterant; adeoque nihil mirum, si sibi passim contradixerint. Sed hoc mitto. Nam meum intentum hic tantum fuit, causam reddere, cur non dixerim, id ad essentiam alicuius rei pertinere, sine quo res nec esse nec concipi potest, nimiram, quia res singulares non possunt sine Deo esse nec concipi; et tamen Deus ad earum essentiam non pertinet: sed id necessario essentiam alicuius rei constituere dixi, quo dato res

ponitur et quo sublatæ res tollitur, vel id, sine quo res, et vice versa id, quod sine re nec esse nec concipi potest. Conf. defin. 2.

**PROPOS. XI.** Primum, quod actuale mentis humanae esse constituit, nihil aliud est, quam idea rei alicuius singularis actu existentis.

**DEMONSTR.** Essentia hominis (per coroll. praeced. prop.) a certis Dei attributorum modis constituitur; nempe (per ax. 2. huius) a modis cogitandi, quorum omnium (per ax. 3. huius) idea natura prior est, et ea data reliqui modi (quibus scilicet idea natura prior est) in eodem debent esse individuo (per ax. 4. huius). Atque adeo idea primum est, quod humanae mentis esse constituit. At non idea rei non existentis; nam tum (per coroll. prop. 8. huius) ipsa idea non posset dici existere. Erit ergo idea rei actu existentis. At non rei infinitæ. Res namque infinita (per. prop. 21. et 23. part. 1.) debet semper necessario existere. Atqui hoc (per ax. 1. huius) est absurdum. Ergo primum, quod esse humanae mentis actuale constituit, est idea rei singularis actu existentis; q. e. d.

**COROLL.** Hinc sequitur mentem humanam partem esse infiniti intellectus Dei. Ac proinde quum dicimus, mentem humanam hoc vel illud percipere, nihil aliud dicimus, quam quod Deus, non quatenus infinitus est, sed quatenus per naturam humanae mentis explicatur, sive quatenus humanae mentis essentiam constituit, hanc vel illam habet ideam; et quum dicimus Deum hanc vel illam ideam habere, non tantum, quatenus naturam humanae mentis constituit, sed quatenus simul cum mente humana alterius rei etiam habet ideam, tum dicimus mentem humanam rem ex parte sive inadæquate percipere.

**SCHOL.** Hic sine dubio lectores haerebunt, multaque comminiscetur quae moram iniiciant; et hac de causa ipsos rogo, ut lento gradu mecum pergant, nec de his iudicium ferant, donec omnia perlegerint.

**PROPOS. XII.** Quicquid in obiecto ideæ humanam mentem constituentis contingit, id ab humana

mente debet percipi, sive eius rei dabitur in mente necessario idea: hoc est, si obiectum ideae humanam mentem constituentis sit corpus, nihil in eo corpore poterit contingere, quod a mente non percipiatur.

**DEMONSTR.** Quicquid enim in obiecto cuiuscumque ideae contingit, eius rei datur necessario in Deo cognitio (per coroll. prop. 9. huius), quatenus eiusdem obiecti idea affectus consideratur, hoc est (per prop. 11. huius), quatenus mentem alicuius rei constituit. Quicquid igitur in obiecto ideae humanam mentem constituentis contingit, eius datur necessario in Deo cognitio, quatenus naturam humanae mentis constituit, hoc est (per coroll. prop. 11. huius) eius rei cognitio erit necessario in mente, sive mens id percipit; q. e. d.

**SCHOL.** Haec propositio patet etiam et clarius intelligitur ex schol. prop. 7. huius partis, quod vide.

**PROPOS. XIII.** Obiectum ideae humanam mentem constituentis est corpus, sive certus extensionis modus actu existens, et nihil aliud.

**DEMONSTR.** Si enim corpus non esset humanae mentis obiectum, ideae affectionum corporis non essent in Deo (per coroll. prop. 9. huius), quatenus mentem nostram, sed quatenus alterius rei mentem constitueret, hoc est (per coroll. prop. 11. huius) ideae affectionum corporis non essent in nostra mente. Atqui (per ax. 4. huius) ideas affectionum corporis habemus. Ergo obiectum ideae humanam mentem constituentis est corpus, idque (per prop. 11. huius) actu existens. Deinde si praeter corpus etiam aliud esset mentis obiectum, quum nihil (per prop. 36. part. 1.) existat, ex quo aliquis effectus non sequatur, deberet (per prop. 11. huius) necessario alicuius eius effectus idea in mente nostra dari. Atqui (per ax. 5. huius) nulla eius idea datur. Ergo obiectum nostrae mentis est corpus existens, et nihil aliud; q. e. d.

**COROLL.** Hinc sequitur hominem mente et corpore constare, et corpus humanum, prout ipsum sentimus, existere.

**SCHOL.** *Ex his non tantum intelligimus, mentem humana unitam esse corpori, sed etiam quid per mentis et corporis unicem intelligendum sit. Verum ipsam adaequate sive distincte intelligere nemo poterit, nisi prius nostri corporis naturam adaequate cognoscat. Nam ea, quae hucusque ostendimus, admodum communia sunt, nec magis ad homines, quam ad reliqua individua pertinent, quae omnia, quamvis diversis gradibus, anima tamen sunt. Nam cuiuscumque rei datur necessario in Deo idea cuius Deus est causa, eodem modo ac humani corporis idea: a que adeo quicquid de idea humani corporis diximus, id de cuiuscumque rei idea necessario dicendum est. Attamen nec etiam negare possumus, ideas inter se ut ipsa obiecta differre, unamque alia praestantiorum esse, plusque realitatis continere, prout objectum unius obiecto alterius praestantius est, plusque realitat continent; ac propterea ad determinandum, quid mens humana reliquis intersit, quidque reliquis praestet, necesse nobis eius obiecti, ut diximus, hoc est, corporis humani naturam cognoscere. Eam autem hic explicare nec possum, nec id ad quae demonstrare volo necesse est. Hoc tamen in genere dicto quo corpus aliquod reliquis aptius est ad plura simul agendum vel patiendum, eo eius mens reliquis aptior est ad plura simul percipiendum; et quo unius corporis actiones magis ab ipso solo per dent, et quo minus alia corpora cum eodem in agendo concurrunt eo eius mens aptior est ad distincte intelligendum. Atque ex haec praestantiam unius mentis pro aliis cognoscere possumus; deinceps causam etiam videre, cur nostri corporis non nisi admodum confusa habeamus cognitionem, et alia plura, quae in sequentibus ex his deducamur. Quia de causa operae pretium esse duxi, haec ipsa accuratius explicare et demonstrare, ad quod necesse est pauca de natura corporum praemittere.*

**AXIOMA I.** *Omnia corpora vel moventur vel quiescunt.*

**AXIOMA II.** *Unumquodque corpus iam tardius, iam celerius movetur.*

**LEMMA I.** *Corpora ratione motus et quietis, celeritatis et tarditatis, et non ratione substantiae ab invicem distinguuntur*

**DEMONSTR.** *Primam partem huius per se notam supponit*

At quod ratione substantiae non distinguantur corpora, patet tam ex prop. 5. quam prop. 8. part. 1.; sed clarius ex iis, quae in schol. prop. 15. part. 1. dicta sunt.

**LEMMA II.** *Omnia corpora in quibusdam convenient.*

**Demonstr.** In his enim omnia corpora convenient, quod unius eiusdemque attributi conceptum involvunt (per defin. 1. huius); deinde quod iam tardius, iam celerius, et absolute iam moveri, iam quiescere possunt.

**LEMMA III.** *Corpus motum vel quiescens ad motum vel quietem determinari debuit ab alio corpore, quod etiam ad motum vel quietem determinatum fuit ab alio, et illud iterum ab alio, et sic in infinitum.*

**Demonstr.** Corpora (per defin. 1. huius) res singulares sunt, quae (per lemma 1.) ratione motus et quietis ab invicem distinguuntur; adeoque (per prop. 28. part. 1.) unumquodque ad motum vel quietem necessario determinari debuit ab alia re singulari, nempe (per prop. 6. huius) ab alio corpore, quod (per ax. 1.) etiam vel movetur vel quiescit. At hoc etiam (per eandem rationem) moveri vel quiescere non potuit, nisi ab alio ad motum vel quietem determinatum fuisset, et hoc iterum (per eandem rationem) ab alio, et sic in infinitum; q. e. d.

**COROLL.** Hinc sequitur corpus motum tam diu moveri, donec ab alio corpore ad quiescendum determinetur; et corpus quiescens tam diu etiam quiescere, donec ab alio ad motum determinetur. Quod etiam per se notum est. Nam quum suppono corpus ex. gr. A quiescere, nec ad alia corpora mota attendo, nihil de corpore A dicere potero, nisi quod quiescat. Quod si postea contingat, ut corpus A moveatur, id sane evenire non potuit ex eo, quod quiescebat; ex eo enim nil aliud sequi poterat, quam ut corpus A quiesceret. Si contra supponatur A moveri, quotiescumque ad A tantum attendimus, nihil de eodem affirmare possumus, nisi quod moveatur. Quod si postea contingat, ut A quiescat, id sane evenire etiam non potuit ex motu, quem habebat; ex motu enim nihil aliud sequi poterat, quam ut A moveretur. Contingit itaque a re, quae non erat in A, nempe a causa externa, a qua ad quiescendum determinatum fuit.

**AXIOMA I.** Omnes modi, quibus corpus aliquod ab alio afficitur corpore, ex natura corporis affecti et simul ex natura corporis sufficientis sequuntur; ita ut unum idemque corpus diversimode moveatur pro diversitate naturae corporum moventium, et contra ut diversa corpora ab uno eodemque corpore diversimode moveantur.

**AXIOMA II.** Quum corpus motum alteri quiescenti quod dimovere nequit impingit, reflectitur, ut moveri pergit; et angulus lineae motus reflectionis cum piano corporis quiescentis, cui impedit, aequalis erit angulo, quem linea motus incidentiae cum eodem piano efficit.

*Fig. III.*



Atque haec de corporibus simplicissimis, quae scilicet solo motu et quiete, celeritate et tarditate ab invicem distinguuntur. Iam ad composita ascendamus.

**DEFIN.** Quum corpora aliquot eiusdem aut diversae magnitudinis a reliquis ita coercentur, ut invicem incumbant, vel si eodem aut diversis celeritatis gradibus moventur, ut motus suos invicem certa quadam ratione communicent, illa corpora invicem unita dicemus, et omnia simul unum corpus sive individuum componere, quod a reliquis per hanc corporum unionem distinguitur.

**AXIOMA III.** Quo partes individui vel corporis compositi secundum maiores vel minores superficies sibi invicem incumbunt, eo difficilius vel facilius cogi possunt, ut situm suum mutent, et consequenter eo facilius vel difficilius effici potest, ut ipsum individuum aliam figuram induat. Atque hinc corpora, quorum partes secundum magnas superficies invicem incumbunt, dura, quorum autem partes secundum parvas, mollia. et quorum denique partes inter se moventur, fluida vocabo.

**LEMMA IV.** *Si corporis sive individui, quod ex pluribus corporibus componitur, quaedam corpora segregentur, et simul totidem alia eiusdem naturae eorum loco succedant, retinebit individuum suam naturam, uti antea, absque ulla eius formae mutations.*

**Demonstr.** Corpora enim (per lemma I.) ratione substantiae non distinguntur. Id autem, quod formam individui constituit, in corporum unione (per defin. praec.) consistit. Atqui haec (per hypothesisin), tametsi corporum continua fiat mutatio, retinetur. Retinebit ergo individuum tam ratione substantiae, quam modi, suam naturam, uti ante; q. e. d.

**LEMMA V.** *Si partes individuum componentes maiores minores evadant, ea tamen proportione, ut omnes candem, ut antea, ad invicem motus et quietis rationem servent, retinebit itidem individuum suam naturam, ut antea, absque ulla formae mutations.*

**Demonstr.** huius eadem est, ac praecedentis lemmatis.

**LEMMA VI.** *Si corpora quaedam individuum componentia motum, quem versus unam partem habent, aliam versus flexere cogantur, at ita, ut motus suos continuare possint, atque invicem eadem, qua antea, ratione communicare; retinebit itidem individuum suam naturam abeque ulla formae mutatione.*

**Demonstr.** Per se patet. Id enim omne retinere supponitur, quod in eiusdem definitione formam ipsius constituere diximus.

**LEMMA VII.** *Retinet praeterea individuum sic compositum suam naturam, sive id secundum totum moveatur, sive quieteat, sive versus hanc, sive versus illam partem moveatur, dummodo unaquaque pars motum suum retineat, eumque, uti antea, reliquis communicet.*

**Demonstr.** Patet ex ipsius definitione, quam vide ante lemma 4.

**SCHOL.** His itaque videmus, qua ratione individuum compositum possit multis modis affici, eius nihilo minus natura ser-

vata. Atque hucusque individuum concepimus, quod non nisi ex corporibus, quae solo motu et quiete, celeritate et tarditate inter se distinguuntur, hoc est, quod ex corporibus simplicissimis componitur. Quod si iam aliud concipiamus ex pluribus diversac naturae individuis compositum, idem pluribus aliis modis posse affici reperiemus, ipsius nihilo minus natura servata. Nam quandoquidem eius unaquaeque pars ex pluribus corporibus est composita; poterit ergo (per lemma praeced.) unaquaeque pars absque ulla ipsius naturae mutatione iam tardius, iam celerius moveri, et consequenter motus suos citius vel tardius reliquis communicare. Quod si praeterea tertium individuorum genus ex his secundis compositum concipiamus, idem multis aliis modis affici posse reperiemus absque ulla eius formae mutatione. Et si sic porro in infinitum pergamus, facile concipiemos, totam naturam unum esse individuum, cuius partes, hoc est, omnia corpora infinitis modis variant absque ulla totius individui mutatione. Atque haec si animus fuisset de corpore ex professo agere, prolixius explicare et demonstrare debuisset. Sed iam dixi, me aliud velle, nec alia de causa haec adferre, quam quia ex ipsis ea, quae demonstrare constitui, facile possum deducere.

### POSTULATA.

- I. **Corpus humanum componitur ex plurimis (diversae naturae) individuis, quorum unumquodque valde compositum est.**
- II. **Individuorum, ex quibus corpus humanum componitur, quaedam fluida, quaedam mollia et quaedam denique dura sunt.**
- III. **Individua corpus humanum componentia, et consequenter ipsum humanum corpus a corporibus externis plurimis modis afficitur.**
- IV. **Corpus humanum indiget, ut conservetur, plurimis aliis corporibus, a quibus continuo quasi regeneratur.**
- V. **Quum corporis humani pars fluida a corpore externo determinatur, ut in aliam mollem saepe impingat, eius planum mutat et veluti quaedam corporis externi impellentis vestigia eidem imprimat.**

**VI. Corpus humanum potest corpora externa plurimis modis movere plurimisque modis disponere.**

**PROPOS. XIV.** Mens humana apta est ad plurima percipiendum, et eo aptior, quo eius corpus pluribus modis disponi potest.

**DEMONSTR.** Corpus enim humanum (per postul. 3. et 6.) plurimis modis a corporibus externis afficitur, disponiturque ad corpora externa plurimis modis afficiendum. At omnia, quae in corpore humano contingunt (per prop. 12. huius), mens humana percipere debet. Est ergo mens humana apta ad plurima percipiendum, et eo aptior etc.; q. e. d.

**PROPOS. XV.** Idea, quae esse formale humanae mentis constituit, non est simplex, sed ex plurimis ideis composita.

**DEMONSTR.** Idea, quae esse formale humanae mentis constituit, est idea corporis (per prop. 13. huius), quod (per post. 1.) ex plurimis valde compositis individuis componitur. At cuiuscumque individui corpus componentis datur necessario (per coroll. prop. 8. huius) in Deo idea. Ergo (per prop. 7. huius) idea corporis humani ex plurimis bisce partium componentium ideis composita; q. e. d.

**PROPOS. XVI.** Idea cuiuscumque modi, quo corpus humanum a corporibus externis afficitur, involvere debet naturam corporis humani et simul naturam corporis externi.

**DEMONSTR.** Omnes enim modi, quibus corpus aliquod afficitur, ex natura corporis affecti, et simul ex natura corporis afflicantis sequuntur (per ax. 1. post coroll. lemm. 3.). Quare eorum idea (per ax. 4. part. 1.) utriusque corporis naturam necessario involvet. Adeoque idea cuiuscumque modi, quo corpus humanum a corpore externo afficitur, corporis humani et corporis externi naturam involvit; q. e. d.

**COROLL. I.** Hinc sequitur primo, mentem humanam plurimorum corporum naturam una cum sui corporis natura percipere.

**COROLL. II.** Sequitur secundo, quod ideae, quas corporum externorum habemus, magis nostri corporis constitutionem, quam corporum externorum naturam indicant; quod in appendice partis primæ multis exemplis explicui.

**PROPOS. XVII.** Si humanum corpus affectum est modo, qui naturam corporis alicuius externi involvit, mens humana idem corpus externum ut actu existens, vel ut sibi praesens contemplabitur, donec corpus afficiatur affectu, qui eiusdem corporis existentiam vel praesentiam secludat.

**DEMONSTR.** Patet. Nam quam diu corpus humanum sic affectum est, tam diu mens humana (per prop. 12. huius) hanc corporis affectionem contemplabitur, hoc est (per prop. praeced.) ideam habebit modi actu existentis, quae naturam corporis externi involvit, hoc est, ideam, quae existentiam vel praesentiam naturae corporis externi non secludit, sed ponit. Adeoque mens (per coroll. 1. praeced.) corpus externum ut actu existens, vel ut praesens contemplabitur, donec afficiatur etc.; q. e. d.

**COROLL.** Mens corpora externa, a quibus corpus humauum semel affectum fuit, quamvis non existant nec praesentia sint, contemplari tamen poterit, velut praesentia essent.

**DEMONSTR.** Dum corpora externa corporis humani partes fluidas ita determinant, ut in molliores saepe impingant, earum plana (per post. 5.) mutant. Unde sit (vide ax. 2. post coroll. lemm. 3.) ut inde alio modo reflectantur, quam antea solebant, et ut etiam postea iisdem novis planis spontaneo suo motu occurrendo, eodem modo reflectantur, ac quum a corporibus exteris versus illa plana impulsae sunt, et consequenter, ut corpus humanum, dum sic reflexae moveri pergunt, eodem modo afficiant, de quo mens (per prop. 12. huius) iterum cogitabit, hoc est (per prop. 17. huius) mens iterum corpus externum ut praesens contemplabitur; et hoc toties, quoties corporis humani partes flu-

**de spontaneo suo motu iisdem planis occurrent.** Quare quamvis corpora externa, a quibus corpus humanum affectum semel fuit, non existant, mens tamen eadem toties ut praesentia contemplabitur, quoties haec corporis actio repetetur; q. e. d.

SCHOL. Videmus itaque, qui fieri potest, ut ea quae non sunt veluti praesentia contemplemur, ut saepe fit. Et fieri potest, ut hoc aliis de causis contingat. Sed mihi hic sufficit ostendisse unam, per quam rem sic possem explicare, ac si ipsam per veram causam ostendissem; nec tamen credo, me a vera longe aberrare, quandoquidem omnia illa quae sumpsi postulata vix quicquam continent, quod non constet experientia, de qua nobis non licet dubitare, postquam ostendimus corpus humanum, prout ipsum sentimus, existere (vide coroll. post prop. 13. huius). Praeterea (ex coroll. praeced. et coroll. 2. prop. 16. huius) clare intelligimus, quaenam sit differentia inter ideam ex. gr. Petri, quae essentiam mentis ipsius Petri constituit, et inter ideam ipsius Petri, quae in alio homine, puta in Paulo, est. Illa enim essentiam corporis ipsius Petri directe explicat, nec existentiam involvit nisi quam diu Petrus existit; haec autem magis constitutionem corporis Pauli, quam Petri naturam indicat, et ideo durante illa corporis Pauli constitutione mens Pauli, quamvis Petrus non existat, ipsum tamen ut sibi praesentem contemplabitur. Porro, ut verba usitata retineamus, corporis humani affectiones, quarum ideae corpora externa velut nobis praesentia repraesentant, rerum imagines vocabimus, tametsi rerum figuram non referunt: et quum mens hac ratione contemplatur corpora, eandem imaginari dicemus. Atque hic, ut, quid sit error, indicare incipiamus, notetis velim, mentis imaginationes in se spectatas nihil erroris continere, sive mentem *ex eo, quod imaginatur, non errare*; sed tantum quatenus consideratur, carere idea, quae existentiam illarum rerum, quas sibi praesentes imaginatur, secludat. Nam si mens, dum res non existentes ut sibi praesentes imaginatur, simul sciret, res illas revera non existere, hanc sane imaginandi potentiam virtuti suae naturae, non vitio tribueret; praesertim si haec imaginandi facultas a sola sua natura penderet, hoc est (per defin. 7. part. 1.) si haec mentis imaginandi facultas libera esset.

**PROPOS. XVIII.** *Si corpus humanum a duobus vel pluribus corporibus simul affectum fuerit semel, ubi mens postea eorum aliquod imaginabitur, statim et aliorum recordabitur.*

**DEMONSTR.** Mens (per coroll. praeced.) corpus aliquod ea de causa imaginatur, quia scilicet humanum corpus a corporis exteri vestigis eodem modo afficitur disponiturque, ac affectum est, quum quaedam eius partes ab ipso corpore externo fuerint impulsae. Sed (per hypothesisin) corpus tum ita fuit dispositum, ut mens duo simul corpora imaginaretur. Ergo iam etiam duo simul imaginabitur, atque mens ubi alterutrum imaginabitur, statim et alterius recordabitur; q. e. d.

**SCHOL.** Hinc clare intelligimus, quid sit memoria. Est enim nihil aliud, quam quaedam concatenatio idearum, naturam rerum, quae extra corpus humanum sunt, involventium, quae in mente fit secundum ordinem et concatenationem affectionum corporis humani. Dico *primo* concatenationem esse illarum tantum idearum, quae naturam rerum, quae extra corpus humanum sunt, involvunt; non autem idearum, quae earundem rerum naturam explicant. Sunt enim revera (per prop. 16. huius) ideae affectionum corporis humani, quae tam huius, quam corporum exterorum naturam involvunt. Dico *secundo* hanc concatenationem fieri secundum ordinem et concatenationem affectionum corporis humani, ut ipsam distinguerem a concatenatione idearum, quae fit secundum ordinem intellectus, quo res per primas suas causas mens percipit, et qui in omnibus hominibus idem est. Atque hinc porro clare intelligimus, cur mens ex cogitatione unius rei statim in alterius rei cogitationem incidat, quae nullam cum priore habet similitudinem; ut ex. gr. ex cogitatione vocis *pomi* homo Romanus statim in cogitationem fructus incidit, qui nullam cum articulato illo sono habet similitudinem, nec aliquid commune, nisi quod eiusdem hominis corpus ab his duobus affectum saepe fuit, hoc est, quod ipse homo saepe vocem *pomum* audivit, dum ipsum fructum videret; et sic unusquisque ex una in aliam cogitationem incident, prout rerum imagines uniuscuiusque consuetudo in corpore ordinavit. Nam miles ex. gr. visus in arena equi

vestigiis statim ex cogitatione equi in cognitionem equitis, et inde in cognitionem belli etc. incidet. At rusticus ex cogitatione equi in cognitionem aratri, agri etc. incidet; et sic unusquisque, propter rerum imagines consuevit hoc vel alio modo iungere et concaternare, ex una in hanc vel in aliam incidet cognitionem.

**PROPOS. XIX.** Mens humana ipsum humanum corpus non cognoscit, nec ipsum existere scit, nisi per ideas affectionum, quibus corpus afficitur.

**Demonstr.** Mens enim humana est ipsa idea sive cognitio corporis humani (per prop. 13. huius), quae (per prop. 9. huius) in Deo quidem est, quatenus alia rei singularis idea affectus consideratur; vel quia (per post. 4.) corpus humanum plurimis corporibus indiget, a quibus continuo quasi regeneratur, et ordo et connexio idearum idem est (per prop. 7. huius) ac ordo et connexio causarum, erit haec idea in Deo, quatenus plurimarum rerum singularium ideis affectus consideratur. Deus itaque ideam corporis humani habet, sive corpus humanum cognoscit, quatenus plurimis aliis ideis affectus est, et non quatenus naturam humanae mentis constituit, hoc est (per coroll. prop. 11. huius) mens humana corpus humanum non cognoscit. At ideae affectionum corporis in Deo sunt, quatenus humanae mentis naturam constituit, sive mens humana eadem affectiones percipit (per prop. 12. huius), et consequenter (per prop. 16. huius) ipsum corpus humanum, idque (per prop. 17. huius) ut actu existens. Percipit ergo eatenas tantum mens humana ipsum humanum corpus; q. e. d.

**PROPOS. XX.** Mentis humanae datur etiam in Deo idea sive cognitio, quae in Deo eodem modo sequitur et ad Deum eodem modo refertur, ac idea sive cognitio corporis humani.

**Demonstr.** Cogitatio attributum Dei est (per prop. 1. huius); adeoque (per prop. 3. huius) tam eius, quam omnium eius affectionum, et consequenter (per prop. 11. huius) mentis etiam hu-

manae debet necessario in Deo dari idea. Deinde haec mensis idea sive cognitio non sequitur in Deo dari, quatenus infinitus; sed quatenus alia rei singularis idea affectus est (per prop. 9. huius). Sed ordo et conexio idearum idem est, ac ordo et conexio causarum (per prop. 7. huius). Sequitur ergo haec mentis idea sive cognitio in Deo, et ad Deum eodem modo referatur, ac idea sive cognitio corporis; q. e. d.

**PROPOS. XXI.** Haec mentis idea eodem modo unita est menti, ac ipsa mens unita est corpori.

**Demonstra.** Mentem unitam esse corpori ex eo ostendimus, quod scilicet corpus mentis sit obiectum (vide prop. 12. et 13. huius): adeoque per eandem illam rationem idea mentis cum suo obiecto, hoc est, cum ipsa mente eodem modo unita esse debet, ac ipsa mens unita est corpori; q. e. d.

**SCHOL.** Haec propositio longe clarius intelligitur ex dictis in schol. prop. 7. huius. Ibi enim ostendimus corporis ideam et corpus, hoc est (per prop. 13. huius), mentem et corpus, unum et idem esse individuum, quod iam sub cogitationis, iam sub extencionis attributo concipitur. Quare mentis idea et ipsa mens una eademque est res, quae sub uno eademque attributo, nempe cogitationis, concipitur. Mentis, inquam, idea et ipsa mens in Deo eadem necessitate ex eadem cogitandi potentia sequuntur dari. Nam revera idea mentis, hoc est, idea ideae nihil aliud est, quam forma ideae, quatenus haec ut modus cogitandi absque relatione ad obiectum consideratur. Simulac enim quis aliquid scit, eo ipso scit se id scire, et simul scit se scire quod scit, et sic infinitum. Sed de his postea.

**PROPOS. XXII.** Mens humana non tantum corporis affectiones, sed etiam harum affectionum ideas percipit.

**Demonstra.** Affectionum idearum ideae in Deo eodem modo sequuntur et ad Deum eodem modo referuntur, ac ipsae affectionum ideae; quod eodem modo demonstratur, ac propositio 20.

buius. At ideae affectionum corporis in mente humana sunt (per prop. 12. huius), hoc est (per coroll. prop. 11. huius), in Deo, quatenus humanae mentis essentiam constituit. Ergo harum idearum ideae in Deo erunt, quatenus humanae mentis cognitio nem sive ideam habet, hoc est (per prop. 21. huius), in ipsa mente humana, quae propterea non tantum corporis affectiones, sed earum etiam ideas percipit; q. e. d.

**PROPOS. XXIII.** Mens se ipsam non cognoscit, nisi quatenus corporis affectionum ideas percipit.

**DEMONSTR.** Mentis idea sive cognitio (per prop. 20. huius) in Deo eodem modo sequitur et ad Deum eodem modo refertur, ac corporis idea sive cognitio. At quoniam (per prop. 19. huius) mens humana ipsum humanum corpus non cognoscit, hoc est (per coroll. prop. 11. huius) quoniam cogitio corporis humani ad Deum non refertur, quatenus humanae mentis naturam constituit; ergo nec cognitio mentis ad Deum refertur, quatenus essentiam mentis humanae constituit; atque adeo (per idem coroll. prop. 11. huius) mens humana eatenus se ipsam non cognoscit. Deinde affectionum, quibus corpus afficitur, ideae naturam ipsius corporis humani involvunt (per prop. 16. huius), hoc est (per prop. 13. huius) cum natura mentis convenient. Quare harum idearum cognitio cognitionem mentis necessario involvet. At (per prop. praeced.) harum idearum cognitio in ipsa humana mente est. Ergo mens humana eatenus tantum se ipsam novit; q. e. d.

**PROPOS. XXIV.** Mens humana partium corpus humanum componentium adaequatam cognitionem non involvit.

**DEMONSTR.** Partes corpus humanum componentes ad essentiam ipsius corporis non pertinent, nisi quatenus motus suos certa quadam ratione invicem communicant (vide defin. post coroll. lemmat. 3.), et non quatenus ut individua absque relatione ad humanum corpus considerari possunt. Sunt enim partes humani corporis (per post. 1.) valde composita individua, quorum partes

(per lemma 4.) a corpore humano servata omnino eiusdem natura et forma segregari possant, motusque suos (vide ax. 2. post lemma 3.) aliis corporibus-alia ratione communicare. Adeoque (per prop. 3. huius) cuiuscumque partis idea sive cognitio in Deo erit, et quidem (per prop. 9. huius) quatenus affectus consideratur alia idea rei singularis, quae res singularis ipsa parte ordine naturae prior est (per prop. 7. huius). Quod idem praeterea etiam de quacumque parte ipsius individui corpus humanum componentis est dicendum. Adeoque cuiuscumque partis corpus humanum componentis cognitio in Deo est, quatenus plurimis rerum ideis affectus est, et non quatenus corporis humani tantum habet ideam, hoc est (per prop. 13. huius) ideam, quae humanae mentis naturam constituit. Atque adeo (per coroll. prop. 11. huius) humana mens partium corpus humanum componentium adaequatam cognitionem non involvit; q. e. d.

**PROPOS. XXV.** Idea cuiuscumque affectionis corporis humani adaequatam corporis externi cognitionem non involvit.

**Demonstr.** Ideam affectionis corporis humani etenim corporis externi naturam involvere ostendimus (vide prop. 16. huius), quatenus externum ipsum humanum corpus certo quodam modo determinat. At quatenus externum corpus individuum est, quod ad corpus humanum non refertur, eius idea sive cognitio in Deo est (per prop. 9. huius), quatenus Deus affectus consideratur alterius rei idea, quae (per prop. 7. huius) ipso corpore externo prior est natura. Quare corporis externi adaequata cognitio in Deo non est, quatenus ideam affectionis humani corporis habet, sive idea affectionis corporis humani adaequatam corporis externi cognitionem non involvit; q. e. d.

**PROPOS. XXVI.** Mens humana nullum corpus externum ut actu existens percipit, nisi per ideas affectionum sui corporis.

**Demonstr.** Si a corpore aliquo externo corpus humanum

nullo modo affectum est; ergo (per prop. 7. huius) nec idea corporis humani, hoc est (per prop. 13. huius) nec mens humana idea existentiae illius corporis ullo etiam modo affecta est, sive existentiam illius corporis externi ullo modo percipit. At quatenus corpus humanum a corpore aliquo externo aliquo modo affectum est, eatus (per prop. 16. huius cum coroll. eiusdem) corpus externum percipit; q. e. d.

**COROLL.** Quatenus mens humana corpus externum imaginatur, eatus adaequatam eius cognitionem non habet.

**Demonstr.** Quum mens humana per ideas affectionum sui corporis corpora externa contemplatur, eandem tum imaginari dicimus (vide schol. prop. 17. huius); nec mens alia ratione (per prop. praeced.) corpora externa ut actu existentia imaginari potest. Atque adeo (per prop. 25. huius) quatenus mens corpora externa imaginatur, eorum adaequatam cognitionem non habet; q. e. d.

**PROPOS. XXVII.** Idea cuiuscumque affectionis corporis humani adaequatam ipsius humani corporis cognitionem non involvit.

**Demonstr.** Quaelibet idea cuiuscumque affectionis humani corporis eatus naturam corporis humani involvit, quatenus ipsum humanum corpus certo quodam modo affici consideratur (vide prop. 16. huius). At quatenus corpus humanum individuum est, quod multis aliis modis affici potest, eius idea etc. Vid. demonstr. prop. 25. huius.

**PROPOS. XXVIII.** Ideae affectionum corporis humani, quatenus ad humanam mentem tantum referuntur, non sunt clarae et distinctae, sed confusae.

**Demonstr.** Ideae enim affectionum corporis humani tam corporum exteriorum, quam ipsius humani corporis naturam involvent (per prop. 16. huius); nec tantum corporis humani, sed etiam exteriorum naturam involvere debent. Affectiones nam-

que modi sunt (per post. 3.), quibus partes corporis humani, et consequenter totum corpus afficitur. At (per prop. 24. et 21. huius) corporum externorum adaequata cognitio, ut et partium corpus humanum componentium, in Deo non est, quatenus humara mente, sed quatenus aliis ideis affectus consideratur. Sunt ergo haec affectionum ideae, quatenus ad solam humanam mentem referuntur, veluti consequentiae absque praemissis, hoc est (at per se notum) ideae confusae; q. e. d.

SCHOL. Idea, quae naturam mentis humanae constituit, demonstratur eodem modo non esse in se sola considerata clara et distincta; ut etiam idea mentis humanae et ideae idearum affectionum corporis humani, quatenus ad solam mentem referuntur, quod unusquisque facile videre potest.

**PROPOS. XXIX.** Idea ideae cuiuscumque affectionis corporis humani adaequatam humanae mentis cognitionem non involvit.

DEMONSTR. Idea enim affectionis corporis humani (per prop. 27. huius) adaequatam ipsius corporis cognitionem non involvit, sive eius naturam adaequate non exprimit, hoc est (per prop. 13. huius) cum natura mentis non convenit adaequate. Adeoque (per ax. 6. part. 1.) huius ideae idea adaequate humanae mentis naturam non exprimit, sive adaequatam eius cognitionem non involvit; q. e. d.

COROLL. Hinc sequitur, mentem humanam, quoties ex communi naturae ordine res percipit, nec sui ipsius, nec sui corporis, nec corporum externorum adaequatam, sed confusam tantum et mutilatam habere cognitionem. Nam mens se ipsam non cognoscit, nisi quatenus ideas affectionum corporis percipit (per prop. 23. huius). Corpus autem suum (per prop. 19. huius) non percipit, nisi per ipsas affectionum ideas, per quas etiam tantum (per prop. 26. huius) corpora externa percipit. Atque adeo quatenus eas habet, nec sui ipsius (per prop. 29. huius), nec sui corporis (per prop. 27. huius), nec corporum externorum (per prop. 25. huius) habet adaequatam cognitionem; sed

**tantum (per prop. 28. huius cum eius schol.) mutilatam et confusam; q. e. d.**

**SCHOL.** Dico expresse, quod mens nec sui ipsius, nec sui corporis, nec corporum externorum adaequatam, sed confusam tantam cognitionem habeat, quoties ex communi naturae ordine res percipit, hoc est, quoties externe, ex rerum nempe fortuito occursu, determinatur ad hoc vel illud contemplandum, et non quoties interne, ex eo scilicet quod res plures simul contemplatur, determinatur ad earundem convenientias, differentias et op-pugnantias intelligendum. Quoties enim hoc vel alio modo interne disponitur, tum res clare et distincte contemplatur, ut infra ostendam.

**PROPOS. XXX.** Nos de duratione nostri corporis nullam nisi admodum inadaequatam cognitionem habere possumus.

**DEMONSTR.** Nostri corporis duratio ab eius essentia non de-pendet (per ax. 1. huius), nec etiam ab absoluta Dei natura (per prop. 21. part. 1.); sed (per prop. 28. part. 1.) ad existendum et operandum determinatur a talibus causis, quae etiam ab aliis de-terminatae sunt ad existendum et operandum certa ac determinata ratione, et hae iterum ab aliis, et sic in infinitum. Nostri igitur corporis duratio a communi naturae ordine et rerum constitutione pendet. Qua autem ratione res constitutae sint, eius rei adae-quata cognitio datur in Deo, quatenus earum omnium ideas, et non quatenus tantum humani corporis ideam habet (per coroll. prop. 9. huius). Quare cognitio durationis nostri corporis est in Deo admodum inadaequata, quatenus tantum naturam mentis humanae constituere consideratur, hoc est (per coroll. prop. 11. huius) haec cognitio est in nostra mente admodum inadaequata; q. e. d.

**PROPOS. XXXI.** Nos de duratione rerum singula-  
rium, quae extra nos sunt, nullam nisi admodum inadaequatam cognitionem habere possumus.

**DEMONSTR.** Unaquaque enim res singularis, sicuti huma-

num corpus, ab alia re singulari determinari debet ad existendum et operandum certa ac determinata ratione; et haec iterum ab alia, et sic in infinitum (per prop. 28. part. 1.). Quum autem ex hac communione rerum singularium proprietate in praecedenti propos. demonstraverimus, nos de duratione nostri corporis non nisi admodum inadaequatam cognitionem habere; ergo hoc idem de rerum singularium duratione erit concludendum, quod scilicet eius non nisi admodum inadaequatam cognitionem habere possumus; q. e. d.

**COROLL.** Hinc sequitur, omnes res particulares contingentes et corruptibles esse. Nam de earum duratione nullam adaequatam cognitionem habere possumus (per prop. praeced.), et hoc est id, quod per rerum contingentiam et corruptionis possibilitatem nobis est intelligendum. Vide schol. 1. prop. 33. part. 1. Nam (per prop. 29. part. 1.) praeter hoc nullum datur contingens.

**PROPOS. XXXII.** Omnes ideae, quatenus ad Deum referuntur, verae sunt.

**Demonstr.** Omnes enim ideae, quae in Deo sunt, cum suis ideatis omnino convenient (per coroll. prop. 7. huius); adeoque (per ax. 6. part. 1.) omnes verae sunt; q. e. d.

**PROPOS. XXXIII.** Nihil in ideis positivum est, propter quod falsae dicuntur.

**Demonstr.** Si negas, concipe, si fieri potest, modum positivum cogitandi, qui formam erroris sive falsitatis constitut. Hic cogitandi modus non potest esse in Deo (per prop. praeced.); extra Deum autem etiam nec esse nec concipi potest (per prop. 15. part. 1.). Atque adeo nihil potest dari positivum in ideis, propter quod falsae dicuntur; q. e. d.

**PROPOS. XXXIV.** Omnis idea, quae in nobis est absoluta sive adaequata et perfecta, vera est.

**Demonstr.** Quum dicimus, dari in nobis ideam adaequitam et perfectam, nihil aliud dicimus (per coroll. prop. 11. huius)

quam quod in Deo, quatenus nostrae mentis essentiam constituit, detar idea adaequata et perfecta, et consequenter (per prop. 32. huius) nihil aliud dicimus, quam quod talis idea sit vera; q. e. d.

**PROPOS. XXXV.** Falsitas consistit in cognitionis privatione, quam ideae inadaequatae sive mutilatae et confusae involvunt.

**DEMONSTR.** Nihil in ideis positivum datur, quod falsitatis formam constitutat (per prop. 33. huius). At falsitas in absoluta privatione consistere nequit (mentes enim, non corpora errare nec falli dicuntur), neque etiam in absoluta ignorantia; diversa enim sunt ignorare et errare. Quare in cognitionis privatione, quam rerum inadaequata cognitio sive ideae inadaequatae et confusae involvunt, consistit; q. e. d.

**SCHOL.** In scholio prop. 17. huius partis explicui, qua ratione error in cognitionis privatione consistit. Sed ad uberiorem huius rei explicationem exemplum dabo. Nempe falluntur homines, quod se liberos esse putant; quae opinio in hoc solo consistit, quod suarum actionum sint concii et ignari causarum, a quibus determinantur. Haec ergo est eorum libertatis idea, quod suarum actionum nullam cognoscant causam. Nam quod aiunt, humanas actiones a voluntate pendere, verba sunt, quorum nullam habent ideam. Quid enim voluntas sit et quomodo moveat corpus, ignorant omnes; qui aliud iactant, animae sedes et habitacula fingunt, vel risum vel nauseam movere solent. Sic quum solem intuemur, eum ducentos circiter pedes a nobis distare imaginamur; qui error in hac sola imaginatione non consistit, sed in eo, quod dum ipsum sic imaginamur, veram eius distantiam et huius imaginationis causam ignoramus. Nam tametsi postea cognoscamus, eundem ultra 600 terrae diametros a nobis distare, ipsum nihilo minus prope adesse imaginabimur; non enim solem adeo propinquum imaginamur, propterea quod veram eius distantiam ignoramus, sed propterea, quod affectio nostri corporis essentiam solis involvit, quatenus ipsum corpus ab eodem affectat.

**PROPOS. XXXVI.** Ideae inadaequatae et confusae eadem necessitate consequuntur, ac adaequatae sive clarae et distinctae ideae.

**Demonstr.** Ideae omnes in Deo sunt (per prop. 15. part. 1.), et quatenus ad Deum referuntur, sunt verae (per prop. 32. huius) et (per coroll. prop. 7. huius) adaequatae; adeoque nullae inadaequatae nec confusae sunt, nisi quatenus ad singularem aliquius mentem referuntur. Qua de re vide prop. 24. et 28. huius. Adeoque omnes tam adaequatae, quam inadaequatae eadem necessitate (per coroll. prop. 6. huius) consequuntur; q. e. d.

**PROPOS. XXXVII.** Id quod omnibus commune (de his vide supra lemma 2.), quodque aequo in parte ac in toto est, nullius rei singularis essentiam constituit.

**Demonstr.** Si negas, concipe, si fieri potest, id essentiam alicuius rei singularis constituere, nempe essentiam B. Ergo (per defin. 2. huius) id sine B non poterit esse, neque concipi. Atqui hoc est contra hypothesis. Ergo id ad essentiam B non pertinet, nec alterius rei singularis essentiam constituit; q. e. d.

**PROPOS. XXXVIII.** Illa quae omnibus communia, quaeque aequo in parte ac in toto sunt, non possunt concipi nisi adaequate.

**Demonstr.** Sit A aliquid, quod omnibus corporibus commune, quodque aequo in parte cuiuscumque corporis ac in toto est. Dico A non posse concipi nisi adaequate. Nam eius idea (per coroll. prop. 7. huius) erit necessario in Deo adaequata, tam quatenus ideam corporis humani, quam quatenus ideas habet eiusdem affectionum, quae (per prop. 16. 25. et 27. huius) tam corporis humani, quam corporum externorum naturam ex parte involvunt, hoc est (per prop. 12. et 13. huius) haec idea erit necessario in Deo adaequata, quatenus mentem humanam constituit, sive quatenus ideas habet, quae in mente humana sunt. Mens

**igitur (per coroll. prop. 11. huius) A necessario adaequate percipit, idque tam quatenus se, quam quatenus suum, vel quodcumque externum corpus percipit; nec A alio modo potest concipi; q. e. d.**

**COROLL.** Hinc sequitur, dari quasdam ideas sive notiones omnibus hominibus communes. Nam (per lemma 2.) omnia corpora in quibusdam convenient, quae (per prop. praeced.) ab omnibus debent adaequate sive clare et distincte percipi.

**PROPOS. XXXIX.** Id quod corpori humano et quibusdam corporibus externis, a quibus corpus humanum affici solet, quodque in cuiuscumque horum parte aequa ac in toto commune est et proprium, eius etiam idea erit in mente adaequata.

**DEMONSTR.** Sit A id quod corpori humano et quibusdam corporibus externis commune est et proprium, quodque aequa in humano corpore ac in iisdem corporibus externis, et quod denique aequa in cuiuscumque corporis externi parte ac in toto est. Ipsius A dabitur in Deo idea adaequata (per coroll. prop. 7. huius), tam quatenus ideam corporis humani, quam quatenus positorum corporum externorum ideas habet. Ponatur iam humanum corpus a corpore externo affici per id quod cum eo habet commune, hoc est, ab A. Huius affectionis idea proprietatem A involvet (per prop. 16. huius); atque adeo (per idem coroll. prop. 7. huius) idea huius affectionis, quatenus proprietatem A involvit, erit in Deo adaequata, quatenus idea corporis humani affectus est, hoc est (per prop. 13. huius) quatenus mentis humanae naturam constituit. Adeoque (per coroll. prop. 11. huius) haec idea est etiam in mente humana adaequata; q. e. d.

**COROLL.** Hinc sequitur, quod mens eo aptior est ad plura adaequate percipiendum, quo eius corpus plura habet cum aliis corporibus communia.

**PROPOS. XL.** Quaecumque ideae in mente sequuntur ex ideis, quae in ipsa sunt adaequatae, sunt etiam adaequatae.

**DEMONSTR.** Patet. Nam quum dicimus, in mente humana ideam sequi ex ideis, quae in ipsa sunt adaequatae, nihil aliud dicimus (per coroll. prop. 11. huius) quam quod in ipso divine intellectu detur idea, cuius Deus est causa, non quatenus infinitus est, nec quatenus plurimarum rerum singularium ideis affectus est; sed quatenus tantum humanae mentis essentiam constituit.

**SCHOL.** I. His causam notionum, quae communes vocantur quaeque ratiocinii nostri fundamenta sunt, explicui. Sed aliae quorundam axiomatum sive notionum causee dantur, quas hac nostra methodo explicare e re foret. Ex iis namque constaret, quaenam notiones prae reliquis utiliores, quaenam vero vix ullius usus essent; deinde quaenam communes, et quaenam iis tantum, qui praecipiis non laborant, clarae et distinctae; et quaenam denique male fundatae sint. Praeterea constaret, unde notiones illae, quas secundas vocant, et consequenter axiomata, quae in hisdem fundantur, suam duxerunt originem, et alia quae circa haec aliquando meditatus sum. Sed quoniam haec ab illo diecavi tractatui, et etiam ne propter nimiam huius rei prolixitatem fastidium crearem, hac re hic supersedere decrevi. Attamen ne quid horum omittam, quod scitu necessarium sit, causas breviter addam, ex quibus termini transcendentales dicti suam duxerunt originem, ut ens, res, aliquid. Hi termini ex hoc oriuntur, quod scilicet humanum corpus, quandoquidem limitatum est, tantum est capax certi imaginum numeri (quid imago sit explicui in schol. prop. 17. huius) in se distincte simul formandi; qui si excedatur, hae imagines confundi incipient, et si hic imaginum numerus, quarum corpus est capax, ut eas in se simul distincte formet, longe excedatur, omnes inter se plane confundentur. Quum hoc ita se habeat, patet ex coroll. prop. 17. et prop. 18. huius, quod mens humana tot corpora distincte simul imaginari poterit, quot in ipsis corpore imagines possunt simul formari. At ubi imagines in corpore plane confunduntur, mens etiam omnia corpora confuse sine ulla distinctione imaginabitur et quasi sub uno attributo comprehendet, nempe sub attributo entis, rei etc. Potest hoc etiam ex eo deduci, quod imagines non semper aequae vigeant, et ex aliis causis his analogis, quas hic explicare non est opus; nam ad nostrum, ad quem collimamus, sco-

pum unam tantum sufficit considerare. Nam omnes hoc redeunt, quod hi termini ideas significant summo gradu confusas. Ex similibus deinde causis ortae sunt notiones illae, quas universales vocant, ut homo, equus, canis etc. Videlicet quia in corpore humano tot imagines, ex. gr. hominum formantur simul, ut vis imaginandi non quidem penitus, sed eo usque tamen superent, ut singulorum parvas differentias (videlicet uniuscuiusque colorum, magnitudinem etc.) eorumque determinatum numerum mens imaginari nequeat, et id tantum, in quo omnes, quatenus corpus ab iisdem afficitur, convenient, distincte imaginetur; nam ab eo corpus, maxime scilicet ab unoquoque singulari, affectum fuit, atque hoc nomine *hominis* exprimit, hocque de infinitis singularibus praedicat. Nam singularium determinatum numerum, ut diximus, imaginari nequit. Sed notandum, has notiones non ab omnibus eodem modo formari, sed apud unumquemque variare pro ratione rei, a qua corpus affectum saepius fuit, quamque facilius mens imaginatur vel recordatur. Ex. gr. qui saepius cum admiratione hominum staturam contemplati sunt, sub nomine *hominis* intelligent animal erectae statura; qui vero aliud assueti sunt contemplari, aliam hominum communem imaginem formabunt, nempe, hominem esse animal risibile, animal bipes, sine plumis, animal rationale; et sic de reliquis unusquisque pro dispositione sui corporis rerum universales imagines formabit. Quare non mirum est, quod inter philosophos, qui res naturales per solas rerum imagines explicare voluerunt, tot sint ortae controversiae.

SCHOL. II. Ex omnibus supra dictis clare appareat, nos multa percipere et notiones universales formare 1. ex singularibus nobis per sensus mutilata, confuse et sine ordine ad intellectum representatis (vide coroll. prop. 29. huius): et ideo tales perceptiones cognitionem ab experientia vaga vocare consuevi. 2. Ex signis, ex. gr. ex eo, quod auditis aut lectis quibusdam verbis rerum recordemur, et earum quasdam ideas formemus similes iis, per quas res imaginamur. Vide schol. prop. 18. huius. Utrumque hunc res contemplandi modum cognitionem primi generis, opinionem vel imaginationem ~~in posterum~~ vocabo. 3. Denique ex eo, quod notiones commu-

nes rerumque proprietatum ideas adaequatas habemus. Vide coroll. prop. 38. et 39. cum eius coroll. et prop. 40. huius. Atque hunc rationem et secundi generis cognitionem vocabo. Praeter haec duo cognitionis genera datur, ut in sequentibus ostendam, aliud tertium, quod scientiam intuitivam vocabimus. Atque hoc cognoscendi genus procedit ab adaequata idea essentiae formalis quorundam Dei attributorum ad adaequatam cognitionem essentiae rerum. Haec omnia unius rei exemplo explicabo. Dantur ex. gr. tres numeri ad quartum obtinendum, qui sit ad tertium, ut secundus ad primum. Non dubitant mercatores secundum in tertium ducere et productum per primum dividere; quia scilicet ea, quae a magistro absque ulla demonstratione audiverunt, nondum tradiderunt oblivioni, vel quia id saep in numeris simplicissimis experti sunt, vel ex vi demonstrationis prop. 19. libr. 7. element. Euclidis, nempe ex communi proprietate proportionalium. At in numeris simplicissimis nihil horum opus est. Ex. gr. datis numeris 1. 2. 3. nemo non videt, quartum numerum proportionalem esse 6., atque hoc multo clarus, quia ex ipsa ratione, quam primum ad secundum habere uno intuitu videmus, ipsum quartum concludimus.

**PROPOS. XLI.** Cognitio primi generis unica est falsitatis causa, secundi autem et tertii est necessario vera.

**DEMONSTR.** Ad primi generis cognitionem illas omnes ideas diximus in praeced. schol. pertinere, quae sunt inadæquatae et confusae; atque adeo (per prop. 35. huius) haec cognitio unica est falsitatis causa. Deinde ad cognitionem secundi et tertii illas pertinere diximus, quae sunt adæquatae; adeoque (per prop. 34. huius) est necessario vera; q. e. d.

**PROPOS. XLII.** Secundi et tertii, et non primi generis cognitio docet nos verum a falso distinguere.

**DEMONSTR.** Haec propositio per se patet. Qui enim inter *verum et falsum* scit distinguere, debet adæquatam veri et falsi

**habere ideam, hoc est (per schol. 2. prop. 40. huius) verum et falsum secundo aut tertio cognitionis genere cognoscere.**

**PROPOS. XLIII.** *Qui veram habet ideam, simul scit se veram habere ideam, nec de rei veritate potest dubitare.*

**DEMONSTR.** Idea vera in nobis est illa, quae in Deo, quatenus per naturam mentis humanae explicatur, est adaequata (per coroll. prop. 11. huius). Ponamus itaque, dari in Deo, quatenus per naturam mentis humanae explicatur, ideam adaequatam **A.** Huius ideae debet necessario dari etiam in Deo idea, quae ad Deum eodem modo referatur, ac idea **A** (per prop. 20. huius, cuius demonstratio universalis est). At idea **A** ad Deum referri supponitur, quatenus per naturam mentis humanae explicatur; ergo etiam idea ideae **A** ad Deum eodem modo debet referri, hoc est (per idem coroll. prop. 11. huius) haec adaequata idea ideae **A** erit in ipsa mente, quae ideam adaequatam **A** habet; adeoque qui adaequatam habet ideam, sive (per prop. 34. huius) qui vere rem cognoscit, debet simul suae cognitionis adaequatam habere ideam, sive veram cognitionem, hoc est (ut per se manifestum) debet simul esse certus; q. e. d.

**SCHOL.** In scholio propos. 21. huius partis explicui, quid sit idea ideae. Sed notandum, praecedentem propositionem per se satis esse manifestam. Nam nemo, qui veram habet ideam, ignorat veram ideam summam certitudinem involvere. Veram namque habere ideam nihil aliud significat, quam perfecte sive optime rem cognoscere; nec sane aliquis de hac re dubitare potest, nisi putet, ideam quid mutum instar picturae in tabula, et non modum cogitandi esse, nempe ipsum intelligere. Et quaeso, quis scire potest, se rem aliquam intelligere, nisi prius rem intelligat? hoc est, quis potest scire, se de aliqua re certum esse, nisi prius de ea re certus sit? Deinde quid idea vera clarior et certius dari potest, quod norma sit veritatis? Sane sicut lux se ipsam et tenebras manifestat, sic veritas norma sui et falsi est. Atque his me ad has quæstiones respondisse puto; nempe si idea vera, quatenus tantum dicuntur cum suo ideato convenire, a falsa distinguitur,

nihil ergo realitatis aut perfectionis idea vera habet prae falsa (quandoquidem per solam denominationem extrinsecam distinguuntur), et consequenter neque etiam homo, qui veras, prae illo, qui falsas tantum ideas habet. Deinde unde fit, ut homines falsas habeant ideas? Et denique, unde aliquis certo scire potest, se ideas habere, quae cum suis ideatis convenient? Ad has, inquam, quaestiones me iam respondisse puto. Nam quod ad differentiam inter ideam veram et falsam attinet, constat ex propositione 35. huius, illam ad hanc sese habere, ut ens ad non ens: falsitatis autem causas a propositione 19. usque ad 35. cum eius scholio clarissime ostendi. Ex quibus etiam apparet, quid inter hominem, qui veras habet ideas, et hominem, qui non nisi falsas habet, intersit. Quod denique ultimum attinet; nempe, unde nam homo scire potest se habere ideam, quae cum suo ideato convenient, id modo satis superque ostendi ex hoc solo oriri, quod ideam habet, quae cum suo ideato convenient, sive quod veritas sui sit norma. His adde, quod mens nostra, quatenus res vere percipit, pars est infiniti Dei intellectus (per coroll. prop. 11. huius); adeoque tam necesse est, ut mentis clarae et distinctae ideae verae sint, ac Dei ideae.

**PROPOS. XLIV.** De natura rationis non est res ut contingentes, sed ut necessarias contemplari.

**DEMONSTR.** De natura rationis est res vere percipere (per prop. 41. huius), nempe (per ax. 6. part. 1.) ut in se sunt, hoc est (per prop. 29. part. 1.) non ut contingentes, sed ut necessarias; q. e. d.

**COROLL. I.** Hinc sequitur, a sola imaginatione pendere, quod res tam respectu praeteriti, quam futuri, ut contingentes contemplemur.

**SCHOL.** Qua autem ratione hoc fiat, paucis explicabo. Ostendimus supra (prop. 17. huius cum eius coroll.) mentem, quamvis res non existant, eas tamen semper ut sibi praesentes imaginari, nisi causae occurrant, quae earum praesentem existentiam secludant. Deinde (prop. 18. huius) ostendimus, quod, si corpus humanum semel a duobus corporibus externis simul af-

fectum fuit, ubi mens postea eorum alterutrum imaginabitur, statim et alterius recordabitur, hoc est, ambo ut sibi praesentia contemplabitur, nisi causae occurrant, quae eorum praesentem existentiam secludant. Praeterea nemo dubitat, quin etiam tempus imaginemur, nempe ex eo, quod corpora alia aliis tardius vel celerius, vel aequo celeriter moveri imaginemur. Ponamus itaque puerum, qui heri prima vice hora matutina viderit Petrum, meridiana autem Paulum et vespertina Simeonem, atque hodie iterum matutina hora Petrum. Ex propos. 18. huius partis patet, quod simulac matutinam lucem videt, illico solem eandem coeli, quam die praecedenti viderit, partem percurrentem sive diem integrum, et simul cum tempore matutino Petrum, cum meridiano autem Paulum et cum vespertino Simeonem imaginabitur, hoc est, Pauli et Simeonis existentiam cum relatione ad futurum tempus imaginabitur; et contra, si hora vespertina Simeonem videat, Paulum et Petrum ad tempus praeteritum referet, eosdem scilicet simul cum tempore praeterito imaginando; atque haec eo constantius, quo saepius eos eodem hoc ordine viderit. Quod si aliquando contingat, ut alia quadam vespera loco Simeonis Iacobum videat, tum sequenti mane cum tempore vespertino iam Simeonem, iam Iacobum, non vero ambos simul imaginabitur. Nam alterutrum tantum, non autem ambos simul tempore vespertino vidisse supponitur. Fluctuabitur itaque eius imaginatio, et cum futuro tempore vespertino iam hunc, iam illum imaginabitur, hoc est, neutrum certo; sed utrumque contingenter futurum contemplabitur. Atque haec imaginationis fluctuatio eadem erit, si imaginatio rerum sit, quas eodem modo cum relatione ad tempus praeteritum vel praesens contemplamur, et consequenter res tam ad tempus praesens, quam ad praeteritum vel futurum relatas ut contingentes imaginabimur.

**COROLL. II.** De natura rationis est res sub quadam aeternitatis specie percipere.

**Demonstra.** De natura enim rationis est res ut necessarias et non ut contingentes contemplari (per prop. praeced.). Hanc autem rerum necessitatem (per prop. 41. huius) vere, hoc est (per xl. 6. part. 1.) ut in se est, percipit. Sed (per prop. 16. part. 1.) haec rerum necessitas est ipsa Dei aeternae naturae necessitas.

Ergo de natura rationis est res sub hac aeternitatis specie contemplari. Adde, quod fundamenta rationis notiones sint (per prop. 38. huius) quae illa explicant, quae omnibus communia sunt, quaeque (per prop. 37. huius) nullius rei singularis essentiam explicant; quaeque propterea absque ultra temporis relatione, sed sub quadam aeternitatis specie debent concipi; q. e. d.

**PROPOS. XLV.** Unaquaeque cuiuscumque corporis, vel rei singularis actu existentis idea Dei aeternam et infinitam essentiam necessario involvit.

**DEMONSTR.** Idea rei singularis actu existentis ipsius rei tam essentiam, quam existentiam necessario involvit (per coroll. prop. 8: huius). At res singulares (per prop. 15. part. 1.) non possunt sine Deo concipi; sed quia (per prop. 6. huius) Deum pro causa habent, quatenus sub attributo consideratur, cuius res ipsae modi sunt, debent necessario earum ideae (per ax. 4. part. 1.) ipsarum attributi conceptum, hoc est (per defin. 6. part. 1.) Dei aeternam et infinitam essentiam involvere; q. e. d.

**SCHOL.** Hic per existentiam non intelligo durationem, hoc est, existentiam, quatenus abstracte concipitur et tanquam quae-dam quantitatis species. Nam loquor de ipsa natura existentiae, quae rebus singularibus tribuitur, propterea quod ex aeterna necessitate Dei naturae infinita infinitis modis sequuntur. Vide prop. 16. part. 1. Loquor, inquam, de ipsa existentia rerum singularium, quatenus in Deo sunt. Nam etsi unaquaeque ab alia re singulari determinetur ad certo modo existendum; vis tamen, qua unaquaeque in existendo perseverat, ex aeterna necessitate naturae Dei sequitur. Qua de re vide coroll. prop. 24. part. 1.

**PROPOS. XLVI.** Cognitio aeternae et infinitae essentiae Dei, quam unaquaeque idea involvit, est adaequata et perfecta.

**DEMONSTR.** Demonstratio praecedentis propositionis universalis est, et sive res ut pars, sive ut totum consideretur, eius

**Idea sive totius sit, sive partis** (per prop. praeced.), **Dei aeternam et infinitam essentiam involvet.** Quare id, quod cognitionem aeternae et infinitae essentiae Dei dat, omnibus communem et aequam in parte, ac in toto est, adeoque (per prop. 38. huius) erit base cognitionis adaequata; q. e. d.

**PROPOS. XLVII.** Mens humana adaequatam habet cognitionem aeternae et infinitae essentiae Dei.

**DEMONSTR.** Mens humana ideas habet (per prop. 22. huius), ex quibus (per prop. 23. huius) se suumque corpus (per prop. 19. huius) et (per coroll. prop. 16. et per prop. 17. huius) corpora externa ut actu existentia percipit; adeoque (per prop. 45. et 46. huius) cognitionem aeternae et infinitae essentiae Dei habet adaequatam; q. e. d.

**SCHOL.** Hinc videmus, Dei infinitam essentiam eiusque aeternitatem omnibus esse notam. Quum autem omnia in Deo sint et per Deum concipientur, sequitur, nos ex cognitione hac plurima posse deducere, quae adaequate cognoscamus, atque adeo tertium illud cognitionis genus formare, de quo diximus in scholio 2. propos. 40. huius partis, et de cuius praestantia et utilitate in quinta parte erit nobis dicendi locus. Quod autem homines non aequam claram Dei, ac notionum communium habeant cognitionem, inde fit, quod Deum imaginari nequeant ut corpora, et quod nomen *Deus* iunxerunt imaginibus rerum, quas videre solent, quod homines vix vitare possunt, quia continuo a corporibus externis afficiuntur. Et profecto plerique errores in hoc solo consistant, quod scilicet nomina rebus non recte applicamus. Quum enim aliquis ait, lineas, quae ex centro circuli ad eiusdem circumferentiam ducuntur, esse inaequales, ille sane aliud tum saltem per circulum intelligit, quam mathematici. Sic quum homines in calculo errant, alios numeros in mente, alios in charta habent. Quare si ipsorum mentem species, non errant sane; videntur tamen errare, quia ipsos in mente putamus habere numeros, qui in charta sunt. Si hoc non esset, nihil eosdem errare crederemus; ut non credidi quandam errare, quem nuper audivi clamantem, suum atrium volasse in gallinam vicini, quia scilicet ipsius mens

satis perspecta mihi videbatur. Atque hinc pleraeque oriuntur controversiae, nempe quia homines mentem suam non recte explicant, vel quia alterius mentem male interpretantur. Nam revera dum sibi maxime contradicunt, vel eadem vel diversa cogitant, ita ut, quos in alio errores et absurdia esse putant, non sint.

**PROPOS. XLVIII.** In mente nulla est absoluta sive libera voluntas, sed mens ad hoc vel illud volendum determinatur a causa, quae etiam ab alia determinata est, et haec iterum ab alia, et sic infinitum.

**DEMONSTR.** Mens certus et determinatus modus cogitandi est (per prop. 11. huius), adeoque (per coroll. 2. prop. 17. part. 1.) suarum actionum non potest esse causa libera, sive absolutam facultatem volendi et nolendi habere non potest; sed ad hoc vel illud volendum (per prop. 28. part. 1.) determinari debet a causa, quae etiam ab alia determinata est, et haec iterum ab alia etc.; q. e. d.

**SCHOL.** Eodem modo demonstratur in mente nullam dari facultatem absolutam intelligendi, cupiendi, amandi etc. Unde sequitur, has et similes facultates vel prorsus ficticias, vel nihil esse praeter entia metaphysica sive universalia, quae ex particularibus formare solemus; adeo ut intellectus et voluntas ad hanc et illam ideam, vel ad hanc et illam volitionem eodem modo sese habeant, ac lapideitas ad hunc et illum lapidem, vel ut homo ad Petrum et Paulum. Causam autem, cur homines se liberos esse putent, explicuimus in appendice partis primae. Verum antequam ulterius pergam, venit hic notandum, me per voluntatem affirmandi et negandi facultatem, non autem cupiditatem intelligere; facultatem, inquam, intelligo, qua mens, quid verum quidve falsum sit, affirmat vel negat, et non cupiditatem, qua mens res appetit vel aversatur. At postquam demonstravimus, has facultates notiones esse universales, quae a singularibus, ex quibus easdem formamus, non distinguuntur, inquirendum iam est, an ipsae volitiones aliquid sint praeter ipsas rerum ideas. Inquirendum, inquam, est, an in mente alia affirmatio et negatio

detur praeter illam, quam idea, quatenus idea est, involvit, qua de re vide sequentem propositionem, ut et definitionem 3. huius, ne cogitatio in picturas incidat. Non enim per ideas imagines, quales in fundo oculi et, si placet, in medio cerebro formantur, sed cogitationis conceptus intelligo.

**PROPOS. XLIX.** In mente nulla datur volitio sive affirmatio et negatio praeter illam, quam idea, quatenus idea est, involvit.

**DEMONSTR.** In mente (per prop. praeced.) nulla datur absolute facultas volendi et nolendi, sed tantum singulares volitiones, nempe haec et illa affirmatio, et haec et illa negatio. Concipiamus itaque singularem aliquam volitionem, nempe modum cogitandi, quo mens affirmat, tres angulos trianguli aequales esse duobus rectis. Haec affirmatio conceptum sive ideam trianguli involvit, hoc est, sine idea trianguli non potest concipi. Idem enim est, si dicam, quod A conceptum B debeat involvere, ac quod A sine B non possit concipi. Deinde haec affirmatio (per ax. 3. huius) non potest etiam sine idea trianguli esse. Haec ergo affirmatio sine idea trianguli nec esse nec concipi potest. Porro haec trianguli idea, hanc eandem affirmationem involvere debet, nempe quod tres eius anguli aequaliter sunt duobus rectis. Quare et vice versa haec trianguli idea sine hac affirmatione nec esse nec concipi potest; adeoque (per defin. 2. huius) haec affirmatio ad essentiam ideae trianguli pertinet, nec aliud praeter ipsam est. Et quod de hac volitione diximus (quandoquidem eam ad libitum sumpsimus), dicendum etiam est de quacumque volitione, nempe quod praeter ideam nihil sit; q. e. d.

**COROLL.** Voluntas et intellectus unum et idem sunt.

**DEMONSTR.** Voluntas et intellectus nihil praeter ipsas singulares volitiones et ideas sunt (per prop. 48. huius et eiusdem schol.). At singularis volitio et idea (per prop. praeced.) unum et idem sunt. Ergo voluntas et intellectus unum et idem sunt; q. e. d.

**SCHOL.** His causam, quae communiter erroris esse statuitur, sustulimus. Supra autem ostendimus, falsitatem in sola

privatione, quam ideas mutilatae et confusae involvunt, constare. Quare idea falsa, quatenus falsa est, certitudinem non involvit. Quum itaque dicimus, hominem in falsis acquiescere, nec de iis dubitare, non ideo ipsum certum esse, sed tantum non dubitare dicimus, vel quod in falsis acquiescit, quia nullae causae dantur, quae efficiant, ut ipsius imaginatio fluctuetur. Quae de re vide scholium propos. 44. huius partis. Quantumvis igitur homo falsis adhaerere supponatur, nunquam tamen ipsum certum esse dicemus. Nam per certitudinem quid positivum intelligimus (vide prop. 43. huius cum eiusdem schol.), non vero dubitationis privationem. At per certitudinis privationem falsitatem intelligimus. Sed ad ubiorem explicationem praecedentis propositionis quaedam monenda supersunt. Superest deinde, ut ad obiectiones, quae in nostram hanc doctrinam obiici possunt, respondeam. Et denique, ut omnem amoveam scrupulum, operae pretium esse duxi, huius doctrinae quasdam utilitates indicare. Quasdam, inquam; nam praecipuae ex iis, quae in quinta parte dicemus, melius intelligentur.

Incipio igitur a primo, lectoresque moneo, ut accurate distinguant inter ideam sive mentis conceptum, et inter imagines rerum, quas imaginamur. Deinde necesse est, ut distinguant inter ideas et verba, quibus res significamus. Nam quia haec tria, imagines scilicet, verba et ideae, a multis vel plane confunduntur, vel non satis accurate, vel denique non satis caute distinguuntur, ideo hanc de voluntate doctrinam scitu prorsus necessariam tam ad speculationem, quam ad vitam sapienter instituendam plane ignorarunt. Quippe qui putant ideas consistere in imaginibus, quae in nobis ex corporum occursu formantur, sibi persuadent, ideas illas rerum, quarum similem nullam imaginem formare possumus, non esse ideas, sed tantum figmenta, quae ex libero voluntatis arbitrio fingimus; ideas igitur veluti picturas in tabula mutas aspiciunt, et hoc praeiudicio praecoccupati non vident, ideam, quatenus idea est, affirmationem aut negationem involvere. Deinde qui verba confundunt cum idea, vel cum ipsa affirmatione, quam idea involvit, putant se posse contra id, quod sentiunt, velle; quando aliquid solis verbis contra id, quod sentiunt, affirmant aut negant. Haec autem praeiudicia exuere facile is poterit,

qui ad naturam cogitationis attendit, quae extensionis conceptum minime involvit; atque adeo clare intelliget, ideam (quandoquidem modus cogitandi est) neque in rei alicuius imagine, neque in verbis consistere. Verborum namque et imaginum essentia a solis motibus corporeis constituitur, qui cogitationis conceptum minime involvunt.

Atque haec pauca de his monuisse sufficiat. Quare ad praedictas obiectiones transeo. Harum prima est, quod constare putant, voluntatem latius se extendere, quam intellectum; atque adeo ab eodem diversam esse. Ratio autem, cur putant, voluntatem latius se extendere, quam intellectum, est, quia se experiri aiunt, se non maiore assentiendi sive affirmandi et negandi facultate indigere ad infinitis aliis rebus, quas non percipimus, assentiendum, quam iam habemus; at quidem maiori facultate intelligendi. Distinguitur ergo voluntas ab intellectu, quod finitus hic sit, illa autem infinita. Secundo nobis obiici potest, quod experientia nihil clarior videatur docere, quam quod nostrum iudicium possumus suspendere, ne rebus, quas percipimus, assentiamur; quod hinc etiam confirmatur, quod nemo dicitur decipi, quatenus aliquid percipit, sed tantum quatenus assentitur aut dissentit. Ex. gr. qui equum alatum singit, non ideo concedit dari equum alatum, hoc est, non ideo decipitur, nisi simul concedat, dari equum alatum. Nihil igitur videtur docere experientia, quam quod voluntas sive facultas assentiendi libera sit et a facultate intelligendi diversa. Tertio obiici potest, quod una affirmatio non plus realitatis videtur continere, quam alia, hoc est, non maiore potentia indigere videmur ad affirmandum verum esse id, quod verum est, quam ad aliquid, quod falsum est, verum esse affirmandum. At unam ideam plus realitatis sive perfectionis, quam aliam habere percipimus; quantum enim obiecta alia aliis praestantiora, tantum etiam eorum ideae aliæ aliis perfectiores sunt; ex quibus etiam constare videtur differentia inter voluntatem et intellectum. Quarto obiici potest: si homo non operatur ex libertate voluntatis, quid ergo fit, si in aequilibrio sit, ut Buridani asina? Famene et siti peribit? Quod si concedam, viderer *asinam* vel hominis statuam, non

hominem concipere; si autem negem, ergo se ipsum determinabit, et consequenter eundi facultatem et faciendi quicquid velit habet. Praeter haec alia forsitan possunt oblixi; sed quia inculcare non teneor, quid unusquisque somniare potest, ad has obieciones tantum respondere curabo, idque quam potero breviter. Et quidem ad primam dico, me concedere, voluntatem latius se extendere, quam intellectum, si per intellectum claras tantummodo et distinctas ideas intelligent; sed nego voluntatem latius se extendere, quam perceptiones sive concipiendi facultatem. Nec sane video, cur facultas volendi potius dicenda est infinita, quam sentiendi facultas; sicut enim infinita (unum tamen post aliud; nam infinita simul affirmare non possumus) eadem volendi facultate possumus affirmare, sic etiam infinita corpora (unum nempe post aliud) eadem sentiendi facultate possumus sentire sive percipere. Quod si dicant, infinita dari, quae percipere non possumus, regero, nos ea ipsa nulla cogitatione, et consequenter nulla volendi facultate posse assequi. At dicunt, si Deus vellet efficere, ut ea etiam perciperemus, maiorem quidem facultatem percipiendi deberet nobis dare, sed non maiorem, quam dedit, volendi facultatem; quod idem est, ac si dicarent, quod si Deus vellet efficere, ut infinita alia entia intelligeremus, necesse quidem esset, ut nobis daret maiorem intellectum; sed non universaliorem entis ideam, quam dedit, ad eadem infinita entia amplectendum. Ostendimus enim voluntatem ens esse universale sive ideam, qua omnes singulares volitiones, hoc est, id quod iis omnibus commune est, explicamus. Quum itaque hanc omnium volitionum communem sive universalem ideam facultatem esse credant, minime mirum, si hanc facultatem ultra limites intellectus in infinitum se extendere dicant. Universale enim aequa de uno, ac de pluribus ac de infinitis individuis dicitur. Ad secundam obiecione respondeo negando, nos liberam habere potestatem iudicium suspendendi. Nam quum dicimus, aliquem iudicium suspendere, nihil aliud dicimus, quam quod videt, se rem non adaequate percipere. Est igitur iudicij suspensio revera perceptio, et non libera voluntas. Quod ut clare intelligatur, concipiamus puerum equum imaginantem, nec aliud quicquam percipientem. Quandoquidem haec imaginatio equi existentiam

involvit, (per coroll. prop. 17. hujus) nec puer quicquam percipit, quod equi existentiam tollat (ille necessario equum ut praesentem contemplabitur), nec de eius existentia poterit dubitare, quamvis de eadem non sit certus. Atque hoc quotidie in somnis experimur, nec credo aliquem esse qui putet, se, dum somniat, liberam habere potestatem suspendendi de iis, quae somniat, iudicium, efficiendique, ut ea, quae se videre somniat, non somniet; et nihil minus contingit, ut etiam in somnis iudicium suspendamus, nempe quum somniamus, nos somniare. Porro concedo neminem decipi, quatenus percipit, hoc est, mentis imaginaciones in se consideratas nihil erroris involvere concedo (vide schol. prop. 17. huius); sed nego, hominem nihil affirmare, quatenus percipit. Nam quid aliud est equum alatum percipere, quam alas de equo affirmare? Si enim mens praeter equum alatum nihil aliud perciperet, eundem sibi praesentem contemplaretur, nec causam haberet ullam dubitandi de eiusdem existentia, nec ullam dissentiendi facultatem, nisi imaginatio equi alati iuncta sit ideae, quae existentiam eiusdem equi tollit, vel quod percipit, ideam equi alati, quam habet, esse inadequatam, atque tum vel eiusdem equi existentiam necessario negabit, vel de eadem necessario dubitabit. Atque his puto me ad tertiam etiam obiectionem respondisse, nempe quod voluntas universale quid sit, quod de omnibus ideis praedicatur, quodque id tantum significat, quod omnibus ideis commune est, nempe affirmationem, cuius propterea adaequata essentia, quatenus sic abstracte concipitur, debet esse in unaquaque idea, et hac ratione tantum in omnibus eadem; sed non quatenus consideratur essentiam ideae constitutre; nam eatenus singulares affirmations aequa inter se differunt, ac ipsae ideae. Ex. gr. affirmatio, quam idea circuli ab illa, quam idea trianguli involvit, aequa differt, ac idea circuli ab idea trianguli. Deinde absolute nego, nos aequali cogitandi potentia indigere ad affirmandum verum esse id, quod verum est, quam ad affirmandum verum esse id, quod falsum est. Nam hae duas affirmations, si mentem spectes, se habent ad invicem, ut ens ad non-ens; nihil enim in ideis positivum est, quod falsitatis formam constituit. Vide prop. 35. huius cum eius schol. et schol. prop. 47. huius. Quare hic *apprise* venit notandum, quam facile

decipimur, quando universalia cum singularibus et entia rationis et abstracta cum realibus confundimus. Quod denique ad quartam obiectionem attinet, dico, me omnino concedere, quod homo in tali aequilibrio positus (nempe qui nihil aliud percipit, quam sitim et famam, talum cibum et talem potum, qui aequae ab eo distant) fame et siti peribit. Si me rogant, an talis homo non potius asinus, quam homo sit aestimandus, dico, me nescir, ut etiam nescio, quanti aestimandus sit ille, qui se pensilem facit, et quanti aestimandi sint pueri, stulti, vesani etc.

Superest tandem indicare, quantum huius doctrinae cognitio ad usum vitae conferat, quod facile ex his animadvertemus. Nempe I. quatenus docet nos ex solo Dei nutu agere, divinaeque naturae esse particeps, et eo magis quo perfectiores actiones agimus et quo magis magisque Deum intelligimus. Haec ergo doctrina, practerquam quod animum omnimode quietum reddit, hoc etiam habet, quod nos docet, in quo nostra summa felicitas sive beatitudo consistit, nempe in sola Dei cognitione, ex qua ad ea tantum agenda inducimur, quae amor et pietas suadent. Unde clare intelligimus, quantum illi a vera virtutis aestimatione aberrant, qui pro virtute et optimis actionibus, tanquam pro summa servitute, summis praemiis a Deo decorari exspectant, quasi ipsa virtus Deique servitus non esset ipsa felicitas et summa libertas. II. Quatenus docet, quomodo circa res fortunae, sive quae in nostra potestate non sunt, hoc est, circa res, quae ex nostra natura non sequuntur, nos gerere debeamus; nempe utramque fortunae faciem aequo animo exspectare et ferre: nimur quia omnia ab aeterno Dei decreto eadem necessitate sequuntur, ac ex essentia trianguli sequitur, quod tres eius anguli sunt aequales duobus rectis. III. Confert haec doctrina ad vitam socialem, quatenus docet neminem odio habere, contemnere, irridere, nemini irasci, invidere. Praeterea quatenus docet, ut unusquisque suis sit contentus et proximo in auxilium; non ex muliebri misericordia, partialitate, neque superstitione, sed ex solo rationis ductu, prout scilicet tempus et res postulat, ut in tertia parte ostendam. IV. Denique confert etiam haec doctrina non parum ad communem societatem, quatenus docet, qua ratione

cives gubernandi sint et ducendi, nempe non ut serviant, sed ut libere ea quae optima sunt agant. Atque his, quae in hoc scholio agere constitueram, absolvi et eo finem huic nostrae secundae parti impono; in qua puto me naturam mentis humanae eiusque proprietates satis prolixie, et quantum rei difficultas fert, clare explicuisse, atque talia tradidisse, ex quibus multa praeclara, maxime utilia et cognitu necessaria concludi possunt, ut partim ex sequentibus constabit.

ETHICES  
PARS TERTIA.  
DE ORIGINE ET NATURA AFFECTUUM.

---

PRAEFATIO.

Plerique, qui de affectibus et hominum vivendi ratione scripserunt, videntur non de rebus naturalibus, quae communes naturae leges sequuntur, sed de rebus, quae extra naturam sunt, agere: imo hominem in natura, veluti imperium in imperio, concipere videntur. Nam hominem naturae ordinem magis perturbare, quam sequi, ipsumque in suas actiones absolutam habere potentiam, nec aliunde, quam a se ipso determinari credunt. Humanae deinde impotentiae et inconstantiae causam non communi naturae potentiae, sed nescio cui naturae humanae vitio tribuunt, quam propterea flent, rident, contemnunt, vel, quod plerumque fit, detestantur; et qui humanae mentis impotentiam eloquentius vel argutius carpere novit, veluti divinus habetur. Non desuerunt tamen viri praestantissimi (quorum labori et industriae nos multum debere fatemur), qui de recta vivendi ratione praeclara multa scripserint et plena prudentiae consilia mortalibus dederint; verum affectum naturam et vires, et quid contra mens in iisdem moderandis possit, nemo, quod sciam, determinavit. Scio equidem celeberrimum Cartesium, licet etiam crediderit, mentem in suas actiones absolutam habere potentiam, affectus tamen humanos per primas suas causas explicare, simulque viam ostendere studuisse, qua mens in affectus absolutum habere possit imperium; sed, mea quidem sententia, nihil praeter magui sui ingenii acumen ostendit, ut suo loco demonstrabo.

Nam ad illos revertere volo, qui hominum affectus et actiones detestari vel ridere malunt, quam intelligere. His sine dubio mirum videbitur, quod hominum vitia et ineptias more geometrico tractare aggrediar, et certa ratione demonstrare velim ea, quae rationi repugnare, quaeque vana, absurdâ et horrenda esse clamatant. Sed mea haec est ratio. Nihil in natura fit, quod ipsius vitio possit tribui; est namque natura semper eadem et ubique una, eademque eius virtus, et agendi potentia, hoc est, naturae leges et regulæ, secundum quas omnia fiunt et ex unis formis in alias mutantur, sunt ubique et semper eadem, atque adeo una eademque etiam debet esse ratio rerum qualiumcumque naturam intelligendi, nempe per leges et regulas naturae universales. Affectus itaque odii, irae, invidiae etc. in se considerati ex eadem naturae necessitate et virtute consequuntur, ac reliqua singularia; ac proinde certas causas agnoscent, per quas intelliguntur, certasque proprietates habent, cognitione nostra aequi dignas, ac proprietates cuiuscumque alterius rei, cuius sola contemplatione delectamur. De affectuum itaque natura et viribus, ac mentis in eosdem potentia eadem methodo agam, qua in praecedentibus de Deo et mente egi, et humanas actiones atque appetitus considerabo perinde, ac si quaestio de lineis, planis aut de corporibus esset.

### DEFINITIONES.

I. Causam adaequatam appello eam, cuius effectus potest clare et distincte per eandem percipi. In adaequatam autem seu partialem illam voco, cuius effectus per ipsam solam intelligi nequit.

II. Nos tum agere dico, quum aliquid in nobis aut extra nos sit, cuius adaequata sumus causa, hoc est (per defin. praeced.) quum ex nostra natura aliquid in nobis, aut extra nos sequitur, quod per eandem solam potest clare et distincte intelligi. At contra nos pati dico, quum in nobis aliquid sit vel ex nostra natura aliquid sequitur, cuius nos non nisi partialis sumus causa.

III. Per affectum intelligo corporis affectiones, quibus ipsius corporis agendi potentia augetur vel minuitur, iuvatur vel coercetur, et simul harum affectionum ideas.

**EXPLIC.** *Si itaque alius harum affectionum adaequata possimus esse causa, tunc per affectum actionem intelligo; alias passionem.*

### POSTULATA.

I. Corpus humanum potest multis affici modis, quibus ipsius agendi potentia augetur vel minuitur, et etiam aliis, qui eiusdem agendi potentiam nec maiorem nec minorem reddunt.

*Hoc postulatum seu axioma ntitur postulato 1. et lemmat. 5. et 7. quae vide post prop. 13. part. 2.*

II. Corpus humanum multas pati potest mutationes, et nihil minus retinere obiectorum impressiones seu vestigia (de quibus vide post. 5. part. 2.), et consequenter easdem rerum imagines; quarum defin. vide schol. prop. 17. part. 2.

### PROPOSITIONES.

**PROPOS.** I. Mens nostra quaedam agit, quaedam vero patitur; nempe quatenus adaequatas habet ideas, eatenus quaedam necessario agit, et quatenus ideas habet inadaequatas, eatenus necessario quaedam patitur.

**DEMONSTR.** Cuiuscumque humanae mentis ideae aliae adaequatae sunt, aliae autem mutilatae et confusae (per schol. prop. 40. part. 2.). Ideae autem, quae in alicuius mente sunt adaequatae, sunt in Deo adaequatae, quatenus eiusdem mentis essentiam constituit (per coroll. prop. 11. part. 2.), et quae deinde inadaequatae sunt in mente, sunt etiam in Deo (per idem coroll.) adaequatae, non quatenus eiusdem solummodo mentis essentiam, sed etiam quatenus aliarum rerum mentes in se simul continent. Deinde ex data quacumque idea aliquis effectus sequi necessario debet (per prop. 36. part. 1.), cuius effectus Deus causa est adaequata (vid. defin. 1. huius), non quatenus infinitus est, sed quatenus data illa idea affectus consideratur (vid. prop. 9. part. 2.). At eius effectus, cuius Deus est causa, quatenus affectus est idea, quae in alicuius mente est adaequata, illa eadem mens est causa

adaequata (per coroll. prop. 11. part. 2.). Ergo mens nostra (per defin. 2. huius) quatenus ideas habet adaequatas, quaedam necessario agit; quod erat primum. Deinde quicquid necessario sequitur ex idea, quae in Deo est adaequata, non quatenus mentem unius hominis tantum, sed quatenus aliarum rerum mentes simul cum eiusdem hominis mente in se habet, eius (per idem coroll. prop. 11. part. 2.) illius hominis mens non est causa adaequata, sed partialis. Ac proinde (per defin. 2. huius) mens quatenus ideas inadaequatas habet, quaedam necessario patitur; quod erat secundum. Ergo mens nostra etc.; q. e. d.

**COROLL.** Hinc sequitur mentem eo pluribus passionibus esse obnoxiam, quo plures ideas inadaequatas habet, et contra eo plura agere, quo plures habet adaequatas.

**PROPOS. II.** Nec corpus mentem ad cogitandum, nec mens corpus ad motum, neque ad quietem, nec ad aliiquid (si quid est) aliud determinare potest.

**Demonstr.** Omnes cogitandi modi Deum, quatenus res est cogitans et non quatenus alio attributo explicatur, pro causa habent (per prop. 6. part. 2.). Id ergo, quod mentem ad cogitandum determinat, modus cogitandi est, et non extensionis, hoc est (per defin. 1. part. 2.) non est corpus; quod erat primum. Corporis deinde motus et quies ab alio oriri debet corpore, quod etiam ad motum vel quietem determinatum fuit ab alio, et absolute, quicquid in corpore oritur, id a Deo oriri debuit, quatenus aliquo extensionis modo et non quatenus aliquo cogitandi modo affectus consideratur (per eand. prop. 6. part. 2.), hoc est, a mente, quae (per prop. 11. part. 2.) modus cogitandi est, oriri non potest; quod erat secundum. Ergo nec corpus mentem etc.; q. e. d.

**SCHOL.** Haec clarius intelliguntur ex iis, quae in scholio propositionis 7. partis 2. dicta sunt, quod scilicet mens et corpus una eademque res sit, quae iam sub cognitionis, iam sub extensionis attributo concipiatur. Unde fit, ut ordo sive rerum concatenatio una sit, sive natura sub hoc sive sub illo attributo concipiatur, consequenter ut ordo actionum et passionum corporis nostri simul sit natura cum ordine actionum et passionum mentis.

Quod etiam potest ex modo, quo prepositionem 42. partis 2. monstravimus. At quoniam haec ita se habeant, ut nulla distandi ratio supererit, vir tamen credo, nisi res experientie conprobaverit, homines indeci posse ad hanc aequum animo percep-  
dendam; adeo similiter personam sunt, corpus ex solo sentientia tam  
iam moveri, iam quiescere, plurimaque agere, quae a sola mentis voluntate et excogitandi arte pendunt. Itenam quid coepi  
possit, nemo hucusque determinavit, hac est, nesciunt humores  
que experientia docuit, quid corpus ex solis legibus naturae, quae  
tenus corporea tactus consideratur, possit agere, et quid non pos-  
sit, nisi a mente determinetur. Nam nemo hucusque corpora  
fabricam tam accurate novit, ut omnes eius functiones potuerit  
explicare, ut iam taceam, quod in brevitate plura observentur, qui  
humanam sagacitatem longe superant, et quod somnambuli  
somnis plurima agant, quae vigilando non auderent; quod sei-  
ostendit, ipsam corpus ex solis sue naturae legibus multa possit  
quas ipsius mens admiratur. Deinde nesciunt, qua ratione  
quibusve mediis mens moveat corpus, neque quot motus gradu  
possit corpori tribuere, quantumcum celeritate idem moveat  
queat. Unde sequitur, quam homines dicunt, hinc vel illa  
actionem corporis oriens a mente, quae imperium in corpus habeat  
eos nescire, quid dicant, nec aliud agere, quam speciosis verbis  
fateri, se veram illius actionis causam absque admiratione ligare.  
At dicent, sive sciant sive nesciant, quibus modis mens  
moveat corpus, se tamen experiri, quod, nisi mens humana ap-  
pesseret ad excogitandum, corpus iners esset; deinde se experiri, i  
sola mentis potestate esse, tam loqui quam tacere, et alia multa  
quae proinde a mentis decreto pendere credunt. Sed quod a  
primum attinet, ipsos rego, tristis experientia non etiam docet  
quod si contra corpus faciat sit, mens simul ad cogitandum s  
inepta. Nam quum corpus somno quiescit, mens simul cum ipsis  
septem manet, nec potestatem habet, veluti quum vigilat, excogi-  
tandi. Deinde omnes expertos esse credo, mentem non semper  
aeque aptam esse ad cogitandum de eodem subiecto; sed pri  
corpus aptius est, ut in eo huius vel illius obiecta imago excitetur  
ita mentem aptiorem esse ad hoc vel illud obiectum contemplan-  
dam. At dicent ex solis legibus naturae, quatenus corpoream san-

tum consideratur, fieri non posse, ut causae aedificiorum, picturarum rerumque huicmodi, quae sola humana arte fiant, possint deduci, nec corpus humanum, nisi a mente determinaretur desereturque, poteret esse ad templum aliquod aedicendum. Verum ego iam ostendi, ipsos nescire, quid corpus possit, quidve ex sola ipsis naturae contemplatione possit deduci, ipsosque plurima experiri ex solis naturae legibus fieri, quae nunquam credissent posse fieri, nisi ex mentis directione, ut sunt ea, quae somnambuli in somnis agunt, quaeque ipsi, dum vigilant, admirantur. Addo hic ipsam corporis humani fabricam, quae artificio longissime superat omnes, quae humana arte fabricates sunt, ut iam taceam, quod supra ostenderim, ex natura sub quovis attributo considerata infinita sequi. Quod perro ad secundum attinet, sane longe felicius sese res humanae haberent, si acque in horum petestate esset tam tacere, quam loqui. At experientia satis superque docet, homines nihil minus in potestate habere, quam lingua<sup>1)</sup>), nec minus posse, quam appetitus moderari suos. Unde factum, ut plerique credant, nos ea tantum libere agere, quae leviter petimus, quia earum rerum appetitus facile contrahi potest memoria alterius rei, cuius frequenter recordamus; sed illa minime, quae magno cum affectu petimus et qui alterius rei memoria sedari nequit. Verum enim aero nisi experti essent, nos plura agere, quorum postea poenitet, nosque saepe, quando scil. contrariis affectibus conflictamus, meliora videre et deteriora sequi<sup>2)</sup>), nihil impediret, quo minus crederent, nos omnia libere agere. Sic infans se lac libere appetere credit, puer autem fratus vindictam velle et timidas fugam. Ebrius deinde credit, se ex libero mentis decreto ea loqui, quae postea sobrium vellet tacuisse. Sic delirans, garrula, puer et huius farinac plurimi ex libero mentis decreto credunt loqui, quum tamen loquendi impetum, quem habent, continere nequeant, ita ut ipsa experientia non minus clare, quam ratio doceat, quod homines

1) Conf. Jacob. 3, 8. „Τὴν γλῶσσαν οὐδεὶς δύναται ἀνθρώπων διηρέσας.“

2) Verba Ovidiana metam. 7, 20. sq. „Video meliora proboque, Deteriora sequor.“

ea sola de causa liberos se esse credant, quia suarum actionum sunt consclii et causarum, a quibus determinantur, ignari; et praeterea quod mentis decreta nihil sint praeter ipsos appetitus, quae propterea varia sunt pro varia corporis dispositione. Nam unusquisque ex suo affectu omnia moderatur, et qui praeterea contrariis affectibus conflictantur, quid velint, nesciunt; qui autem nullo, facili momento huc atque illuc pelluntur. Quae omnia profecto clare ostendunt, mentis tam decretum, quam appetitum et corporis determinationem simul esse natura, vel potius unam eandemque rem, quam, quando sub cogitationis attributo consideratur et per ipsum explicatur, decretum appellamus, et quando sub extensionis attributo consideratur et ex legibus motus et quietis deducitur, determinationem vocamus; quod adhuc clarius ex iam dicendis patebit. Nam aliud est, quod hic apprime notari vellem, nempe quod nos nihil ex mentis decreto agere possumus, nisi eius recordemur. Ex. gr. non possumus verbum loqui, nisi eiusdem recordemur. Deinde in libera mentis potestate non est, rei alicuius recordari vel eiusdem obliisci. Quare hoc tantum in mentis potestate esse creditur, quod rem, cuius recordamur, vel tacere vel loqui ex solo mentis decreto possumus. Verum quum nos loqui somniamus, credimus nos ex libero mentis decreto loqui, nec tamen loquimur, vel si loquimur, id ex corporis spontaneo motu fit. Somniamus deinde, nos quaedam homines celare, idque eodem mentis decreto, quo, dum vigilamus, ea quae scimus tacemus. Somniamus denique, nos ex mentis decreto quaedam agere, quae, dum vigilamus, non audemus; atque adeo per velim scire, an in mente duo decretorum generalentur, phantasticorum unum et liberorum alterum. Quod si eo usque insanire non libet, necessario concedendum est, hoc mentis decretum, quod liberum esse creditur, ab ipsa imaginatione sive memoria non distingui, nec aliud esse praeter illam affirmationem, quam idea, quatenus idea est, necessario involvit. Vide prop. 49. part. 2. Atque adeo haec mentis decreta eadem necessitate in mente oriuntur, ac ideae rerum actu existentium. Qui igitur credunt, se ex libero mentis decreto loqui vel tacere vel quicquam agere, oculis apertis somniant.

**PROPOS. III.** *Mentis actiones ex solis ideis adaequatis oriuntur; passiones autem a solis inadaequatis pendent.*

**DEMONSTR.** Primum, quod mentis essentiam constituit, nihil aliud est, quam idea corporis actu existentis (per prop. 11. et 13. part. 2.), quae (per prop. 15. part. 2.) ex multis aliis componitur, quarum quaedam (per coroll. prop. 38. part. 2.) sunt adaequatae, quaedam autem inadaequatae (per coroll. prop. 29. part. 2.). Quicquid ergo ex mentis natura sequitur et cuius mens causa est proxima, per quam id debet intelligi, necessario ex idea adaequata vel inadaequata sequi debet. At quatenus mens (per prop. 1. huins) ideas habet inadaequatas, eatenus necessario patitur. Ergo mentis actiones ex solis ideis adaequatis sequuntur, et mens propterea tantum patitur, quia ideas habet inadaequatas; q. e. d.

**SCHOL.** Videmus itaque passiones ad mentem non referri, nisi quatenus aliquid habet, quod negationem involvit, sive quatenus consideratur naturae pars, quae per se absque aliis non potest clare et distincte percipi; et hac ratione ostendere possem, passiones eodem modo ad res singulares, ac ad mentem referri, nec alia ratione posse percipi. Sed meum institutum est, de sola mente humana agere.

**PROPOS. IV.** *Nulla res nisi a causa externa potest destrui.*

**DEMONSTR.** Haec propositio per se patet. Definitio enim cuiuscumque rei ipsius rei essentiam affirmat, sed non negat; sive rei essentiam ponit, sed non tollit. Dum itaque ad rem ipsam tantum, non autem ad causas externas attendimus, nihil in eadem poterimus invenire, quod ipsam possit destruere; q. e. d.

**PROPOS. V.** *Res eatenus contrariae sunt naturae, hoc est, eatenus in eodem subiecto esse nequeunt, quatenus una alteram potest destruere.*

**DEMONSTR.** Si enim inter se convenire vel in eodem subiecto simul esse possent, posset ergo in eodem subiecto aliquid dari,

quod ipsum possit destruere, quod (per prop. praeced.) est absurdum. Ergo res etc.; q. e. d.

**PROPOS. VI.** Unaquaeque res, quantum in se est, in suo esse perseverare conatur.

**DEMONSTR.** Res enim singulares modi sunt, quibus Dei attributa certo et determinata modo exprimantur (per coroll. prop. 25. part. 1.), hoc est (per prop. 34. part. 1.) res, quae Dei potentiam, qua Deus est et agit, certo et determinato modo exprimitur. Neque ulla res aliquid in se habet, a quo possit destrui, sive quod eius existentiam tollat (per prop. 4. huius); sed contra ei omni, quod eiusdem existentiam potest tollere, opponitur (per prop. praeced.). Adeoque quantum potest et in se est, in suo esse perseverare conatur; q. e. d.

**PROPOS. VII.** Conatus, quo unaquaeque res in suo esse perseverare conatur, nihil est praeter ipsius rei actualem essentiam.

**DEMONSTR.** Ex data cuiuscumque rei essentia quaedam necessario sequuntur (per prop. 36. part. 1.), nec res aliud possunt, quam id quod ex determinata earum natura necessario sequitur (per prop. 29. part. 1.). Quare cuiuscumque rei potentia sive conatus, quo ipsa vel sola vel cum aliis quidquam agit, vel agere conatur, hoc est (per prop. 6. huius) potentia sive conatus, quo in suo esse perseverare conatur, nihil est praeter ipsius rei datam sive actualem essentiam; q. e. d.

**PROPOS. VIII.** Conatus, quo unaquaeque res in suo esse perseverare conatur, nullum tempus finitum, sed indefinitum involvit.

**DEMONSTR.** Si enim tempus limitatum involveret, quod rei durationem determinaret, tum ex sola ipsa potentia, qua res existit, sequeretur, quod res post limitatum illud tempus non posset existere, sed deberet destruiri. Atqui hoc (per prop. 4. huius) est absurdum. Ergo conatus, quo res existit, nullum tempus defi-

nitam involvit, sed contra, quoniam (per eandem prop. 4. huius) si a nuda externa causa destruantur, eadem potentia, qua finit existat, existere pergit semper; ergo hic conatus tempus indefinitum involvit; q. e. d.

**PROPOS. IX.** Mens tam quatenus claras et distinctas, quam quatenus confusas habet ideas, conatur in suo esse perseverare indefinita quadam duratione, et huius sui conatus est conscientia.

**Demonstr.** Mensis essentia ex ideo adaequatis et iadacetatis constituitur (ut in prop. 3. huius ostendimus), adeoque (per prop. 7. huius) tam quatenus has, quam quatenus illas habet, in suo esse perseverare conatur; idque (per prop. 8. huius) indefinita quadam duratione. Quam autem mens (per prop. 23. part. 2.) per ideas affectionum corporis necessario sui sit conscientia, est ergo (per prop. 7. huius) mens sui conatus conscientia; q. e. d.

**SCHOL.** Hic conatus quum ad mentem solam referatur, voluntas appellatur; sed quum ad mentem et corpus simul referatur, vocatur appetitus, qui proinde nihil aliud est, quam ipsa hominis essentia, ex cuius natura ea, quae ipsius conservationi inserviant, necessario sequuntur; atque adeo homo ad eadem agendum determinatus est. Deinde inter appetitum et cupiditatem nulla est differentia, nisi quod cupiditas ad homines plerunque referatur, quatenus sui appetitus sunt conscientia; et propterea sic definiti potest, nempe *cupiditas est appetitus cum eiusdem conscientia*. Constat itaque ex his omnibus, nihil nos conari, velle, appetere neque cupere, quia id bonum esse iudicamus; sed contra nos propterea aliquid bonum esse iudicare, quia id conamus, volumus, appetimus atque cupimus.

**PROPOS. X.** Idea, quae corporis nostri existentiam secludit, in nostra mente dari nequit, sed eidem est contraria.

**Demonstr.** Quiequid corpus nostrum potest destruere, in eodem dari nequit (per prop. 5. huius.) Adeoque neque eius tel-

idea potest in Deo dari, quateans nostri corporis ideam habet (per coroll. prop. 9. part. 2.), hoc est (per prop. 11. et 13. part. 2.) eius rei idea in nostra mente dari nequit; sed contra, quoniam (per prop. 11. et 13. part. 2.) primum, quod mentis essentiam constituit, est idea corporis actu existentis, primum et praecipuum nostrae mentis conatus est (per prop. 7. huius) corporis nostri existentiam affirmare. Atque adeo idea, quae corporis nostri existentiam negat, nostrae menti est contraria etc.; q. e. d.

**PROPOS. XI.** Quicquid corporis nostri agendi potentiam auget vel minuit, iuvat vel coërcet, eiusdem rei idea mentis nostrae cogitandi potentiam auget vel minuit, iuvat vel coërcet.

**DEMONSTR.** Haec propositio patet ex propositione 7. partis 2. vel etiam ex propositione 14. partis 2.

**SCHOL.** Videmus itaque mentem magnas posse pati mutationes, et iam ad maiorem, iam autem ad minorem perfectionem transire, quae quidem passiones nobis explicant affectus laetitiae et tristitiae. Per laetitiam itaque in sequentibus intelligam passionem, qua mens ad maiorem perfectionem transit: per tristitiam autem passionem, qua ipsa ad minorem transit perfectionem. Porro affectum laetitiae ad mentem et corpus simul relatum titillationem vel hilaritatem voco; tristitiae autem dolorem vel melancholiam. Sed notandum, titillationem et dolorem ad hominem referri, quando una eius pars praे reliquis est affecta; hilaritatem autem et melancholiam, quando omnes pariter sunt affectae. Quid deinde cupiditas sit, in scholio propositionis 9. huius partis explicui, et praeter hos tres nullum alium agnosco affectum primarium; nam reliquos ex his tribus oriri in seqq. ostendam. Sed antequam ulterius pergam, lubet hic fusius propositionem 10. huius partis explicare, ut clarius intelligatur, qua ratione idea ideæ sit contraria.

In scholio propositionis 17. partis 2. ostendimus, ideam, quae mentis essentiam constituit, corporis existentiam tam diu involvere, quam diu ipsum corpus existit. Deinde ex iis, quae in coroll. prop. 8. part. 2. et in eiusdem schol. ostendimus, sequitur,

praesentem nostrae mentis existentiam ab hoc solo pendere, quod se. mens actualem corporis existentiam involvit. Denique mentis potentiam, qua ipsa res imaginatur earumque recordatur, ab hoc etiam pendere ostendimus (vid. prop. 17. et 18. part. 2. cum eius scholio), quod ipsa actualem corporis existentiam involvit. Ex quibus sequitur, mentis praesentem existentiam eiusque imaginandi potentiam tolli, simulatque mens praesentem corporis existentiam affirmare desinit. At causa, cur mens hanc corporis existentiam affirmare desinit, non potest esse ipsa mens (per prop. 4. huius), nec etiam quod corpus esse desinit. Nam (per prop. 6. part. 2.) causa, cur mens corporis existentiam affirmat, non est, quia corpus existere incepit (quare, per eandem rationem, nec ipsius corporis existentiam affirmare desinit, quia corpus esse desinit); sed (per prop. 8. part. 2.) hoc ab alia idea oritur, quae nostri corporis, et consequenter nostrae mentis praesentem existentiam secludit, quaeque adeo ideae, quae nostrae mentis essentiam constituit, est contraria.

**PROPOS. XII.** Mens quantum potest, ea imaginari conatur, quae corporis agendi potentiam augent vel iuvant.

**DEMONSTR.** Quam diu humanum corpus affectum est modo, qui naturam corporis alicuius externi involvit, tam diu mens humana idem corpus ut praesens contemplabitur (per prop. 17. part. 2.); et consequenter (per prop. 7. part. 2.) quam diu mens humana aliquod externum corpus ut praesens contemplatur, hoc est (per eiusdem prop. schol.) imaginatur, tam diu humanum corpus affectum est modo, qui naturam eiusdem corporis externi involvit. Atque adeo quam diu mens ea imaginatur, quae corporis nostri agendi potentiam augent vel iuvant, tam diu corpus affectum est modis, qui eiusdem agendi potentiam augent vel iuvant (vid. postul. 1. huius); et consequenter (per prop. 11. huius) tam diu mentis cogitandi potentia augetur vel iuvatur. Ac proinde (per prop. 6. vel 9. huius) mens quantum potest, eadem imaginari conatur; q. e. d.

**PROPOS. XIII.** Quam mens ea imaginetur, quae corporis agendi potentiam minuantur vel coērent, conatur, quantum potest, rerum recordari, quae horum existentiam secludunt.

**DEMONSTR.** Quam diu mens quicquam tale imaginatur, tam diu mentis et corporis potentia minuitur vel coēretur (ut in praeced. prop. demonstravimus), et alio minus id tam diu imaginabitur, donec mens aliud imaginetur, quod huius presentem existentiam secludat (per prop. 17. part. 2.), hoc est (ut modo ostendimus) mentis et corporis potentia tam diu minuitur vel coēretur, donec mens aliud imaginetur, quod huius existentiam secludit, quodque adeo mens (per prop. 9. huius) quantum potest, imaginari vel recordari conabitur; q. e. d.

**COROLL.** Hinc sequitur, quod mens ea imaginari aversatur, quae ipsius et corporis potentiam minuantur vel coērent.

**SCHOL.** Ex his clare intelligimus, quid amor, quidque odium sit. Nempe *amor* nihil aliud est, quam *laetitia concomitante idea causae externae*; et *odium* nihil aliud, quam *tristitia concomitante idea causae externae*. Videmus deinde, quod ille, qui amat, necessario conatur rem, quam amat, praesentem habere et conservare; et contra, qui odit, rem, quam odio habet, amovere et destruere conatur. Sed de his omnibus in seqq. prolixius.

**PROPOS. XIV.** Si mens duobus affectibus simul affecta semel fuit, ubi postea eorum alterutro afficietur, afficietur etiam altero.

**DEMONSTR.** Si corpus humanum a duobus corporibus simul affectum semel fuit, ubi mens postea eorum alterutrum imaginatur, statim et alio recordabitur (per prop. 18. part. 2.). Affectus imaginationes magis nostri corporis affectus, quam corporum exterorum naturam indicant (per coroll. 2. prop. 16. part. 2.). Ergo si corpus et consequenter mens (vid. defin. 3. huius) duobus affectibus semel affecta fuit, ubi postea eorum alterutro afficietur, afficietur etiam altero; q. e. d.

**PROPOS. XV.** *Res quaecumque potest esse per accidentem causa laetitiae, tristitiae vel cupiditatis.*

**Demonstra.** Ponatur mens duobus affectibus simul affici, uno scilicet, qui eius agendi potentiam neque auget neque minuit, et altero, qui eandem vel auget vel minuit (vid. postul. 1. huius). Ex praecedenti propositione patet, quod ubi mens postea illo a sua vera causa, quae (per hypothesis) per se eius cogitandi potentiam nec auget nec minuit, afficietur, statim et hoc altero, qui ipsius cogitandi potentiam auget vel minuit, hoc est (per schol. prop. 11. huius) laetitia vel tristitia afficietur; atque adeo illa res non per se, sed per accidentem causa erit laetitiae vel tristitiae. Atque hac eadem via facile ostendi potest, rem illam posse per accidentem causam esse cupiditatis; q. e. d.

**COROLL.** Ex eo solo, quod rem aliquam affectu laetitiae vel tristitiae, cuius ipsa non est causa efficiens, contemplati sumus, eandem amare vel odio habere possumus.

**Demonstra.** Nam ex hoc solo fit (per prop. 14. huius), ut mens hanc rem postea imaginando affectu laetitiae vel tristitiae afficiatur, hoc est (per schol. prop. 11. huius) ut mentis et corporis potentia augeatur vel minuatur etc.: et consequenter (per prop. 12. huius) ut mens eandem imaginari cupiat vel (per coroll. prop. 13. huius) aversetur, hoc est (per schol. prop. 13. huius) ut eandem amet vel odio habeat; q. e. d.

**SCHOL.** Hinc intelligimus, qui fieri potest, ut quedam amemus vel odio habeamus absque ulla causa nobis cognita; sed tantum ex sympathia (ut aiunt) et antipathia. Atque hoc referenda etiam ea obiecta, quae nos laetitia vel tristitia afficiunt ex eo solo, quod aliquid simile habent obiectis, quae nos iisdem affectibus afficerentur solent, ut in seq. prop. ostendam. Scio equidem auctores, qui primi haec nomina sympathiae et antipathiae introduxerunt, significare iisdem voluisse rerum occultas quasdam qualitates; sed nihil minus credo nobis licere, per eandem notas vel manifestas etiam qualitates intelligere.

**PROPOS. XVI.** *Ex eo solo, quod rem aliquam aliquid habere imaginamur simile obiecto, quod*

mentem laetitia vel tristitia afficere solet, quamvis id, in quo res obiecto est similis, non sit horum affectuum efficiens causa, eam tamen amabimus vel odio habebimus.

**DEMONSTR.** Id quod simile est obiecto, in ipso obiecto (per hypothesisin) cum affectu laetitiae vel tristitiae contemplati sumus; atque adeo (per prop. 14. huius) quum mens eius imagine afficitur, statim etiam hoc vel illo afficitur affectu, et consequenter res, quam hoc idem habere percipimus, erit (per prop. 15. huius) per accidens laetitiae vel tristitiae causa. Adeoque (per praec. coroll.) quamvis id, in quo obiecto est similis, non sit horum affectuum causa efficiens, eam tamen amabimus vel odio habebimus; q. e. d.

**PROPOS. XVII.** Si res, quae nos tristitiae affectu afficere solet, aliquid habere imaginamur simile alteri, quae nos aequo magno laetitiae affectu solet afficere, eandem odio habebimus et simul amabimus.

**DEMONSTR.** Est enim (per hypothesisin) haec res per se tristitiae causa, et (per schol. prop. 13. huius) quatenus eandem hoc affectu imaginamur, eandem odio habemus; et quatenus praeterea aliquid habere imaginamur simile alteri, quae nos aequo magno laetitiae affectu afficere solet, aequo magno laetitiae consonine amabimus (per prop. praec.). Atque adeo eandem odio habebimus et simul amabimus; q. e. d.

**SCHOL.** Haec mentis constitutio, quae scilicet ex duobus contrariis affectibus oritur, animi vocatur fluctuatio, quae proinde affectum respicit, ut dubitatio imaginationem (vid. schol. prop. 44. part. 2.); nec animi fluctuatio et dubitatio inter se differunt, nisi secundum maius et minus. Sed notandum, me in propositione precedenti has animi fluctuationes ex causis deduxisse, quae per se unius et per accidens alterius affectus sunt causa. Quod ideo feci, quia sic facilius ex praecedentibus deduci

poterant; at non, quod negem, animi fluctuationes plerumque oriuntur ab obiecto, quod utriusque affectus sit efficiens causa. Nam corpus humanum (per postul. 1. part. 2.) ex plurimis diversae naturae individuis componitur, atque adeo (per ax. 1. post lemma 3. quod vide post prop. 13. part. 2.) ab uno eodemque corpore plurimis diversisque modis potest affici; et contra, quia una eademque res multis modis potest affici, multis ergo etiam diversisque modis unam eandemque corporis partem afficere poterit. Ex quibus facile concipere possumus, unum idemque obiectum posse esse causam multorum contrariorumque affectuum.

**PROPOS. XVIII.** Homo ex imagine rei praeteritae aut futurae eodem laetitiae et tristitiae affectu afficitur, ac ex imagine rei praesentis.

**Demonstr.** Quam diu homo rei alicuius imagine affectus est, rem ut praesentem, tametsi non existat, contemplabitur (per prop. 17. part. 2. cum eiusdem coroll.), nec ipsam ut praeteritam aut futuram imaginatur, nisi quatenus eius imago iuncta est imagini temporis praeteriti aut futuri (vid. schol. prop. 44. part. 2.). Quare rei imago in se sola considerata eadem est, sive ad tempus futurum vel praeteritum, sive ad praesens referatur, hoc est (per coroll. 2. prop. 16. part. 2.) corporis constitutio seu affectus idem est, sive imago sit rei praeteritae vel futurae, sive praesentis. Atque adeo affectus laetitiae et tristitiae idem est, sive imago sit rei praeteritae aut futurae, sive praesentis; q. e. d.

**SCHOL. I.** Rem etenim praeteritam aut futuram hic voco, quatenus ab eadem affecti fuimus aut afficiemur. Ex. gr. quatenus ipsam vidimus aut videbimus, nos refecit aut reficeret, nos laesit aut laedet etc. Quatenus enim eandem sic imaginamur, etenim eius existentiam affirmamus, hoc est, corpus nullo affectu afficitur, qui rei existentiam secludat; atque adeo (per prop. 17. part. 2.) corpus eiusdem rei imagine eodem modo afficitur, ac si res ipsa praesens adesset. Verum enim vero quia plerumque fit, ut ii qui plura sunt experti fluctuant, quam diu rem ut futuram vel praeteritam contemplantur, deque rei eventu ut plurimum dubitant (vid. schol. prop. 44. part. 2.), hinc fit, ut affectus, qui ex

memorib; rerum imaginib; sciuntur, nos sint adeo constantes, sed ut plerisque aliarum rerum imaginib; perturbemur, donec homines de rei eventu certiores fiant.

SCHOL. II. Ex modo dictis intelligimus, quid sit spes, metus, securitas, desperatio, gaudium et conscientia mecum. *Spes* namque nihil aliud est, quam *inconstantia laetitiae ortis ex imagine rei futurae vel praeterita, de cuius eventu dubitamus*: *metus* contra *inconstantia tristitia ex rei dubiae imagine etiam orta*. Porro si horum affectuum dubitatio tollatur, ex spe fit *securitas* et ex metu *desperatio*; *sempre laetitia vel tristitia ortis ex imagine rei, quam metuimus vel speravimus*. *Gaudium* deinde est *laetitia orta ex imagine rei praeteritae, de cuius eventu dubitavimus*. *Conscientia* denique *mores* est *tristitia opposita gaudio*.

**PROPOS. XIX.** Qui id quod amat destrui imaginatur, contristabitur; si autem conservari, laetabitur.

DEMONSTR. Mens quantum potest, ea imaginari conatur, quae corporis agendi potentiam augent vel iuvant (per prop. 12. huius), hoc est (per schol. prop. 13.) ea quae amat. At imaginatio ab iis iuvatur, quae rei existentiam ponunt, et contra coercitor iis quae rei existentiam secludunt (per prop. 17. part. 2.). Ergo rerum imagines, quae rei amatae existentiam ponunt, mentis conatum, quo rem amatam imaginari conatur, invant, hoc est (per schol. prop. 11. huius) laetitia mentem afficiunt; et quae contra rei amatae existentiam secludunt, eundem mentis conatum coercient, hoc est (per idem schol.) tristitia mentem afficiunt. Qui itaque id quod amat destrui imaginatur, contristabitur etc.; q. e. d.

**PROPOS. XX.** Qui id quod odio habet destrui imaginatur, laetabitur.

DEMONSTR. Mens (per prop. 13. huius) ea imaginari conatur, quae rerum existentiam, quibus corporis agendi potentia minuant vel coercant, secludunt, hoc est (per schol. eiusdem prop.) ea imaginari conatur, quae rerum, quas odio habet, existentiam secludunt. Atque adeo rei imago, quae existentiam

*ceteris quod mens odio habet secludit, hunc mentis conatum iuvat, hoc est (per schol. prop. 11. huius) mentem laetitia afficit. Qui itaque id quod odio habet destrui imaginatur, laetabitur; q. e. d.*

**PROPOS. XXL.** *Qui id quod amat laetitia vel tristitia affectum imaginatur, laetitia etiam vel tristitia afficitur; et uterque hic affectus maior aut minor erit in amante, prout uterque maior aut minor est in re amata.*

**DEMONSTR.** *Rerum imagines (ut in prop. 19. huius demonstravimus) quae rei amatae existentiam ponunt, mentis conatum, quo ipsam rem amatam imaginari conatur, havant. Sed laetitia existentiam rei laetae ponit, et eo magis, quo laetitiae affectus maior est; est enim (per schol. prop. 11. huius) transitio ad maiorum perfectionem. Ergo imago laetitiae rei amatae in amante ipsius mentis conatum iuvat, hoc est (per schol. prop. 11. huius) amantem laetitia afficit, et eo maiori, quo maior hic affectus in re amata fuerit. Quod erat primum. Deinde quatenus re aliqua tristitia afficitur, etenim destruitur, et eo magis, quo maiori afficitur tristitia (per idem schol. prop. 11. huius); adeoque (per prop. 19. huius) qui id quod amat tristitia affici imaginatur, tristitia etiam afficitur, et eo maiori, quo maior hic affectus in re amata fuerit; q. e. d.*

**PROPOS. XXII.** *Si aliquem imaginamus laetitia afficere rem, quam amamus, amore erga eum afficiemur. Si contra eundem imaginamus tristitia eandem afficere, et contra odio etiam contra ipsum afficiemur.*

**DEMONSTR.** *Qui rem, quam amamus, laetitia vel tristitia afficit, ille nos laetitia vel tristitia etiam afficit, si nimisrem ametam laetitia illa vel tristitia affectam imaginamus (per praeced. prop.). At haec laetitia vel tristitia in nobis supponitur dari concomitante idea causae externe. Ergo (per schol. prop. 13. huius)*

si aliquem imaginamur laetitia vel tristitia afficere rem, quam amamus, erga eundem amore vel odio afficiemur; q. e. d.

SCHOL. *Propositio 21.* nobis explicat, quid sit commiseratio, quam definire possumus, quod sit tristitia orta ex alterius damno. Quo autem nomine appellanda sit laetitia, quae ex alterius bono oritur, nescio. Porro amorem erga illum, qui alteri benefecit, favorem, et contra odium erga illum, qui alteri male fecit, indignationem appellabimus. Denique notandum, nos non tantum misereri rei, quam amavimus (ut in prop. 21. ostendimus), sed etiam eius, quam antea nullo affectu prosecuti sumus, modo eam nobis similem iudicemus (ut infra ostendam); atque adeo ei etiam favere, qui simili bene fecit, et contra in eum indignari, qui simili damnum intulit.

**PROPOS. XXIII.** Qui id quod odio habet tristitia affectum imaginatur, laetabitur; si contra idem laetitia affectum esse imaginetur, contristabitur; et uterque hic affectus maior aut minor erit, prout eius contrarius maior aut minor est in eo, quod odio habet.

DEMONSTR. Quatenus res odiosa tristitia afficitur, catenus destruitur, et eo magis, quo maiori tristitia afficitur (per schol. prop. 11. huius). Qui igitur (per prop. 20. huius) rem, quam odio habet, tristitia affici imaginatur, laetitia contra afficietur; et eo maiori, quo maiori tristitia rem odiosam affectam esse imaginatur. Quod erat primum. Deinde laetitia existentiam rei laetae ponit (per idem schol. prop. 11. huius), et eo magis, quo maior laetitia concipitur. Si quis eum, quem odio habet, laetitia affectum imaginatur, haec imaginatio (per prop. 13. huius) eiusdem conatum coërcebbit, hoc est (per schol. prop. 11. huius) is, qui odio habet, tristitia afficietur etc.; q. e. d.

SCHOL. Haec laetitia vix solida et absque ullo animi conflictu esse potest. Nam (ut statim in propositione 27. huius ostendam) *quatenus* rem sibi similem tristitiae affectu affici imaginatur,

*estenus contristari debet; et contra, si eandem laetitia affici imaginatur. Sed hic ad solum odium attendimus.*

**PROPOS. XXIV.** Si aliquem imaginamur laetitia afficere rem, quam odio habemus, odio etiam erga eum afficiemur. Si contra eundem imaginamur tristitia eandem rem afficere, amore erga ipsum afficiemur.

**Demonstra.** Demonstratur eodem modo haec propositio, ac propositio 22. huius, quam vide.

**SCHOL.** Hi et similes odii affectus ad *invidiam* referuntur, que propterea nihil aliud est, quam ipsum *odium*, *quatenus id consideratur hominem ita disponere, ut malo alterius gaudeat, et contra ut eiusdem bono contristetur.*

**PROPOS. XXV.** Id omne de nobis deque re amata affirmare conamur, quod nos vel rem amatam laetitia afficere imaginamur; et contra id omne negare, quod nos vel rem amatam tristitia afficere imaginamur.

**Demonstra.** Quod rem amatam laetitia vel tristitia afficere imaginamur, id nos laetitia vel tristitia afficit (per prop. 21. huius). At mens (per prop. 12. huius) ea quae nos laetitia afficiunt, quantum potest, conatur imaginari, hoc est (per prop. 17. part. 2. et eius coroll.) ut praesentia contemplari; et contra (per prop. 13. huius) quae nos tristitia afficiunt, eorum existentiam secludere. Ergo id omne de nobis deque re amata affirmare conamur, quod nos vel rem amatam laetitia afficere imaginamur, et contra; q. e. d.

**PROPOS. XXVI.** Id omne de re, quam odio habemus, affirmare conamur, quod ipsam tristitia afficere imaginamur, et id contra negare, quod ipsam laetitia afficere imaginamur.

**Demonstra.** Sequitur haec propositio ex propositione 23., ut praecedens ex propositione 21. huius.

**SCHOL.** His videmus, facile contingere, ut homo de se de que re amata plus iusto, et contra de re quam odit minus iusto sentiat; quae quidem imaginatio, quando ipsum hominem respicit, qui de se plus iusto sentit, superbia vocatur et species delirii est, quia homo oculis apertis somniat, se omnia illa posse, quae sola imaginatione assequitur, quaeque propterea veluti realia contemplatur, siisque exultat, quam diu ea imaginari non potest, quae horum existentiam secludunt et ipsius agendi potentiam determinant. *Est igitur superbia laetitia ex eo orta, quod homo de se plus iusto sentit.* Deinde laetitia, quae ex eo oritur, *quod homo de alio plus iusto sentit, existimatio vocatur;* et illa denique despectus, quae ex eo oritur, *quod de alio minus iusto sentit.*

**PROPOS. XXVII.** Ex eo, quod rem nobis similem et quam nullo affectu prosecuti sumus, aliquo affectu affici imaginamur, eo ipso simili affectu afficimur.

**DEMONSTR.** Rerum imagines sunt corporis humani affectiones, quarum ideae corpora externa veluti nobis praesentia representant (per schol. prop. 17. part. 2.), hoc est (per prop. 16. part. 2.) quarum ideae naturam nostri corporis et simul praesentem externi corporis naturam involvunt. Si igitur corporis externi natura similis sit naturae nostri corporis, tum idea corporis externi, quod imaginamur, affectionem nostri corporis involvet similem affectioni corporis externi; et consequenter, si aliquem nobis similem aliquo affectu affectum imaginamur, haec imaginatio affectionem nostri corporis huic affectui similem exprimet. Adeoque ex hoc, quod rem aliquam nobis similem aliquo affectu affici imaginamur, simili cum ipsa affectu afficimur. Quod si rem nobis similem odio habeamus, eatenus (per prop. 23. huius) contrario affectu cum ipsa afficiemur, non autem simili; q. e. d.

**SCHOL. I.** Haec affectuum imitatio, quando ad tristitiam refertur, vocatur *commiseratio* (de qua vide schol. prop. 22. huius); *sed ad cupiditatem relata aemulatio*, quae proinde nihil aliud est,

*quam aliquatas rei cupiditas, quae in nobis ingeneratur ex eo,  
quod alios nobis similes eandem cupiditatem habere imaginamur.*

**COROLL. I.** Si aliquem, quem nullo affectu prosecuti sumus, imaginamur laetitia afficere rem nobis similem, amore erga eundem afficiemur. Si contra eundem imaginamur eandem tristitia afficere, contra odio erga ipsum afficiemur.

**Demonstra.** Haec eodem modo ex propositione praecedente demonstratur, ac propositio 22. huius ex propositione 21.

**COROLL. II.** Rem, cuius nos miseret, odio habere non possumus ex eo, quod ipsius miseria nos tristitia afficit.

**Demonstra.** Si enim ex eo nos eandem odio habere possemus, tum (per prop. 23. huius) ex ipsius tristitia laetaremur, quod est contra hypothesin.

**COROLL. III.** Rem, cuius nos miseret, a miseria, quantum possumus, liberare conabimur.

**Demonstra.** Id quod rem, cuius nos miseret, tristitia afficit, nos simili etiam tristitia afficit (per prop. praeced.); adeoque omne id, quod eius rei existentiam tollit, sive quod rem destruit, comminisci conabimur (per prop. 13. huius), hoc est (per schol. prop. 9. huius) id destruere appetemus, sive ad id destruendum determinabimur; atque adeo rem, cuius miseremur, a sua miseria liberare conabimur; q. e. d.

**SCHOL. II.** Haec voluntas sive appetitus benefaciendi, qui ex eo oritur, quod rei, in quam beneficium conferre volumus, nos miseret, *benevolentia* vocatur, quae proinde nihil aliud est, quam *cupiditas ex commiseratione orta*. Caeterum de amore et odio erga illum, qui rei, quam nobis similem esse imaginamur, bene aut male fecit, vide schol. prop. 22. huius.

**PROPOS. XXVIII.** Id omne, quod ad laetitiam conduceat imaginamur, conamur promovere, ut fiat; quod vero eidem repugnare sive ad tristitiam conducere imaginamur, amovere vel destruere conamur.

**Demonstra.** Quod ad laetitiam conduceat imaginamur, quantum possumus, imaginari conamur (per prop. 12. huius), hoc est (per prop. 17. part. 2.) id, *quantum possumus*, conabimur ut

praesens sive ut acta existens contemplari. Sed mentis conatus seu potentia in cogitando sequitur, et simul natura est cum corporis conatu seu potentia in agendo (ut clare sequitur ex coroll. prop. 7. et coroll. prop. 11. part. 2.). Ergo ut id existat, absolute conatur, sive (quod per schol. prop. 9. huius item est) appetimus et intendimus; quod erat primum. Deinde si id, quod tristitia causam esse credimus, hoc est (per schol. prop. 13. huius), si id, quod odio habemus, destrui imaginatur, metabimur (per prop. 20. huius). Adeoque item (per primam huius partem) conabimur destruere sive (per prop. 13. huius) a nobis amavera, ne ipsum ut praesens contemplemur; quod erat secundum. Ergo id omne, quod ad laetitiam etc.; q. e. d.

**PROPOS. XXIX.** Nos id omne etiam agere conabimur, quod homines \*) cum laetitia adspicere imaginamur, et contra id agere aversabimur, quod homines aversari imaginamur.

**Demonstr.** Ex eo, quod imaginamur homines aliquid amare vel odio habere, nos idem amabimus vel odio habebimus (per prop. 27. huius), hoc est (per schol. prop. 13. huius) eo ipso eius rei praesentia laetabimur vel contristabimur; adeoque (per prae. prop.) id omne, quod homines amare sive cum laetitia adspicere imaginamur, conabimur agere etc.; q. e. d.

**SCHOL.** Hic conatus aliquid agendi et etiam omittendi, ea sola de causa, ut hominibus placeamus, vocatur ambitio, praesertim quando adeo impensa vulgo placere conatur, ut cum nostro aut alterius damno quedam agamus vel omittamus; alias humanitas appellari solet. Deinde laetitiam, qua alterius actionem, qua nos conatus est delectari, imaginamur, laudem voco; tristitiam vero, qua contra eiusdem actionem aversamur, vituperium voco.

**PROPOS. XXX.** Si quis aliquid egit, quod reliquos laetitia afficere imaginatur, is laetitia concomitante

\*) NB. Intellige hic et in seqq. homines, quos nullo affectu prosequati sumus.

*idea sui, tanquam causa, afficitur, sive se ipsum cum laetitia contemplabitur. Si contra aliquid egit, quod reliquos tristitia afficere imaginatur, se ipsum cum tristitia contra contemplabitur.*

**Demonstra.** Qui se reliquos laetitia vel tristitia afficere imaginatur, eo ipso (per prop. 27. huius) laetitia vel tristitia afficitur. nam autem homo (per prop. 19. et 23. part. 2.) sui sit conscientia affectiones, quibus ad agendum determinatur; ergo qui aliquid egit, quod ipse imaginatur, reliquos laetitia afficere, laetitia in conscientia sui, tanquam causa, afficitur, sive se ipsum in laetitia contemplabitur, et contra; q. e. d.

**SCHOL.** Quum amor (per schol. prop. 13. huius) sit laetitia concomitante idea causae externae, et odium tristitia concomitante am idea causae externae; erit ergo haec laetitia et tristitia amor et odii species. Sed quia amor et odium ad obiecta externa revertuntur, ideo hos affectus aliis nominibus significabimus: nempe laetitiam concomitante idea causae externae gloriam, et tristitiam hinc contrariam pudorem appellabimus; intellige, quando laetitia vel tristitia ex eo oritur, quod homo se laudari vel vituperari credit. Alias laetitiam concomitante idea causae externae quiescentiam in se ipso; tristitiam vero eidem contrarium poenitentiam vocabo. Deinde quia (per coroll. prop. 17. rt. 2.) fieri potest, ut laetitia, qua aliquis se reliquos afficere imaginatur, imaginaria tantum sit, et (per prop. 25. huius) unusquisque de se id omne conatur imaginari, quod se laetitia afficere imaginatur; facile ergo fieri potest, ut gloriosus sit superbus, et omnibus gratum esse imaginetur, quando omnibus molevis est.

**ROPOS. XXXI.** Si aliquem imaginamur amare vel cupere vel odio habere aliquid, quod ipsi amamus, cupimus vel odio habemus, eo ipso rem constantius amabimus etc. Si autem id, quod amamus,

prop. 11. huius cum eius schol.) eo maiore laetitia afficietur. At quem ex eo laetemur, quod alium meum similem laetitia afficiens, tam nosmet cum laetitia contempnemur (per prop. 30. huius). Ergo quo maiori affectu rem amatam erga nos effectum esse imaginamur, eo maiori laetitia nosmet contemplabimur, sive (per schol. prop. 30. huius) eo magis gloriamur; q. e. d.

**PROPOS. XXXV.** Si quis imaginatur rem amatam eodem vel arctiore vinculo amicitiae, que ipse eadem solus potiebatur, alium sibi iungere, odio erga ipsam rem amatam afficietur, et illi alteri invidebit.

**Demonstr.** Quo quis maiore amore rem amatam erga se affectam esse imaginatur, eo magis gloriabitur (per praeced. prop.), hoc est (per schol. prop. 30. huius) laetabitur; adeoque (per prop. 28. huius) conabitur, quantum potest, imaginari rem amatam ipsi quam arctissime devinctam, qui quidem conatus sive appetitus fomentatur, si alium idem sibi cupere imaginatur (per prop. 31. huius). At hic conatus sive appetitus ab ipsis rei amatae imagine concomitante imagine illius, quem res amata sibi iungit, coerceri supponitur. Ergo (per schol. prop. 11. huius) eo ipso tristitia afficietur concomitante idea rei amatae, tanquam causa, et simul imagine alterius, hoc est (per schol. prop. 13. huius) odio erga rem amatam afficietur, et simul erga illum alterum (per coroll. prop. 15. huius), cui propterea (per prop. 23. huius) quod re amata delectatur, invidebit; q. e. d.

**SCHOL.** Hoc odium erga rem amatam invidiae iunctum zelotypia vocatur, quae proinde nihil aliud est, quam animi fluctuatio orta ex amore et odio simul, concomitante idea alterius, cui invidetur. Praeterea hoc odium erga rem amatam maius erit pro ratione laetitiae, qua zelotypus ex reciproco rei amatae amore solebat affici, et etiam pro ratione affectus, quo erga illum, quem sibi rem amatam iungere imaginatur, affectus erat. Nam si eum oderat, eo ipso rem amatam (per prop. 24. huius) odio habebit, quia ipsam id, quod ipse odio habet, laetitia afficere imaginatur; et etiam (per coroll. prop. 15. huius) ex eo, quod rei amatae imaginem imaginari eius, quem odit, iungere cogitur, quae ratio ple-

ramque locum habet in amore erga feminam. Qui enim imaginatur mulierem, quam amat, alteri sese prostituere, non solus ex eo, quod ipsius appetitus coërcetur, contristabitur, sed etiam quis rei appetitum imaginem pudendis et excrementis alterius iungere cogitat, eandem aversatur. Ad quod demique accedit, quod zelotypus non eodem vulnu, quem res amata ei praebere solebat, ab eadem excipiatur, qua etiam de causa amans contristatur, ut iam ostendam.

**PROPOS. XXXVI.** Qui rei, qua semel delectatus est, recordatur, cupit eadem cura iisdem potiri circumstantiis ac quem primo ipsa delectatus est.

**DEMONSTR.** Quicquid homo simul cum re, quae ipsum delectavit, vedit, id omne (per prop. 15. huius) erit per accidens laetitiae causa; adeoque (per prop. 28. huius) omni eo simul cum re, quae ipsum delectavit, potiri cupiet, sive re cum omnibus iisdem circumstantiis potiri cupiet, ac quem primo eadem delectatus est; q. e. d.

**COROLL.** Si itaque unam ex iis circumstantiis deficere complicerit, amans contristabitur.

**DEMONSTR.** Nam quatenus aliquam circumstantiam deficere complicerit, eatenus aliquid imaginatur, quod eius rei existentiam secundit. Quama autem eius rei sive circumstantiae (per prop. pract.) sit prae amore cupidus; ergo (per prop. 19. huius) quatenus eandem deficere imaginatur, contristabitur; q. e. d.

**SCHOL.** Haec tristitia, quatenus absentiam eius, quod amamus, respicit, desiderium vocatur.

**PROPOS. XXXVII.** Cupiditas, quae pree tristitia vel laetitia praeque odio vel amore oritur, eo est maior, quo affectus maior est.

**DEMONSTR.** Tristitia hominis agendi potentiam (per schol. prop. 11. huius) minuit vel coërcet, hoc est (per prop. 7. huius) conatum, quo homo in suo esse perseverare conatur, minuit vel coërcet; adeoque (per prop. 5. huius) huic conatu est contraria;

et quicquid homo tristitia affectus conatur, est tristitiam amovere. At (per tristitiae defin.) quo tristitia maior est, eo maiori parti hominis agendi potentiae necesse est opponi. Ergo quo maior tristitia est, eo maiore agendi potentia conabitur contra homo tristitiam amovere, hoc est (per schol. prop. 9. huius) eo maiore cupiditate sive appetitu conabitur tristitiam amovere. Deinde quoniam laetitia (per idem schol. prop. 11. huius) hominis agendi potentiam auget vel iuvat, facile eadem via demonstratur, quod homo laetitia affectus nihil aliud cupit, quam eandem conservare, idque eo maiore cupiditate, quo laetitia maior erit. Denique quoniam odium et amor sunt ipsi laetitiae vel tristitiae affectus, sequitur eodem modo, quod conatus, appetitus sive cupiditas, quae p[re]e odio vel amore oritur, maior erit pro ratione odii et amoris; q. e. d.

**PROPOS. XXXVIII.** Si quis rem amatam odio habere incepit, ita ut amor plane aboleatur, eandem maiore odio ex pari causa prosequetur, quam si ipsam nunquam amavisset, et eo maiori, quo amor antea maior fuerat.

**DEMONSTR.** Nam si quis rem, quam amat, odio habere incepit, plures eius appetitus coërcentur, quam si eandem non amavisset. Amor namque laetitia est (per schol. prop. 13. huius), quam homo, quantum potest (per prop. 28. huius) conservare conatur; idque (per idem schol.) rem amatam ut praesentem contemplando, eandemque (per prop. 21. huius) laetitia, quantum potest, afficio, qui quidem conatus (per prop. praec.) eo est maior, quo amor maior est, ut et conatus efficiendi, ut res amata ipsum contra amet (vid. prop. 33. huius). At hi conatus odio erga rem amatam coërcentur (per coroll. prop. 13. et per prop. 23. huius). Ergo amans (per schol. prop. 11. huius) hac etiam de causa tristitia afficitur, et eo maiori, quo amor maior fuerat, hoc est, praeter tristitiam, quas odii fuit causa, alia ex eo oritur, quod rem amat; et consequenter maiore tristitiae affectu rem amatam contemplabitur, hoc est (per schol. prop. 13. huius) ma-

iori odio prosequetur, quam si eandem non amavisset, et eo maiori, quo amor maior fuerat; q. e. d.

**PROPOS. XXXIX.** Qui aliquem odio habet, ei malum inferre conabitur, nisi ex eo maius sibi malum oriri timeat; et contra, qui aliquem amat, ei eadem lege benefacere conabitur.

**Demonstr.** Aliquem odio habere est (per schol. prop. 13. huius) aliquem ut tristitiae causam imaginari; adeoque (per prop. 28. huius) is, qui aliquem odio habet, eundem amovere vel destruere conabitur. Sed si inde aliquid tristius sive (quod idem est) maius malum sibi timeat, idque se vitare posse credit non inferendo ei, quem odit, malum, quod meditabatur, a malo inferendo (per eaudem prop. 28. huius) abstinere cupiet; idque (per prop. 37. huius) maiore conatu, quam quo tenebatur inferendi malum, qui propterea praevalebit, ut volebamus. Secundae partis demonstratio eodem modo procedit. Ergo qui aliquem odio habet etc.; q. e. d.

**SCHOL.** Per bonum hic intelligo omne genus laetitiae et quicquid porro ad eandem conducit, et praecipue id, quod desiderio, qualemcumque illud sit, satisfacit: per malum autem omne tristitiae genus et praecipue id, quod desiderium frustratur. Supra enim (in schol. prop. 9. huius) ostendimus, nos nihil cupere, quia id bonum esse iudicamus, sed contra id bonum vocamus, quod cupimus; et consequenter id, quod aversamur, malum appellamus. Quare unusquisque ex suo affectu iudicat seu aestimat, quid bonum, quid malum, quid melius, quid peius et quid denique optimum quidve pessimum sit. Sic avarus argenti copiam optimum, eius autem inopiam pessimum iudicat. Ambitus autem nihil aequa ac gloriam cupit, et contra nihil aequa ac pudorem reformidat. Invido deinde nihil iucundius, quam alterius infelicitas, et nihil molestius, quam aliena felicitas; ac sic unusquisque ex suo affectu rem aliquam bonam aut malam, utillem aut inutilem esse iudicat. Caeterum hic affectus, quo homo ita disponitur, ut id quod vult nolit, vel ut id quod non vult velit, timor vocatur, qui proinde nihil aliud est, quam metus, quate-

*nus homo ab eodem disponitur ad malum, quod futurum indicat, minore vitandum.* Vid. prop. 28. huius. Sed si malum, quod timet, pudor sit, tum timor appellatur vere cundia. Denique si cupiditas malum futuram vitandi collectetur timore alterius mal, ita ut quid potius velit nosciat, tum metas vocatur consternatio, praecipue si utrumque malum, quod timetur, ex maximis sit.

**PROPOS. XL.** *Qui se odio haberi ab aliquo imaginatur, nec se ullam odii causam illi dedisse credit, eundem odio contra habebit.*

**DEMONSTR.** Qui aliquem odio affectum imaginatur, ex ipso etiam odio afficietur (per prop. 27. huius), hoc est (per schol. prop. 13. huius) tristitia concomitante idea causae externae. At ipse (per hypothesisin) nullam huius tristitiae causam imaginatur praeter illum, qui ipsum odio habet. Ergo ex hoc, quod se odio haberi ab aliquo imaginatur, tristitia afficietur concomitante idea eius, qui ipsum odio habet, sive (per idem schol.) eundem odio habebit; q. e. d.

**SCHOL. I.** Quod si se iustum odii causam praebuisse imaginatur, tum (per prop. 30. huius et eiusdem schol.) pudore afficitur. Sed hoc (per prop. 25. huius) raro contingit. Praeterea haec odii reciprocatio oriri etiam potest ex eo, quod odium sequatur conatus malum inferendi ei, qui odio habetur (per prop. 29. huius). Qui igitur se odio haberi ab aliquo imaginatur, eundem alicuius mali sive tristitiae causam imaginaabitur; atque adeo tristitia afficietur, seu meta concomitante idea eius, qui ipsum odio habet, tanquam causa, hoc est, odio contra afficietur, ut supra.

**COROLL. I.** Qui, quem amat, odio erga se affectum imaginatur, odio et amore simul conflictabitur. Nam quatenus imaginatur, ab eodem se odio haberi, determinatur (per prop. praeced.) ad eundem contra odio habendum. At (per hypothesisin) ipsum nihil minus amat. Ergo odio et amore simul conflictabitur.

**COROLL. II.** Si aliquis imaginatur, ab aliquo, quem antea nullo affectu prosecutus est, malum aliquod p[re]e odio sibi illatum esse, statim idem malum eidem referre conabitur.

teria. Qui aliquem odio erga se affectum esse imaginat contra (per praeced. prop.) odio habebit et (per prop. id omne conaminisci conabitur, quod eandem possit dicere, atque id eidem (per prop. 39. huius) inferre studi (per hypothesis) primum, quod huiusmodi imaginatum sibi filatum. Ergo idem statim eidem inferre: q. e. d.

E. II. Conatus malum inferendi ei, quem odimus, ut; conatus autem malum nobis illatum referendi vindicatur.

S. XLI. Si quis ab aliique se amari imaginet nec se ullam ad id causam dedicas credit od per coroll. prop. 15. et per prop. 16. huius si potest), eundem contra amabit.

istra. Haec propositio eadem via demonstratur ac praefatis etiam scholium vide.

L. I. Quod si se iustum amoris causam praebuisse, gloriabitur (per prop. 30. huius cum eiusdem schol.); am (per prop. 25. huius) frequentius contingit, et cuius non evenire diximus, quando aliquis ab aliique se odio habinatur (vide schol. prop. praeced.). Porro hic reciprocus, et consequenter (per prop. 39. huius) conatus benefacere qui nos amat, quicunque (per eandem prop. 39. huius) efficaces conatur, gratia seu gratitudo vocatur. Apparet, homines longe pariores esse ad vindictam, referendum beneficium.

LL. Qui ab eo, quem odio habet, se amari imaginat et amore simul conflictabat. Quid eadem via, qua praecedentis coroll. demonstratur.

L. II. Quod si odium praevaluerit, ei, a quo amatur, fieri conabitur, qui quidem affectus crudelitas appellatur si illum, qui amat, nullam odii communem habuisse creditur.

**PROPOS. XLII.** Qui in aliquem amore aut spe gloriae motus beneficium contulit, contristabitur, si viderit, beneficium ingrato animo accipi.

**DEMONSTR.** Qui rem aliquam sibi similem amat, conatur, quantum potest, efficere, ut ab ipsa contra ametur (per prop. 33. huius). Qui igitur prae amore in aliquem beneficium contulit, id facit desiderio, quo tenetur, ut contra ametur, hoc est (per prop. 34. huius) spe gloriae sive (per schol. prop. 30. huius) laetitiae; adeoque (per prop. 12. huius) hanc gloriae causam, quantum potest, imaginari, sive ut actu existentem contemplari conabitur. At (per hypothesisin) aliud imaginatur, quod eiusdem causae existentiam secludit. Ergo (per prop. 19. huius) eo ipso contristabitur; q. e. d.

**PROPOS. XLIII.** Odium reciproco odio augetur, et amore contra deleri potest.

**DEMONSTR.** Qui eum, quem odit, contra odio erga se affectum esse imaginatur, eo ipso (per prop. 40. huius) novum odium oritur durante (per hypothesisin) adhuc primo. Sed si contra eundem amore erga se affectum esse imaginetur, quatenus hoc imaginatur, catenus (per prop. 30. huius) se ipsum cum laetitia contemplatur, et catenus (per prop. 29. huius) eidem placere conabitur, hoc est (per prop. 40. huius) eatenus conatur ipsum odio non habere nullaque tristitia afficere; qui quidem conatus (per prop. 37. huius) maior vel minor erit pro ratione affectus, ex quo oritur. Atque adeo si maior fuerit illo, qui ex odio oritur, et quo rem, quam odit (per prop. 26. huius) tristitia afficere conatur, ei praevalebit, et odium ex animo delebit; q. e. d.

**PROPOS. XLIV.** Odium, quod amore plane vincitur, in amorem transit; et amor propterea maior est, quam si odium non praecessisset.

**DEMONSTR.** Eodem modo procedit, ac propositionis 38. huius. Nam qui rem, quam odit, sive quam cum tristitia contem-

plari solebat, amare incipit, eo ipso, quod amat, laetatur, et huic laetitiae, quam amor involvit (vide defin. eius in schol. prop. 13. huius), illa etiam accedit, quae ex eo oritur, quod conatus amovendi tristitiam, quam odium involvit (ut in prop. 37. huius ostendimus), prorsus iuvatur, concomitante idea eius, quem odio habuit, tanquam causa.

**SCHOL.** Quamvis res ita se habeat, nemo tamen conabitur rem aliquam odio habere vel tristitia affici, ut maiori hac laetitia fruatur; hoc est, nemo spe damnum recuperandi damnum sibi inferri cupiet, nec aegrotare desiderabit spe convalescendi. Nam unusquisque suum esse conservare et tristitiam, quantum potest, amovere semper conabitur. Quod si contra concipi posset, hominem posse cupere aliquem odio habere, ut eum postea maiori amore prosequatur, tum eundem odio habere semper desiderabit. Nam quo odium maius fuerit, eo amor erit maior, atque adeo desiderabit semper, ut odium magis magisque augeatur, et eadem de causa homo magis ac magis aegrotare conabitur, ut maiori laetitia ex restauranda valetudine postea fruatur; atque adeo semper aegrotare conabitur, quod (per prop. 6. huius) est absurdum.

**PROPOS. XLV.** Si quis aliquem sibi similem odio in rem sibi similem, quam amat, affectum esse imaginatur, eum odio habebit.

**DEMONSTR.** Nam res amata eum, qui ipsam odit, odio contra habet (per prop. 40. huius). Adeoque amans, qui aliquem imaginatur rem amatam odio habere, eo ipso rem amatam odio, hoc est (per schol. prop. 13. huius) tristitia affectam esse imaginatur, et consequenter (per prop. 21. huius) contristatur, idque concomitante idea eius, qui rem amatam odit, tanquam causa, hoc est (per schol. prop. 13. huius) ipsum odio habebit; q. e. d.

**PROPOS. XLVI.** Si quis ab aliquo eiusdem classis, sive nationis a sua diversae, laetitia vel tristitia affectus fuerit, concomitante eius idea sub nomine universalis classis vel nationis tanquam causa, in

non tantum illum, sed omnes eiusdem classis vel nationis amabit vel odio habebit.

DEMONSTR. Huius rei demonstratio patet ex propositione ita.  
huius partis.

**PROPOS. XLVII.** Laetitia, quae ex eo oritur, quod scilicet rem, quam odimus, destrui aut alio malo affici imaginamur, non oritur absque ulla animi tristitia.

DEMONSTR. Patet ex prop. 27. huius. Nam quatenus rem nobis similem tristitia afficit imaginamur, eatus contristamur.

SCHOL. Potest haec propositio etiam demonstrari ex corollario propositionis 17. partis 2. Quoties enim rei recordamur, quamvis ipsa actu non existat, eandem tantum ut praesentem contemplamur, corpusque eodem modo afficitur. Quare quatenus rei memoria viget, eatus homo determinatur ad eandem cum tristitia contemplandum, quae determinatio, manente adhuc rei imagine, coercetur quidem memoria illarum rerum, quae huius existentiam secludunt, sed non tolluntur. Atque adeo homo eatus tantam laetatur, quatenus haec determinatio coercetur; et hinc fit, ut haec laetitia, quae ex rei, quam odimus, malo oritur, toties repetatur, quoties eiusdem rei recordamur. Nam, uti diximus, quando eiusdem rei imago excitatur, quia haec ipsius rei existentiam involvit, hominem determinat ad rem cum eadem tristitia contemplandum, qua eandem contemplari solebat, quam ipsa existeret. Sed quia eiusdem rei imagini alias iuxxit, quae eiusdem existentiam secludunt, ideo haec ad tristitiam determinatio statim coercetur, et homo de novo laetatur, et hoc quoties haec repetitio fit. Atque haec eadem est causa, cur homines laetantur, quoties alicuius iam practeriti mali recordantur, et cur pericula, a quibus liberati sunt, narrare gaudeant. Nam ubi aliquod periculum imaginatur, idem veluti adhuc futurum contemplatur et ad id metuendum determinantur, quae determinatio de novo coercetur idea libertatis, quam huius periculi

ideae iunxerunt, quae ab eodem liberati sunt, quaeque eos de novo securos reddit; atque adeo de novo lactantur.

**PROPOS. XLVIII.** Amor et odium ex gr. erga Petrum destruitur, si tristitia, quam hoc, et laetitia, quam ille involvit, ideae alterius causae iungatur; et eatenus uterque diminuitur, quatenus imaginamur Petram non solum fuisse alterutrius causam.

**DEMONSTR.** Patet ex sola amoris et odii definitione, quam vide in schol. prop. 13. huius. Nam propter hoc solum laetitia vocatur amor, et tristitia odium erga Petrum, quia scilicet Petrus huins vel illius effectus causa esse consideratur. Hoc itaque prorsus vel ex parte sublato affectus quoque erga Petrum prorsus vel ex parte diminuitur; q. e. d.

**PROPOS. XLIX.** Amor et odium erga rem, quam liberam esse imaginamur, maior ex pari causa uterque debet esse, quam erga necessariam.

**DEMONSTR.** Res, quam liberam esse imaginamur, debet (per defin. 7. part. 1.) per se absque aliis percipi. Si igitur eandem laetitiae vel tristitiae causam esse imaginemur, eo ipso (per schol. prop. 13. huius) eandem amabimus vel odio habebimus, idque (per prop. praeced.) summo amore vel odio, qui ex dato affectu exiri potest. Sed si rem, quae eiusdem affectus est causa, ut necessariam imaginemur, tum (per eandem defin. 7. part. 1.) ipsam non solam, sed cum aliis eiusdem affectus causam esse imaginabimur; atque adeo (per prop. praec.) amor et odium erga ipsam minor erit; q. e. d.

**SCHOL.** Hinc sequitur homines, quia se liberos esse existmant, maiore amore vel odio se invicem prosequi, quam alia; ad quod accedit affectuum imitatio, de qua vide propos. 27. 34. 40. et 43. huius.

**PROPOS. L.** Res quaecumque potest esse per accidentem spei aut metus causa.

**DEMONSTR.** Haec propositio eadem via demonstratur, qua propos. 15. huius, quam vide una cum schol. propos. 16. huius.

**SCHOL.** Res, quae per accidens spei aut metus sunt causæ, bona aut mala omina vocantur. Deinde quatenus haec eadem omina sunt spei aut metus causa, eatenus (per defin. spei et metus, quam vid. in schol. 2. prop. 18. huius) laetitiae aut tristitiae sunt causa, et consequenter (per coroll. prop. 15. huius) eatenus eadem amamus vel odio habemus, et (per prop. 28. huius) tanquam media ad ea, quae speramus, adhibere, vel tanquam obstacula aut metus causas amovere conamur. Praeterea ex propositione 25. huius sequitur, nos natura ita esse constitutos, ut ea quae speramus facile, quae autem timemus, difficile credamus, et ut de his plus minusve iusto sentiamus. Atque ex his ortae sunt superstitiones, quibus homines ubique conficiantur. Caeterum non puto operae esse pretium, animi hic ostendere fluctuationes, quae ex spe et metu oriuntur; quandoquidem ex sola horum affectuum definitione sequitur, non dari spem sine metu, neque metum sine spe (ut fusius suo loco explicabimus); et praeterea quandoquidem quatenus aliquid speramus aut metuimus, eatenus idem amamus vel odio habemus. Atque adeo quicquid de amore et odio diximus, facile unusquisque spei et metui applicare poterit.

**PROPOS. LI.** Diversi homines ab uno eodemque objecto diversimode affici possunt, et unus idemque homo ab uno eodemque obiecto potest diversis temporibus diversimode affici.

**DEMONSTR.** Corpus humanum (per post. 3. part. 2.) a poribus externis plurimis modis afficitur. Possunt igitur e tempore duo homines diversimode esse affecti; atque adeo ax. 1. quod est post lemma 3., quod vide post prop. 13. par ab uno eodemque obiecto possunt diversimode affici. Deinde idem postul.) corpus humanum potest iam hoc, iam alio esse affectum; et consequenter (per idem axioma) ab uno e quæ obiecto diversis temporibus diversimode affici; q. e. d.

**SCHOL.** Videmus itaque fieri posse, ut quod hic amat, alter odio habeat; et quod hic metuit, alter non metuat; et ut unus idemque homo iam amet, quod antea oderit, et ut iam audeat, quod antea timuit etc. Deinde quia unusquisque ex suo affectu iudicat, quid bonum, quid malum, quid melius et quid peius sit (vide schol. prop. 39. huius), sequitur homines tam iudicio, quam affectu variare posse<sup>\*)</sup>; et hinc fit, ut, quum alios aliis comparamus, ex sola affectuum differentia a nobis distinguantur, et ut alios intrepidos, alios timidos, alios denique alio nomine appellemus. Ex gr. illum ego intrepidum vocabo, qui malum contemnit, quod ego timere soleo; et si praeterea ad hoc attendam, quod eius cupiditas malum inferendi ei, quem odit, et beneficiandi ei, quem amat, non coercetur timore mali, a quo ego contineri soleo, ipsum audacem appellabo. Deinde ille mihi timidus videbitur, qui malum timet, quod ego contemnere soleo, et si insuper ad hoc attendam, quod eius cupiditas coercetur timore mali, quod me continere nequit, ipsum pusillanimem esse dicam, et sic unusquisque iudicabit. Denique ex hac hominis natura et iudicii inconstancia, ut et quod homo saepe ex solo affectu de rebus iudicat, et quod res, quas ad laetitiam vel tristitiam facere credit, quasque propterea (per prop. 28. huius) ut fiant, promovere vel amovere conatur, saepe non nisi imaginariae sint, ut iam taceam alia, quae in 2. parte ostendimus, de rerum incertitudine, facile concipimus, hominem posse saepe in causa esse, tam ut contristetur, quam ut laetetur, sive ut tam tristitia, quam laetitia afficiatur, concomitante idea sui tanquam causa. Atque adeo facile intelligimus, quid poenitentia et quid acquiescentia in se ipsa sit: nempe *poenitentia est tristitia concomitante idea sui, et acquiescentia in se ipsa est laetitia concomitante idea sui tanquam causa;* et hi affectus vehementissimi sunt, quia homines se liberos esse credunt. Vid. prop. 49. huius partis.

**PROPOS. LII.** Obiectum, quod simul cum aliis antea vidimus, vel quod nihil habere imaginamur, nisi

---

<sup>\*)</sup> NB. Posse hoc fieri, tametsi mens humana pars esset divini intellectus, ostendimus in schol. propos. 17. part. 2.

**quod commune est pluribus, non tam diu contem-  
plabitur, ac illud, quod aliquid singulare habere  
imaginamur.**

**Demonstra.** Similatque obiectum, quod cum aliis videntur, imaginamur, statim et aliorum recordamur (per prop. 18. part. 2. verius etiam schol. vide), et sic ex unius contemplatione statim in contemplationem alterius incidimus. Atque eadem est ratio obiecti, quod nihil habere imaginamur, nisi quod commune est pluribus. Nem eo ipso supponimus, nos nihil in eo contemplari, quod antea cum aliis non viderimus. Verum quem supponimus, nos in obiecto aliquo aliquid singulare, quod antea tranquam vidimus, imaginari, nihil aliud dicimus, quam quod mens, dum illud obiectum contemplatur, nullum aliud in se habeat, in cuius contemplationem ex contemplatione illius incidere potest. Atque adeo ad illud solum contemplandam determinata est. Ergo obiectum etc.; q. e. d.

**SCHOL.** Haec mentis affectio sive rei singularis imaginatio, quatenus sola in mente versatur, vocatur admiratio; quae si ab obiecto, quod timemus, moveatur, consternatio dicitur, quia mali admiratio hominem suspensum in sola sui contemplatione ita tenet, ut de aliis cogitare non valeat, quibus illud malum vitare posset. Sed si id, quod admiramur, sit hominis alicuius prudentia, industria vel aliquid huiusmodi, quia eo ipso hominem nobis longe antecellere contemplatur, tam admiratio vocatur veneratio; alias horror, si hominis iram, invidiam etc. admiramur. Deinde, si hominis, quem amamus, prudentiam, industriam etc. admiramur, amor eo ipso (per prop. 12. huius) maior erit, et hunc amorem admirationi sive venerationi iunctum devotionem vocamus. Et ad hunc modum concipere etiam possumus odium, spem, securitatem et alios affectus admirationi iuctos; atque adeo plures affectus deducere poterimus, quam qui receptis vocabulis indicari solent. Unde apparet, affectuum nomina inventa esse magis ex eorum vulgari usu, quam ex eorundem accurata cognitione.

Admirationi opponitur contemptus, cuius tamen causa haec plerumque est, quod scilicet ex eo, quod aliquem rem aliquam

admirari, amare, metuere etc. videmus, vel ex eo, quod res aliqua primo aspectu appareat similis rebus, quas admiramur, amamus, metuimus etc. (per prop. 15. cum eius coroll. et prop. 27. huius), determinamur ad eandem rem admirandum, amandum, metuendum etc. Sed si ex ipsis rei praesentia vel accuratiore contemplatione id omne de eadem negare cogamur, quod causa admirationis, amoris, metus etc. esse potest, tunc mens ex ipsa rei praesentia magis ad ea cogitandum, quae in obiecto non sunt, quam quae in ipso sunt, determinata manet; quum tamen contra ex obiecti praesentia id praecipue cogitare soleat, quod in obiecto est. Porro sicut devotione ex rei, quam amamus, admiratione; sic irrisio ex rei, quam odimus vel metuimus, contemptu oriatur, et designatione ex stultitiae contemptu, sicuti veneratio ex admiratione prudentiae. Possumus denique amorem, spem, gloriam et alios affectus iunctos contemptui coacipere, atque inde alios praeterea affectus deducere, quos etiam nullo singulari vocabulo ab aliis distinguere solemus.

**PROPOS. LIII.** Quum mens se ipsam suamque agendi potentiam contemplatur, laetatur; et eo magis, quo se suamque agendi potentiam distinctius imaginatur.

**Demonstr.** Homo se ipsum non cognoscit, nisi per affectiones sui corporis earumque ideas (per prop. 19. et 23. part. 2.). Quum ergo fit, ut mens se ipsam possit contemplari, eo ipso ad maiorem perfectionem transire, hoc est (per schol. prop. 11. huius) laetitia affici supponitur, et eo maiori, quo se suamque agendi potentiam distinctius imaginari potest; q. e. d.

**COROLL.** Haec laetitia magis magisque sovetur, quo magis homo se ab aliis laudari imaginatur. Nam quo magis se ab aliis laudari imaginatur, eo maiori laetitia alios ab ipso affici imaginatur, idque concomitante idea sui (per schol. prop. 29. huius). Atque adeo (per prop. 27. huius) ipse maiore laetitia concomitante idea sui afficitur; q. e. d.

**PROPOS. LIV.** Mens ea tantum imaginari conatur, quae ipsius agendi potentiam ponunt.

**Demonstr.** Mentis conatus sive potentia est ipsa ipsius me-

tis essentia (per prop. 7. huius). Mentis autem essentia (ut per se notum) id tantum, quod mens est et potest, affirmat; at non id, quod non est neque potest. Adeoque id tantum imaginari conatur, quod ipsius agendi potentiam affirmat sive ponit; q. e. d.

**PROPOS. LV.** Quum mens suam impotentiam imaginatur, eo ipso contristatur.

**DEMONSTR.** Mentis essentia id tantum, quod mens est et potest, affirmat, sive de natura mentis est ea tantummodo imaginari, quae ipsius agendi potentiam ponunt (per prop. praeced.). Quum itaque dicimus, quod mens, dum se ipsam contemplatur, suam imaginatur impotentiam, nihil aliud dicimus, quam quod, dum mens aliquid imaginari conatur, quod ipsius agendi potentiam ponit, hic eius conatus coercetur, sive (per schol. prop. 11. huius) quod ipsa contristatur; q. e. d.

**COROLL. I.** Haec tristitia magis ac magis fovet, si se ab aliis vituperari imaginatur; quod eodem modo demonstratur, ac coroll. prop. 53. huius.

**SCHOL.** Haec tristitia concomitante idea nostrae imbecillitatis humilitas appellatur; laetitia autem, quae ex contemplatione nostri oritur, philautia vel acquiescentia in se ipso vocatur. Et quoniam haec toties repetitur, quoties homo suas virtutes sive suam agendi potentiam contemplatur, hinc ergo etiam fit, ut unusquisque facta sua narrare, suique tam corporis, quam animi vires ostentare gestiat, et ut homines hac de causa sibi invicem molesti sint. Ex quibus iterum sequitur, homines natura esse invidos (vid. schol. prop. 24. et schol. prop. 32. huius), sive ob suorum aequalium imbecillitatem gaudere, et contra propter eorundem virtutem contristari. Nam quoties unusquisque suas actiones imaginatur, toties laetitia (per prop. 53. huius) afficitur, et eo maiore, quo actiones plus perfectionis exprimere et easdem distinctius imaginatur, hoc est (per illa quae in schol. 1. prop. 40. part. 2. dicta sunt) quo magis easdem ab aliis distinguere et ut res singulares contemplari potest. Quare unusquisque ex contemplatione sui tunc maxime gaudebit, quando aliquid in se contemplatur, quod de reliquis negat. Sed si id, quod de se affirmat, ad universalem hominis vel animalis ideam refert, non tantopere gau-

debit; et contra contrastabitur, si suas ad aliorum actiones comparatas imbecilliores esse imaginetur, quam quidem tristitiam (per prop. 28. huius) amovere conabitur, idque suorum aequalium actiones perperam interpretando, vel suas quantum potest adorando. Apparet igitur homines natura proclives esse ad odium et invidiam, ad quam accedit ipsa educatio. Nam parentes solo honoris et invidiae stimulo liberos ad virtutem concitare solent. Sed scrupulus forsitan remanet, quod non raro hominum virtutes admiremur eosque veneremur. Hunc ergo ut amoveam, sequens addam corollarium.

**COROLL. II.** Nemo virtutem alicui nisi aequali invidet.

**DEMONSTR.** Invidia est ipsum odium (vid. schol. prop. 24. huius) sive (per schol. prop. 13. huius) tristitia, hoc est (per schol. prop. 11. huius) affectio, qua hominis agendi potentia seu conatus coërcetur. At homo (per schol. prop. 9. huius) nihil agere conatur, neque cupit, nisi quod ex data sua natura sequi potest. Ergo homo nullam de se agendi potentiam seu (quod idem est) virtutem praedicari cupiet, quae naturae alterius est propria et suae aliena. Adeoque eius cupiditas coërceri, hoc est (per schol. prop. 11. huius) ipse contrastari nequit ex eo, quod aliquam virtutem in aliquo ipsi dissimili contemplatur, et consequenter neque ei invidere poterit: at quidem suo aequali, qui cum ipso eiusdem naturae supponitur; q. e. d.

**SCHOL.** Quum igitur supra in scholio propos. 52. huius partis dixerimus, nos hominem venerari ex eo, quod ipsius prudentialiam, fortitudinem etc. admiramus, id sit (ut ex ipsa prop. patet) quia has virtutes ei singulariter inesse, et non ut nostrae naturae communes imaginamur; adeoque easdem ipsi non magis invidebimus, quam arboribus altitudinem et leonibus fortitudinem etc.

**PROPOS. LVI.** Laetitiae, tristitiae et cupiditatis, et consequenter uniuscuiusque affectus, qui ex his componitur, ut animi fluctuationis, vel qui ab his derivatur, nempe amoris, odii, spei, metus etc., tot species dantur, quod sunt species obiectorum, a quibus afficiuntur.

**DEMONSTR.** Laetitia et tristitia, et consequenter affectus, qui ex his componuntur vel ex his derivantur, passiones sunt (per schol. prop. 11. huius); nos autem (per prop. 1. huius) necessario patimur, quatenus ideas habemus inadaequatas; et quatenus casdem habemus (per prop. 3. huius), eatus tantum patimur, hoc est (vid. schol. 1. prop. 40. part. 2.) eatus tantum necessario patimur, quatenus imaginamur, sive (vid. prop. 17. part. 2. cum eius schol.) quatenus afficiuntur affecta, qui naturam nostri corporis et naturam corporis externi involvit. Natura igitur uniuscuiusque passionis ita necessario debet explicari, ut obiecti, a quo afficiuntur, natura exprimatur. Nempe laetitia, quae ex obiecto, ex. gr. A oritur, naturam ipsius obiecti A, et laetitia, quae ex obiecto B oritur, ipsius obiecti B naturam involvit; atque adeo hi duo laetitiae affectus natura sunt diversi, quia ex causis diversae naturae oriuntur. Sic etiam tristitiae affectus, qui ex uno obiecto oritur, diversus natura est a tristitia, quae ab alia causa oritur; quod etiam de amore, odio, spe, metu, animi fluctuatione etc. intelligendum est: ac proinde laetitiae, tristitiae, amoris, odii etc. tot species necessario dantur, quot sunt species obiectorum, a quibus afficiuntur. At cupiditas est ipsa unusquisque essentia seu natura, quatenus ex data quacumque eius constitutione determinata concipitur ad aliquid agendum. Vid. schol. prop. 9. huius. Ergo, prout unusquisque a causis externis hac aut illa laetitiae, tristitiae, amoris, odii etc. specie afficitur, hoc est, prout eius natura hoc aut alio modo constituitur, ita eius cupiditas alia atque alia esse et natura unius a natura alterius cupiditatis tantum differre necesse est, quantum affectus, a quibus unaquaeque oritur, inter se differunt. Dantur itaque tot species cupiditatis, quot sunt species laetitiae, tristitiae, amoris etc., et consequenter (per iam ostensa) quot sunt obiectorum species, a quibus afficiuntur; q. e. d.

**SCHOL.** Inter affectuum species, quae (per prop. praec.) per plurimae esse debent, insignes sunt luxuria, ebrietas, libido, avaritia et ambitio, quae non nisi amoris vel cupiditatis sunt notiones; quae huius utriusque affectus naturam explicant per obiecta, ad quae referuntur. Nam per luxuriam, ebrietatem, libidinem, avaritiam et ambitionem nihil aliud intelligi-

mes, quas convivandi, potandi, coöundi, dñitiarum et gloriae immoderatum amorem vel cupiditatem. Praeterea hi affectus, quatenus eos per solum obiectum, ad quod referuntur, ab aliis distinguuntur, contrarios non habent. Nam temperantia, quam luxuriae, et sobrietas, quam ebrietati, et denique castitas, quam libidini opponere solemus, affectus seu passiones non sunt; sed animi indicant potentiam, quae hos affectus moderatur. Caeterum reliquas affectuum species hic explicare nec possum (quia tot sunt, quos obiectorum species), nec, si possem, necesse est. Nam ad id quod intendimus, nempe ad affectum vires et mentis in eisdem potentiam determinandum, nobis sufficit, uniuscuiusque affectus generalem habere definitionem. Sufficit, inquam, nobis affectum et mentis communes proprietates intelligere, ut determinare possimus, qualis et quanta sit mentis potentia in moderandis et coërcendis affectibus. Quamvis itaque magna sit differentia inter hunc et illum amoris, odii vel cupiditatis affectum, ex. gr. inter amorem erga liberos et inter amorem erga uxorem, nobis tamen has differentias cognoscere et affectum naturam et originem ulterius indagare non est opus.

**PROPOS. LVII.** *Quilibet uniuscuiusque individui affectus ab affectu alterius tantum discrepat, quantum essentia unius ab essentia alterius differt.*

**DEMONSTR.  
Haec propositio patet ex axiom. 1. quod vide post lemma 3. schol. prop. 13. part. 2. At nihil minus eandem ex trium primitiorum affectuum definitionibus demonstrabimus.**

Omnes affectus ad cupiditatem, laetitiam vel tristitiam referuntur, ut eorum quas dedimus definitiones ostendunt. At cupiditas est ipsa uniuscuiusque natura seu essentia (vide eius defin. in schol. prop. 9. huius); ergo uniuscuiusque individui cupiditas a cupiditate alterius tantum discrepat, quantum natura seu essentia unius ab essentia alterius differt. Laetitia deinde et tristitia passiones sunt, quibus uniuscuiusque potentia seu conatus in suo esse perseverandi augetur vel minuitur, iuvatur vel coërcetur (per prop. 11. huius et eius schol.). At per conatum in suo esse perseverandi, quatenus ad mentem et corpus simul refertur, appeti-

tum et cupiditatem intelligimus (vide schol. prop. 9. huius); ergo laetitia et tristitia est ipsa cupiditas sive appetitus, quatenus a causis externis augetur vel minuitur, iuvatur vel coercetur, hoc est (per idem schol.) est ipsa cuiusque natura. Atque adeo uniuscuiusque laetitia vel tristitia a laetitia vel tristitia alterius tantum etiam discrepat, quantum natura seu essentia unius ab essentia alterius differt; et consequenter quilibet uniuscuiusque individui affectus ab affectu alterius tantum discrepat etc.; q. e. d.

SCHOL. Hinc sequitur affectus animalium, quae irrationalia dicuntur (bruta enim sentire nequaquam dubitare possumus, postquam mentis novimus originem), ab affectibus hominum tantum differre, quantum eorum natura a natura humana differt. Fertur quidem equus et homo libidine procreandi; at ille libidine equina, hic autem humana. Sic etiam libidines et appetitus insectorum, piscium et avium alii atque alii esse debent. Quamvis itaque unumquodque individuum sua, qua constat natura, contentum vivat eaque gaudeat; vita tamen illa, qua unumquodque est contentum, et gaudium nihil aliud est, quam idea seu anima eiusdem individui; atque adeo gaudium unius a gaudio alterius tantum natura discrepat, quantum essentia unius ab essentia alterius differt. Denique ex praecedenti propositione sequitur, non parum etiam interesse inter gaudium, quo ebrius ex. gr. ducitur, et inter gaudium, quo potitur philosophus, quod hic in transitu monere volui. Atque haec de affectibus, qui ad hominem referuntur, quatenus patitur. Superest, ut pauca addam de iis, qui ad eundem referuntur, quatenus agit.

**PROPOS. LVIII.** Praeter laetitiam et cupiditatem, quae passiones sunt, alii laetitiae et cupiditatis affectus dantur, qui ad nos, quatenus agimus, referuntur.

**DEMONSTR.** Quum mens se ipsam suamque agendi potentiam concipit, laetatur (per prop. 53. huius). Mens autem se ipsam necessario contemplatur, quando veram sive adaequatam ideam concipit (per prop. 43. part. 2.). At mens quasdam ideas adaequatas concipit (per schol. 2. prop. 40. part. 2.). Ergo eatenus

am laetatur, quatenus ideas adaequatas concipit, hoc est (per prop. 1. huius) quatenus agit. Deinde mens tam quatenus claras *distantias*, quam quatenus confusas habet ideas, in suo esse rseverare conatur (per prop. 9. huius). At per conatum cupiditatem intelligimus (per eiusdem schol.). Ergo cupiditas ad nos fertur etiam quatenus intelligimus, sive (per prop. 1. huius) stenus agimus; q. e. d.

**ROPOS. LIX.** Inter omnes affectus, qui ad mentem, quatenus agit, referuntur, nulli sunt, quam qui ad laetitiam vel cupiditatem referuntur.

**DEMONSTR.** Omnes affectus ad cupiditatem, laetitiam vel tristitiam referuntur, ut eorum quas dedimus definitiones ostendunt. Per tristitiam autem intelligimus, quod mentis cogitandi lentia minuitur vel coērcetur (per prop. 11. huius et eius schol.); eoque mens quatenus contristatur, eatenus eius intelligendi, hoc , eius agendi potentia (per prop. 1. huius) minuitur vel coērce- . Adeoque nulli tristitiae affectus ad mentem referri possunt, atenus agit, sed tantum affectus laetitiae et cupiditatis, qui ex prop. praec.) eatenus etiam ad mentem referuntur; q. e. d.

**SCHOL.** Omnes actiones, quae sequuntur ex affectibus, qui ad mentem referuntur, quatenus intelligit, ad fortitudinem ero, quam in animositatem et generositatem distinguo. Nam per *animositatem* intelligo *cupiditatem*, qua unusquisque conatur suum esse ex solo rationis dictamine conservare. Generositatem autem *cupiditatem* intelligo, qua unusquisque solo rationis dictamine conatur reliquos homines iuvare et amicitia iungere. Eas itaque actiones, quae solum agentis intendunt, ad animositatem, et quae alterius etiam utile intendunt, ad generositatem refiero. Temperantia igitur, sobrietas animi in periculis praeventione etc. animositatis sunt species; destia autem, clementia etc. species generositatis sunt. Atque puto me praecipuos affectus animique fluctuationes, quae ex expositione trium primitivorum affectuum, nempe cupiditatis, laetitiae et tristitiae oriuntur, explicuisse perque primas suas causas ostendisse. Ex quibus apparet, nos a causis externis multo

modis agitari, nosque, perinde ut maris undae a contrariis ventis agitatae, fluctuare nostri eventus atque fati inscios. At dixi, me praecipuos tantum, non omnes, qui dari possunt, animi contentus ostendisse. Nam eadem via, qua supra, procedendo facile possumus ostendere amorem esse iunctum poenitentiae, dignationi, pudori etc. Imo unicuique ex iam dictis classe constare credo, affectus tot modis, alios cum aliis, posse compendi, indeque tot variationes oriri, ut nullo numero definiri queant. Sed ad meum institutum praecipuos tantum esumeravisse sufficit; nam reliqui, quos omisi, plus curiositatis, quam utilitatis habarent. Attamen de amore hoc notandum restat, quod scilicet aepissime contingit, dum re, quam appetebamus, fruimur, ut corpus ex ea fruitione novam acquirat constitutionem, a qua aliter determinatur, et aliae rerum imagines in eo excitantur, et simul mens aliqua imaginari aliaque cupere incipit. Ex. gr. quam aliquid, quod nos sapore delectare solet, imaginamur, eodem frui, neque comedere cupimus. At quam diu eodem sic fruimur, stomachus adimpletur corporisque aliter constituitur. Si igitur corpore iam aliter disposito eiusdem cibi imago, quia ipse praesens adest, formentetur, et consequenter conatus etiam sive cupiditas eundem comedendi huic cupiditati seu conatu nova illa constitutio repugnabit, et consequenter cibi, quem appetebamus, praesentia odiosa erit, et hoc est, quod fastidium et taedium vocamus. Caeterum corporis affectiones externas, quae in affectibus observantur, ut sunt tremor, livor, singultus, risus etc. neglexi, quia ad solum corpus absque ulla ad mentem relatione referuntur. Denique de affectuum definitionibus quedam notanda sunt, quas propterea hic ordine repeatam, et quid in unaquaque observandum est, iisdem interponam.

### AFFECTUUM DEFINITIONES.

I. Cupiditas est ipsa hominis essentia, quatenus ex data quacumque eius affectione determinata concipitur ad aliquid agendum.

*EXPLIC.* *Diximus supra in scholio propositionis 9. huius partis, cupiditatem esse appetitum cum eiusdem conscientia;*

*petitum autem esse ipsam hominis essentiam, quatenus determinata est ad ea agendum, quae ipsius conservationi iuserviunt. id in eodem scholio etiam monui, me revera inter humanum appetitum et cupiditatem nullam agnoscere differentiam. Nam ut homo sui appetitus sit conscientius, sive non sit, manet tamen appetitus unus idemque; atque adeo, ne tautologiam committre viderer, cupiditatem per appetitum explicare nolui, sed uidem ita definire studui, ut omnes humanae naturae conatus, ius nomine appetitus, voluntatis, cupiditatis vel impetus significamus, una comprehendendrem. Potueram enim dicere, cupiditatem esse ipsam hominis essentiam, quatenus determinata incipitur ad aliquid agendum: sed ex hac definitione (per prop. 1. part. 2.) non sequeretur, quod mens possit suae cupiditatis ut appetitus esse conscientia. Igitur ut hucus conscientiae causam velocorem, necesse fuit (per eandem prop.) addere: quatenus et data quamcumque eius affectione determinata etc. Nam per sectionem humanae essentiae quamcumque eiusdem essentiae institutionem intelligimus, sive ea sit innata, sive quod ipsa per solum cogitationis, sive per solum extensionis attributum incipiatur, sive denique quod ad utrumque simul referatur. Sic igitur cupiditatis nomine intelligo hominis quoscumque conatus, impetus, appetitus et volitiones, qui pro varia eiusdem essentiae constitutione varii et non raro adeo sibi invicem oppositi sunt, ut homo diversimode trahatur, et quo se vertat nesciat.*

**II. Laetitia est hominis transitio a minore ad maiorem perfectionem.**

**III. Tristitia est hominis transitio a maiore ad minorem perfectionem.**

**EXPLIC.** Dico transitionem. Nam laetitia non est ipsa per-  
ctio. Si enim homo cum perfectione, ad quam transit, nascer-  
tur, eiudem absque laetitiae affectu compos esset; quod claus  
apparet ex tristitiae affectu, qui huic est contrarius. Nam  
vad tristitia in transitione ad minorem perfectionem consistit,  
in autem in ipsa minore perfectione, nemo negare potest,  
nandoquidem homo eaturus contristari nequit, quatenus ali-  
ius perfectionis est particeps. Nec dicere possumus, quod tri-  
stitia in privatione maioris perfectionis consistat; nam privatio

*nihil est. Tristitiae autem affectus actus est, qui propterea nullus alius esse potest, quem actus transouri ad minorem perfectionem, hoc est, actus, quo hominis agendi potentia minatur vel coërcetur. Vid. schol. prop. 11. huius. Cæterum defuditio-nes hilaritatis, titillationis, melancholias et doloriis omitto, quia ad corpus potissimum referuntur et non nisi laetitiae aut tristitiae sunt species.*

IV. Admiratio est rei alicuius imaginatio, in qua mens defixa propterea manet, quia haec singularis imaginatio nullam cum reliquis habet connexionem. Vide prop. 52. cum eiusdem schol.

EXPLIC. In scholio propositionis 18. partis 2. ostendimus, quænam sit causa, cur mens ex contemplatione unius rei statim in alterius rei cogitationem incidat, videlicet, quia earum rerum imagines invicem concatenatae et ita ordinatae sunt, ut alia aliam sequatur, quod quidem concipi nequit, quando rei imago nova est; sed mens in eiusdem rei contemplatione detinebitur, donec ab aliis causis ad alia cogitandum determinetur. Rei itaque novae imaginatio in se considerata eiusdem naturæ est, ac reliquas, et hac de causa ego admirationem inter affectus non numero, nec causam video, cur id sacerem, quandoquidem haec mentis distractio ex nulla causa positiva, quæ mentem ab aliis distrahat, oritur, sed tantum ex eo, quod causa, cur mens ex unius rei contemplatione ad alia cogitandum determinatur, deficit. Tres igitur (ut in schol. prop. 11. huius monaci) tantum affectus primitivos seu primarios agnosco, nempe laetitiae, tristitiae et cupiditatis; nec alia de causa verba de admiratione feci, quam quia usu factum est, ut quidam affectus, qui ex tribus primitivis derivantur, aliis nominibus indicari soleant, quando ad obiecta, quæ admirantur, referuntur; quæ quidem ratio me ex aequo movet, ut etiam contentus definitionem his adiungam.

V. Contentus est rei alicuius imaginatio, quæ mentem adeo parum tangit, ut ipsa mens ex rei praesentia magis moveatur ad ea imaginandum, quæ in ipsa re non sunt, quam quæ in ipsa sunt. Vid. schol. prop. 52. huius.

*Definitiones venerationis et designationis missas hic  
fecio, quia nulli, quod sciam, affectus ex his nomen trahunt.*

**VI. Amor** est laetitia concomitante idea causae externae.

**EXPLIC.** *Hac definitio satis clare amoris essentiam exprimat. illa vero auctorum, qui definiunt amorem esse voluntatem amantis se iungendi rei amatae, non amoris essentiam, sed eius proprietatem exprimit; et quia amoris essentia non satis ab auctoribus perspecta fuit, ideo neque eius proprietatis ullum clarum conceptum habere potuerunt, et hinc factum, ut eorum definitionem admodum obscuram esse omnes iudicaverint. Verum notandum, quum dico, proprietatem esse in amante, se voluntate iungere rei amatae, me per voluntatem non intelligere consensum vel animi deliberationem seu liberum decretum (nam hoc fictitium esse demonstravimus propos. 48. partis 2.), nec etiam cupiditatem sese iungendi rei amatae, quando abest, vel perseverandi in ipsis praesentia, quando adest (potest namque amor abeque hac aut illa cupiditate concipi); sed per voluntatem me acquiescentiam intelligere, quae est in amante ob rei amatus praesentiam, a qua laetitia amantis corroboratur aut saltem foretur.*

**VII. Odium** est tristitia concomitante idea causae externae.

**EXPLIC.** *Quae hic notanda sunt, ex dictis in praecedentibus definitionis explicatione facile percipiuntur. Vide praeterea schol. prop. 13. huius partis.*

**VIII. Propensio** est laetitia concomitante idea alicuius rei, se per accidens causa est laetitiae.

**IX. Aversio** est tristitia concomitante idea alicuius rei, se per accidens causa est tristitiae. De his vide schol. prop. 15. us.

**X. Devotio** est amor erga eum, quem admiramus.

**EXPLIC.** *Admirationem oriri ex rei novitate, ostendimus actiones 52. huius. Si igitur contingat, ut id quod admirans sepe imaginemur, idem admirari desinemus; atque adeo unus, devotionis affectum facile in simplicem amorem dñe.*

**XI. Irrisio** est laetitia orta ex eo, quod aliquid, quod conatus in re, quam odimus, ei inesse imaginamur.

**EXPLIC.** Quatenus rem, quam odimus, contemnimus, eatenus de eadem existentiam negamus (vide schol. prop. 32. huius), et eatenus (per prop. 20. huius) laetamur. Sed quondam supponimus, hominom id, quod irridet, odio tamen habere, sequitur, hanc laetitiam solidam non esse. Vide schol. prop. 47. huius.

**XII.** Spes est inconstans laetitia orta ex idea rei futurae vel praeteritae, de cuius eventu aliquatenus dubitamus.

**XIII.** Metus est inconstans tristitia orta ex idea rei futurae vel praeteritae, de cuius eventu aliquatenus dubitamus. Vide de his schol. 2. prop. 18. huius.

**EXPLIC.** Ex his definitionibus sequitur, non dari spem sine metu, neque metum sine spe. Qui enim spe pendet et de rei eventu dubitat, is aliquid imaginari supponitur, quod rei futurae existentiam secludit; atque adeo eatenus contristari (per prop. 19. huius) et consequenter, dum spe pendet, metuere, ut res eveniat. Qui autem contra in metu est, hoc est, de rei quam odit eventu dubitat, aliquid etiam imaginatur, quod eiusdem rei existentiam secludit; atque adeo (per prop. 20. huius) laetatur, et consequenter eatenus spem habet, ne eveniat.

**XIV.** Securitas est laetitia orta ex idea rei futurae vel praeteritae, de qua dubitandi causa sublata est.

**XV.** Desperatio est tristitia orta ex idea rei futurae vel praeteritae, de qua dubitandi causa sublata est.

**EXPLIC.** Oritur itaque ex spe securitas et ex metu desperatio, quando de rei eventu dubitandi causa tollitur, quod fit, quia homo rem praeteritam vel futuram adesse imaginatur et ut praesentem contemplatur; vel quia alia imaginatur, quae existentiam earum rerum secludunt, quae ipsi dubium iniiciebant. Nam tametsi de rerum singularium eventu (per coroll. prop. 31. part. 2.) nunquam possumus esse certi; fieri tamen potest, ut de eorum eventu non dubitemus. Aliud enim esse ostendimus (vide schol. prop. 49. part. 2.) de re non dubitare, aliud rei certitudinem habere; atque adeo fieri potest, ut ex imagine rei praeteritae aut futurae eodem laetitiae vel tristitiae affectu afficiamus et ex re præsentis imagine, ut in propositione 18. huius demonstravimus, quam cum eiusdem scholio 2. vide.

**XVI.** *Gaudium est laetitia concomitante idea rei praeteritae, quae praeter spem evenit.*

**XVII.** *Conscientiae morsus est tristitia concomitante dea rei praeteritae, quae praeter spem evenit.*

**XVIII.** *Commiseratio est tristitia concomitante idea mali, quod alteri, quem nobis similem esse imaginamur, evenit. Vid. schol. prop. 22. et schol. prop. 27. huius.*

**EXPLIC.** *Inter commiserationem et misericordiam nulla vellet esse differentia, nisi forte, quod commiseratio singularem effectum respiciat, misericordia autem eius habitum.*

**XIX.** *Favor est amor erga aliquem, qui alteri benefecit.*

**XX.** *Indignatio est odium erga aliquem, qui alteri malefecit.*

**EXPLIC.** *Haec nomina ex communi usu aliud significare cōcio. Sed meum institutum non est, verborum significationem, sed rerum naturam explicare, easque iis vocabulis indicare, quorum significatio, quam ex usu habent, a significatione, quā adūl usurpare volo, non omnino abhorret, quod semel monuisse sufficiat. Caeterum horum affectuum causam vide in coroll. 1. propos. 27. et scholio propos. 22. huius partis.*

**XXI.** *Existimatio est de aliquo p̄ae amore plus iusto sentire.*

**XXII.** *Despectus est de aliquo p̄ae odio minus iusto sentire.*

**EXPLIC.** *Est itaque existimatio amoris, et despectus odii effectus sive proprietas; atque adeo potest existimatio etiam definiri, quod sit amor, quatenus hominem ita afficit, ut de remata plus iusto sentiat, et contra respectus, quod sit odium, quatenus hominem ita afficit, ut de eo, quem odio habet, minus iusto sentiat. Vide de his schol. prop. 26. huius.*

**XXIII.** *Invidia est odium, quatenus hominem ita afficit, ut ex alterius felicitate contristetur, et contra ut ex alterius malo gaudeat.*

**EXPLIC.** *Invidiae opponitur communiter misericordia, quae proinde invita vocabuli significatione sic definiri potest:*

**XXIV.** *Misericordia est amor, quatenus hominem ita afficit, ut ex bono alterius gaudeat, et contra ut ex alterius malo contristetur.*

**EXPLIC.** *Cæterum de invidia vide schol. prop. 24. et schol. prop. 32. huius. Atque hi affectus laetitiae et tristitiae sunt, quos idea rei externae comitatur tanquam causa per se vel per accidens. Hinc ad alios transeo, quos idea rei internae comitatur tanquam causa.*

**XXV.** *Acquiescentia in se ipso est laetitia orta ex eo, quod homo se ipsum suamque agendi potentiam contemplatur.*

**XXVI.** *Humilitas est tristitia orta ex eo, quod homo suam impotentiam sive imbecillitatem contemplatur.*

**EXPLIC.** *Acquiescentia in se ipso humilitati opponitur, quatenus per eandem intelligimus laetitiam, quae ex eo oritur, quod nostram agendi potentiam contemplamur. Sed quatenus per ipsam etiam intelligimus laetitiam concomitante idea alienius facti, quod nos ex mentis libero decreto fecisse credimus, tum poenitentiae opponitur, quae a nobis sic definitur:*

**XXVII.** *Poenitentia est tristitia concomitante idea alienius facti, quod nos ex libero mentis decreto fecisse credimus.*

**EXPLIC.** *Horum affectuum causas ostendimus in schol. prop. 51. huius partis et prop. 53. 54. 55. eiusque schol. De libero autem mentis decreto vide schol. prop. 35. part. 2. Sed hic præterea notandum venit, mirum non esse, quod omnes omnino actus, qui ex consuetudine pravi vocantur, sequatur tristitia, et illos, qui recti dicuntur, laetitia. Nam hoc ab educatione potissimum pendere, facile ex supra dictis intelligimus. Parentes nimur illos exprobrando liberosque propter eosdem saepe obiurgando, hos contra suadendo et laudando effecerunt, ut tristitiae commotiones illis, laetitiae vero his iungerentur. Quod ipsa etiam experientia comprobatur. Nam consuetudo et religio non est omnibus eadem; sed contra, quae apud alios sacra, apud alios profana, et quae apud alios honesta, apud alios turpia sunt. Prout igitur unusquisque educatus est, ita facti alicuius poenitet vel eodem gloriatur.*

**XXVIII.** *Superbia est de se pree amore sui plus iusto sentire.*

**EXPLIC.** *Differt igitur superbia ab existimatione, quod haec ad obiectum externum, superbia autem ad ipsum hominem de se plus iusto sentientem referatur. Cæterum ut existimatio*

*amoris, sic superbia philautiae effectus vel proprietas est, quae propriece etiam definiri potest, quod sit amor sui sive acquiescentia in se ipso, quatenus hominem ita afficit, ut de se plus iusto sentiat. Vid. schol. prop. 26. huius. Huic affectui non datur contrarius. Nam nemo de se prae odio cui minus iusto sentit; immo nemo de se minus iusto sentit, quatenus imaginatur, se hoc vel illud non posse. Nam quicquid homo imaginatur se non posse, id necessario imaginatur, et hac imaginatione ita disponitur, ut id agere revera non possit, quod se non posse imaginatur. Quam diu enim imaginatur se hoc vel illud non posse, tam diu ad agendum non est determinatus; et consequenter tam diu impossibile ei est, ut id agat. Verumonim vero si ad illa attendamus, quae a sola opinione pendent, concipere poterimus fieri posse, ut homo de se minus iusto sentiat. Fieri enim potest, ut aliquis, dum tristis imbecillitatem contemplatur suam, imaginetur, se ab omnibus contemni; idque, dum reliqui nihil minus cogitant, quam ipsum contemnere. Potest praeterea homo de se minus iusto sentire, si aliquid de se in praesenti neget cum relatione ad futurum tempus, cuius est incertus; ut quod neget, se nihil certi posse concipere nihilque nisi prava vel turpis posse cupere vel agere etc. Possumus deinde dicere, aliquem de se minus iusto sentire, quem videmus, ipsum ex nimio pudoris metu ea non audere, quae alii ipsi aequales audent. Hunc igitur affectum possumus superbiae opponere, quem abiectionem vocabo. Nam ut ex acquiescentia in se ipso superbia, sic ex humilitate abiectione oritur; quae proinde a nobis sic definitur:*

**XXIX. Abiectione est de se prae tristitia minus iusto sentire.**

**EXPLIC.** Solemus tamen saepo superbiae humilitatem opponere; sed tum magis ad utriusque effectus, quam naturam attendimus. Solemus namque illum superbum vocare, qui nimis gloriatur (vide schol. prop. 30. huius), qui non nisi virtutes suas et aliorum non nisi vitia narrat, qui omnibus praeferri vult, et qui denique ea gravitate et ornatu incedit, quo solent alii, qui longe supra ipsum sunt positi. Contra illum humilem vocamus, qui saepius erubescit, qui sua vitia fatetur et aliorum virtutes narrat, qui omnibus cedit, et qui denique submisso capite

*ambulat et se ornare negligit. Caeterum hi affectus, nempe humilitas et abiectione, rarissimi sunt. Nam natura humana in se considerata contra eosdem, quantum potest, nititur (vide prop. 15. et 54. huius); et ideo qui maxime creduntur abiectioni et humili esse, maxime plerumque ambitiosi et invidi sunt.*

XXX. *Gloria est laetitia concomitante idea alicuius nostrae actionis, quam alios laudare imaginamur.*

XXXI. *Pudor est tristitia concomitante idea alicuius actionis, quam alios vituperare imaginamur.*

**EXPLIC.** *De his vide scholium propositionis 30. huius partis. Sed hic notanda est differentia, quae est inter pudorem et verecundiam. Est enim pudor tristitia, quae sequitur factum, cuius pudet; verecundia autem est metus seu timor pudoris, quo homo continetur, ne aliquid turpe committat. Verecundiae opponi solet impudentia, quae revera affectus non est, ut suo loco ostendam: sed affectum nomina (ut iam monui) magis eorum usum, quam naturam respiciunt. Atque his laetitiae et tristitiae affectus, quos explicare proposueram, absolvি. Pergo itaque ad illos, quos ad cupiditatem refero.*

XXXII. *Desiderium est cupiditas sive appetitus re aliqua potiundi, quae eiusdem rei memoria fovetur, et simul aliarum rerum memoria, quae eiusdem rei appetendae existentiam secludunt, coercetur.*

**EXPLIC.** *Quum alicuius rei recordamur, ut iam saepe diximus, eo ipso disponimur, ad eandem eodem affectu contemplandum, ac si res praesens adesset; sed haec dispositio seu conatus, dum vigilamus, plerumque cohabetur ab imaginibus rerum, quae existentiam eius, cuius recordamur, secludunt. Quando itaque rei meminimus, quae nos aliquo laetitiae genere afficit, eo ipso conamur eandem cum eodem laetitiae affectu ut praesentem contemplari; qui quidem conatus statim cohabetur memoria rerum, quae illius existentiam secludunt. Quare desiderium revera tristitia est, quae laetitiae opponitur illi, quae ex absentia rei, quam odimus, oritur, de qua vide scholium propositionis 47. huius partis. Sed quia nomen desiderium cupiditatem respicere videtur, ideo hunc affectum ad cupiditatis affectus refero.*

XXXIII. *Aemulatio est alicuius rei cupiditas, quae no-*

bis ingenerator ex eo, quod alios eandem cupiditatem habere imaginamur.

**EXPLIC.** *Qui fugit, quia alios fugere, vel qui timet, quia alios timore videt, vel etiam ille, qui ex eo, quod aliquem manus suam combussisse videt, manum ad se contrahit, corpusque movet, quasi ipse manus combureretur, eum imitari quidem alterius affectum, sed non eundem aemulari dicemus; non quia aliam aemulationis, aliam imitationis novimus causam, sed quia usu factum est, ut illum tantum vocemus aemulum, qui id, quod honestum, utile vel iucundum esse iudicamus, imitatur. Casterum de aemulationis causa vide propositionem 27. huius partis cum eius scholio. Cur autem huic affectui plorunque iuncta sit invidia, de eo vide propositionem 32. huius cum eiusdem scholio.*

**XXXIV.** Gratia seu gratitudo est cupiditas seu amoris studium, quo ei benefacere conamur, qui in nos pari amoris affectu beneficium contulit. Vide prop. 39. cum schol. prop. 41. huius.

**XXXV.** Benevolentia est cupiditas benefaciendi ei, cuius nos miseret. Vide schol. prop. 27. huius.

**XXXVI.** Ira est cupiditas, qua ex odio incitamus ad illi quem odimus malum inferendum. Vide prop. 39. huius.

**XXXVII.** Vindicta est cupiditas, qua ex reciproco odio concitamus ad malum inferendum ei, qui nobis pari affectu damnum intulit. Vide coroll. 2. prop. 40. huius cum eiusdem schol.

**XXXVIII.** Crudelitas seu saevitia est cupiditas, qua aliquis concitatur ad malum inferendum ei, quem amamus, vel cuius nos miseret.

**EXPLIC.** *Crudelitati opponitur clementia, quae passio non est, sed animi potentia, qua homo iram et vindictam moderatur.*

**XXXIX.** Timor est cupiditas malus quod metuimus malum minore vitandi. Vide schol. prop. 39. huius.

**XL.** Audacia est cupiditas, qua aliquis incitatur ad aliquid agendum cum periculo, quod eius aequales subire metuunt.

**XLI.** Pusillanimitas dicitur de eo, cuius cupiditas coeretur timore periculi, quod eius aequales subire audent.

**EXPLIC.** *Est igitur pusillanimitas nihil aliud, quam metu-*

*aliquis mali, quoq; plerique non solent motuere; quare ipsam ad cupiditatis affectus non refero. Eandem tamen hic explicare volui, quia quatenus ad cupiditatem attendimus, affectus audacia revera opponitur.*

**XLI.** *Consternatio dicitur de eo, ex cuius cupiditas malum vitandi coegeretur admiratione mali, quod timet.*

**EXPLIC.** *Est itaque consternatio pusillanimitatis species. Sed quia consternatio ex duplo timore oritur, ideo commodius definiti potest, quod sit motus, qui hominem stupefactum ex fluctuantem ita continet, ut is malum amovere non possit. Dico stupefactum, quatenus etiam cupiditatem malum amovendi admiratione coegeri intelligimus. Fluctuantem autem dico, quatenus concipiimus eandem cupiditatem coegeri timore alterius mali, quod ipsum aequus cruciat: unde fit, ut quodnam ex duabus avertat nesciat. De his vide schol. prop. 39. et schol. prop. 52. huius. Casterum de pusillanimitate et audacia vide schol. prop. 51. huius.*

**XLIII.** *Humanitas seu modestia est cupiditas ea faciendi quae hominibus placent, et omittendi quae displicant.*

**XLIV.** *Ambitio est immodica gloriae cupiditas.*

**EXPLIC.** *Ambitio est cupiditas, qua omnes affectus (per prop. 27. et 31. huius) soventur et corroborantur; et ideo hic affectus vix superari potest. Nam quam diu homo aliqua cupiditate tenetur, hac simul necessario tenetur. „Optimus quisque, inquit Cicero“), maxime gloria ducitur. Philosophi etiam libris, quos de contemnenda gloria scribunt, nomen suum inscribunt” etc.*

**XLV.** *Luxuria est immoderata convivandi cupiditas vel etiam amor.*

**XLVI.** *Ebrietas est immoderata potandi cupiditas et amor.*

**XLVII.** *Avaritia est immoderata divitiarum cupiditas et amor.*

**XLVIII.** *Libido est etiam cupiditas et amor in commiscendis corporibus.*

<sup>\*)</sup> *Vid. Cic. pro Archia cap. ii. Conf. Tuscul. disput. I. i. cap. 15.*

**EXPLIC.** Sive haec coëundi cupiditas moderata sit sive non sit, libido appellari solet. Porro hi quinque affectus (ut in schol. prop. 56. huius monui) contrarios non habent. Nam modestia species est ambitionis, de qua vide schol. prop. 29. huius. Temperantiam deinde, sobrietatem et castitatem mentis potentiam, non autem passionem indicare, iam etiam monui. Et tametsi fieri potest, ut homo avarus, ambitiosus vel timidus a nimis cibo, potu et coitu abstineat, avaritia tamen, ambitio et timor luxuria, ebrietati vel castitati non sunt contrarii. Nam avarus in cibum et potum alienum ingurgitare plerunque desiderat. Ambitiosus autem, modo speret fore clam, in nulla re sibi temperabit, et si inter ebrios vivat et libidinosos, ideo quia ambitiosus est, proclivior erit ad eadem vilia. Timidus denique id quod non vult facit. Nam quamvis mortis vitanda causa diliqias in mare proiiciat, manet tamen avarus; et si libidinosus tristis est, quod sibi morem gerere nequeat, non desinit propterea libidinosus esse. Et absolute hi affectus non tam ipsos actus convivandi, potandi etc. respiciunt, quam ipsum appetitum et amorem. Nihil igitur his affectibus opponi potest praeter gemititudinem et animositatem, de quibus in seqq.

Definitiones zelotypiae et reliquarum animi fluctuationum silentio praetermitto, tam quia ex compositione affectuum, quos iam definivimus, oriuntur, quam quia pleraque nomina non habent, quod ostendit ad usum vitae sufficere, easdem in genere tantummodo noscere. Caeterum ex definitionibus affectuum, quos explicuimus, liquet, eos omnes a cupiditate, laetitia vel tristitia oriri, seu potius nihil praeter hos tres esse, quorum unusquisque variis nominibus appellari solet propter varias eorum relationes et denominaciones extrinsecas. Si iam ad hos primitivos et ad eu, quae de natura mentis supra diximus, attendere velimus, affectus, qualenus ad solam mentem referuntur, sic definire poterimus.

### AFFECTUUM GENERALIS DEFINITIO.

**Affectus**, qui animi pathema dicitur, est confusa idea, qua mens maiorem vel minorem sui corporis vel alicuius eius par-

*tis existendi vim, quam antea, affirmat, et qua data ipsa mens ad hoc potius, quam ad illud cogitandum determinatur.*

**EXPLIC.** *Dico primo affectum seu passionem animi esse „confusam ideam.“ Nam mentem calentem tantum pati ostendimus (vide prop. 3. huius), quatenus ideas inadacquatas sive confusas habet. Dico deinde, „qua mens maiorem vel minorem sui corporis vel alicuius eius partis existendi vim, quam antea, affirmat.“ Omnes enim corporum ideas, quas habemus, magis nostri corporis actualem constitutionem (per coroll. 2. prop. 16. part. 2.), quam corporis externi naturam indicant; at hanc, quae affectus formam constituit, corporis vel alicuius eius partis constitutionem indicare vel exprimere debet, quam ipsum corpus vel aliquis eius pars habet, ex eo, quod ipsius agendi potentia sive existentia augetur vel minuitur, iuvatur vel coercetur. Sed notandum, quum dico, „maiores vel minores existendi vim, quam antea“ me non intelligere, quod mens praesentem corporis constitutionem cum praeterita comparat, sed quod idea, quae affectus formam constituit, aliquid de corpore affirmat, quod plus minusve realitatis revera involvit, quam antea. Et quia essentia mentis in hoc consistit (per prop. 11. et 13. part. 2.), quod sui corporis actualem existentiam affirmat, et nos per perfectionem ipsam rei essentiam intelligimus; sequitur ergo, quod mens ad maiorem minoremve perfectionem transit, quando ei aliquid de suo corpore vel aliqua eius parte affirmare contingit, quod plus minusve realitatis involvit, quam antea. Quum igitur supra dixerim, mentis cogitandi potentiam augeri vel minui, nihil aliud intellegere volui, quam quod mens ideam sui corporis vel alicuius eius partis formaverit, quae plus minusve realitatis exprimit, quam de suo corpore affirmaverat. Nam idearum praestantia et actualis cogitandi potentia ex obiecti praestantia aestimatur. Addidi denique: „et qua data ipsa mens ad hoc potius, quam ad aliud cogitandum determinatur,“ ut praeter laetitiae et tristitiae naturam, quam prima definitionis pars explicat, cupiditatis etiam naturam exprimorem.*

# E T H I C E S

## PARS QUARTA.

### DE SERVITUTE HUMANA SEU DE AFFECTUUM VIRIBUS.

#### PRAEFATIO.

Humanam impotentiam in moderandis et coërcendis affectibus servitutem voco. Homo enim affectibus obnoxius sui iuris non est, sed fortunae, in cuius potestate ita est, ut saepe coactus sit, quamquam meliora sibi videat, deteriora tamen sequi.<sup>\*)</sup> Huius rei causam, et quid praeterea affectus boni vel mali habent, in hac parte demonstrare proposui. Sed antequam incipiam, pauca de perfectione et imperfectione, deque bono et malo præfari lubet.

Qui rem aliquam facere constituit eamque perfecit, rem suam *perfectam* esse non tantum ipse, sed etiam unusquisque, qui mentem auctoris illius operis et scopum recte noverit aut se novisse crediderit, dicet. Ex. gr. si quis aliquod opus (quod suppono nondum esse peractum) viderit, noveritque scopum auctoris illius operis esse domum aedicare, is domum imperfectam esse dicet, et contra perfectam, simulatque opus ad finem, quem eius auctor eidem dare constituerat, perductum viderit. Verum si quis opus aliquod videt, cuius simile nunquam viderat, nec mentem opificis novit, is sane scire non poterit, opusne illud perfectum, an imperfectum sit. Atque haec videtur prima fuisse

<sup>\*)</sup> Vid. Ovid. metam. l. VII. v. 20. sq.

horum vocabulorum significatio. Sed postquam homines ideas universales formare, et domuum, aedificiorum, terrum etc. exemplaria excogitare, et alia rerum exemplaria aliis praefere inceperunt, factum est, ut uniusquisque id *perfectum* vocaret, quod cum universalis idea, quam eiusmodi rei formaverait, viderat convenire, et id contra *imperfectum*, quod cum concepto suo exemplari minus convenire videret, quamquam ex opifici sententia consummatum plane esset. Nec alia videtur esse ratio, cur res naturales etiam, quae scilicet humana manu non sunt factae, *perfectas* aut *imperfectas* vulgo appellant; scilicet namque homines tam rerum naturalium, quam artificialium ideas formare universales, quas rerum veluti exemplaria habent et quas naturam (quam nihil nisi alicuius finis causa agere existimat) intueri credunt sibique exemplaria proponere. Quum itaque aliquid in natura fieri vident, quod cum concepto exemplari, quod rei eiusmodi habent, minus convenit, ipsam naturam tum defecisse vel peccavisse, remque illam imperfectam reliquisse credunt. Videmus itaque homines consueuisse, res naturales *perfectas* aut *imperfectas* vocare magis ex praeiudicio, quam ex earum vera cognitione. Ostendimus enim in primae partis appendice naturam propter finem non agere; aeternum namque illud et infinitum ens, quod Deum seu naturam appellamus, eadem, qua existit, necessitate agit. Ex qua enim naturae necessitate existit, ex eadem ipsum agere ostendimus. Vid. prop. 16. part. 1. Ratio igitur seu causa, cur Deus seu natura agit et cur existit, una eademque est. Ut ergo nullius finis causa existit, nullius etiam finis causa agit; sed ut existendi, sic et agendi principium vel finem habet nullum. Causa autem, quae finalis dicitur, nihil est praeter ipsum humanum appetitum, quatenus is alicuius rei veluti principium seu causa primaria consideratur. Ex. gr. quum dicimus habitationem causam fuisse finalem huius aut illius domus, nihil tum sane intelligimus aliud, quam quod homo ex eo, quod vitae domesticae commoda imaginatus est, appetitum habuit aedificandi domum. Quare habitatio, quatenus ut finalis causa consideratur, nihil est praeter hunc singularem appetitum, qui revera causa est efficiens, quae ut prima consideratur, quia homines suorum appetituum causas communiter ignorant. Sunt namque, ut

io dixi, suarum quidem actionum et appetituum consci, ri causarum, a quibus ad aliquid appetendum determinan- nod praeterea vulgo aiunt, naturam aliquando deficere are, resque imperfectas producere, inter commenta nu- lo quibus in appendice partis primae egl. *Perfectio igi-  
perfectionis* revera modi solummodo cogitandi sunt, nempe , quas fingere solemus ex eo, quod eiusdem speciei aut nndividua ad invicem comparamus. Et hac de causa supra - part. 2.) dixi me per realitatem et perfectionem idem in . Solemus enim omnia naturae individua ad unum genus, generalissimum appellatur, revocare; nempe ad notionem ~~esse~~ ad omnia absolute naturae individua pertinet. Qua- que naturae individua ad hoc genus revocamus, et ad in-  
comparamus, et alia plus entitatis seu realitatis, quam alia incomperimus, eatenus alia aliis *perfectiora* esse dicimus; nos iisdem aliquid tribuimus, quod negationem involvit, nos, finis, impotentia etc., eatenus ipsa *imperfecta* ap- s, quia nostram mentem non aequa afficiunt, ac illa, quae vocamus, et non quod ipsis aliquid, quod suum sit, de- l quod natura peccaverit. Nihil enim naturae alicuius rei it, nisi id quod ex necessitate naturae causae efficientis se- et quicquid ex necessitate naturae causae efficientis se- fid necessario fit.  
nam et *malum* quod attinet, nihil etiam positivum in rebus, licet consideratis, indicant, nec aliud sunt praeter cogi- odos seu notiones, quas formamus ex eo, quod res ad in-  
comparamus. Nam una eademque res potest eodem tem- aa et mala, et etiam indifferens esse. Ex. gr. musica bona incholico, mala lugenti; surdo autem neque bona neque Verum quamvis se res ita habeat, nobis tamen haec voca- menda sunt. Nam quia ideam hominis, tanquam naturae e exemplar, quod intueamur, formare cupimus, nobis ex , haec eadem vocabula eo, quo dixi, sensu retinere. Per itaque in seqq. intelligam id, quod certo scimus medium ad exemplar humanae naturae, quod nobis proponimus, magisque accedamus: per *malum* autem id, quod certo impedire, quo minus idem exemplar referamus. Deinde

homines *perfectiores* aut *imperfectiores* dicemus, quatenus ad hoc idem exemplar magis aut minus accedunt. Nam apprime notandum est, quum dico, aliquem a minore ad maiorem perfectionem transire, et contra, me non intelligere, quod ex una essentia seu forma in aliam mutatur (equus namque ex. gr. tam destruitur, si in hominem, quam si in insectum mutetur); sed quod eius agendi potentiam, quatenus haec per ipsius naturam intelligitur, augeri vel minui concipimus. Denique per *perfectionem* in genere realitatem, uti dixi, intelligam, hoc est, rei cuiuscumque essentiam, quatenus certo modo existit et operatur, nulla ipsius durationis habita ratione. Nam nulla res singularis potest ideo dici perfectior, quia plus temporis in existendo perseveravit; quippe rerum duratio ex earum essentia determinari nequit, quandoquidem rerum essentia nullum certum et determinatum existendi tempus involvit; sed res quaecumque, sive ea perfectior sit sive minus, eadem vi, qua existere incipit, semper in existendo perseverare poterit, ita ut omnes hac in re aequales sint.

### DEFINITIONES.

- I. Per bonum id intelligam, quod certo scimus nobis esse utilie.
- II. Per malum autem id, quod certo scimus impedire, quo minus boni alicuius simus compotes.

*De his praecedentem vide praeformationem sub finem.*

- III. Res singulares voco contingentes, quatenus, dum ad earum solam essentiam attendimus, nihil invenimus, quod earum existentiam necessario ponat, vel quod ipsam necessario secludat.

- IV. Easdem res singulares voco possibles, quatenus, dum ad causas, ex quibus produci debent, attendimus, nescimus, an ipsae determinatae sint ad easdem producendum.

*In schol. 1. prop. 33. part. 1. inter possibile et contingens nullam feci differentiam, quia ibi non opus erat haec accurate distinguere.*

- V. Per contrarios affectus in seqq. intelligam eos, qui hominem in diversum trahunt, quamvis eiusdem sint generis, ut

*luxurias et avaritia, quae amoris sunt species; nec natura, sed per accidens sunt contrarii.*

VI. Quid per affectum erga rem futuram, praesentem et praeteritam intelligam, explicui in schol. 1. et 2. prop. 18. part. 3. quod vide.

*Sed venit hic praeterea notandum, quod ut loci, sic etiam temporis distantiam non nisi usque ad certum quendam limitem possumus distincte imaginari: hoc est, sicut omnia illa obiecta, quae ultra ducentos pedes a nobis distant, seu quorum distantia a loco, in quo sumus, illam superat, quam distincte imaginamur, aequae a nobis distare, et perinde ac si in eodem plano essent, imaginari solemus; sic etiam obiecta, quorum existendi tempus longiore a praesenti intervallo abesse imaginamur, quem quod distincte imaginari solemus, omnia aequae longe a praesenti distare imaginamur et ad unum quasi temporis momentum referimus.*

VII. Per finem, cuius causa aliquid facimus, appetitum intelligo.

VIII. Per virtutem et potentiam idem intelligo; hoc est (per prop. 7. part. 3.) virtus, quatenus ad hominem referuntur, est ipsa hominis essentia seu natura, quatenus potestatem habet, quae-dam efficiendi, quae per solas ipsius naturae leges possunt intelligi.

### AXIOMA.

*Nulla res singularis in rerum natura datur, qua potentior et fortior non detur alia. Sed quacumque data datur alia potentior, a qua illa data potest destrui.*

### PROPOSITIONES.

**PROPOS. I.** Nihil, quod idea falsa positivum habet, tollitur praesentia veri, quatenus verum.

**DEMONSTR.** Falsitas in sola privatione cognitionis, quam ideae inadaequatae involvunt, consistit (per prop. 35. part. 2.), nec ipsae aliquid habent positivum, propter quod falsae dicuntur (per prop. 33. part. 2.); sed contra, quatenus ad Deum referuntur, verae sunt (per prop. 32. part. 2.). Si igitur id, quod idea falsa positivum habet, praesentia veri, quatenus verum est, tolle-

retrur, tolleretur ergo idea vera a se ipsa, quod (per prop. 4. part. 3.) est absurdum. Ergo nihil, quod idea etc.; q. e. d.

**SCHOL.** Intelligitur haec propositio clarius ex coroll. 2. prop. 16. part. 2. Nam imaginatio idea est, quae magis corporis humani praesentem constitutionem, quam corporis externi naturam indicat, non quidem distincte, sed confuse; unde fit, ut mens errare dicatur. Ex. gr. quum solem intuemur, eundem ducentos circiter pedes a nobis distare imaginamur; in quo tam diu fallimur, quam diu veram eius distantiam ignoramus. Cognita eiusdem distantia tollitur quidem error, sed non imaginatio, hoc est, idea solis, quae eiusdem naturam eatenus tantum explicat, quatenus corpus ab eodem afficitur; adeoque quanvis veram eiusdem distantiam noscamus, ipsum nihilo minus prope nobis adesse imaginabimur. Nam ut in schol. prop. 35. part. 2. diximus, non ea de causa solem adeo propinquum imaginamur, quia eius veram distantiam ignoramus; sed quia mens eatenus magnitudinem solis concipit, quatenus corpus ab eodem afficitur. Sic quum solis radii aquae superficie incidentes ad nostros oculos reflectuntur, eundem perinde, ac si in aqua esset, imaginamur; tametsi verum eius locum neverimus. Et sic reliquae imaginationes, quibus mens fallitur, sive eae naturalem corporis constitutionem, sive quod eiusdem agendi potentiam augeri vel minui indicant, vero non sunt contrariae, nec eiusdem praesentia evanescent. Fit quidem, quum falso aliquod malum timemus, ut timor evanescat auditio vero nuntio; sed contra etiam fit, quum malum, quod certe venturum est, timemus, ut timor etiam evanescat auditio falso nuntio. Atque adeo imaginationes non praesentia veri, quatenus verum, evanescunt; sed quia aliae occurrent iis fortiores, quae rerum, quas imaginamur, praesentem existentiam secludunt, ut prop. 17. part. 2. ostendimus.

**PROPOS. II.** Nos eatenus patimur, quatenus naturae sumus pars, quae per se absque aliis non potest concipi.

**DEMONSTR.** Nos tum pati dicimur, quum aliquid in nobis oritur, cuius non nisi partialis sumus causa (per defin. 2. part. 3.).

**hoc est (per defin. 1. part. 3.) aliquid, quod ex solis legibus nostrae naturae deduci nequit. Patimur igitur, quatenus naturae sumus pars, quae per se absque aliis nequit concipi; q. e. d.**

**PROPOS. III.** Vis, qua homo in existendo perseverat, limitata est et a potentia causarum externarum infinite superatur.

**DEMONSTR.** Patet ex axiome huius partis. Nam dato homine datur aliquid aliud, puta A potentius, et dato A datur deinde aliud, puta B, ipso A potentius, et hoc in infinitum. Ac proinde potentia hominis potentia alterius rei definitur, et a potentia causarum externarum infinite superatur; q. e. d.

**PROPOS. IV** Fieri non potest, ut homo non sit naturae pars et ut nullas possit pati mutationes, nisi quae per solam suam naturam possint intelligi, quarumque adaequata sit causa.

**DEMONSTR.** Potentia, qua res singulares, et consequenter homo suum esse conservat, est ipsa Dei sive naturae potentia (per coroll. prop. 24. part. 1.), non quatenus infinita est, sed quatenus per humanam actualem essentiam explicari potest (per prop. 7. part. 3.). Potentia itaque hominis, quatenus per ipsius actualem essentiam explicatur, pars est infinitae Dei seu naturae potentiae, hoc est (per prop. 34. part. 1.), essentiae. Quod erat primum. Deinde si fieri possit, ut homo nullas possit pati mutationes, nisi quae per solam ipsius hominis naturam possint intelligi, sequeretur (per prop. 4. et 6. part. 3.) ut non possit perire, sed ut semper necessario existeret. Atque hoc sequi deberet ex causa, cuius potentia finita aut infinita sit, nempe val ex sola hominis potentia, qui scilicet potis esset, ut a se removeret reliquias mutationes, quae a causis externis oriri possent; vel infinita naturae potentia, a qua omnia singulare ita dirigerentur, ut homo nullas alias possit pati mutationes, nisi quae ipsius conservationi inserviant. At primum (per prop. praeced., cuius demonstratio universalis est et ad omnes res singulares applicari potest) est absurdum. Ergo

si fieri potest, ut homo nullas pateretur mutationes, nisi que per solam ipsius hominis naturam possent intelligi, et consequenter (sicut iam ostendimus) ut semper necessario existeret, id sequi deberet ex Dei infinita potentia; et consequenter (per prop. 16. part. 1.) ex necessitate divinae naturae, quatenus alicuius hominis idea affectus consideratur, totius naturae ordo, quatenus ipsa sub extensionis et cogitationis attributis concipitur, deduci deberet. Atque adeo (per prop. 21. part. 1.) sequeretur, ut homo esset infinitus, quod (per 1. part. huius demonstrationis) est absurdum. Fieri itaque nequit, ut homo nullas alias patiatur mutationes, nisi quarum ipse adaequata sit causa; q. e. d.

**COROLL.** Hinc sequitur, hominem necessario passionibus esse semper obnoxium, communemque naturae ordinem sequi et eidem parere, seseque eidem, quantum rerum natura exigit, accommodare.

**PROPOS. V.** Vis et incrementum cuiuscumque passionis, eiusque in existendo perseverantia non definitur potentia, qua nos in existendo perseverare conamur, sed causae externae potentia cum nostra comparata.

**DEMONSTR.** Passionis essentia non potest per solam nostram essentiam explicari (per defin. 1. et 2. part. 3.), hoc est (per prop. 7. part. 3.), passionis potentia definiri nequit potentia, qua in nostro esse perseverare conamur; sed (ut prop. 16. part. 2. ostensum est) definiri necessario debet potentia causae externae cum nostra comparata; q. e. d.

**PROPOS. VI.** Vis alicuius passionis seu affectus reliquas hominis actiones seu potentiam superare potest, ita ut affectus pertinaciter homini adhaereat.

**DEMONSTR.** Vis et incrementum cuiuscumque passionis eiusque in existendo perseverantia definitur potentia causae externae cum nostra comparata (per prop. praec.); adeoque (per prop. 3. huius) hominis potentiam superare potest etc.; q. e. d.

**PROPOS. VII.** *Affectus nec coērceri nec tolli potest, nisi per affectum contrarium et fortiorum affectu coērcendo.*

**Demonstr.** *Affectus, quatenus ad mentem referuntur, est idea, qua mens maiorem vel minorem sui corporis existendi vim, quam antea, affirmat (per generalem affectuum definitionem, quae reperitur sub finem tertiae partis). Quum igitur mens aliquo affectu conficitur, corpus afficitur simul affectione, qua eius agendi potentia augetur vel minuitur. Porro haec corporis affectio (per prop. 5. huius) vim a sua causa accipit perseverandi in suo esse; quae proinde nec coērceri nec tolli potest, nisi a causa corporea (per prop. 4. part. 3.), quae corpus afficiat affectione illi contraria (per prop. 5. part. 3.) et fortiore (per axioma huius). Atque adeo (per prop. 12. part. 2.) mens afficitur idea affectionis fortioris et contrariae priori, hoc est (per general. affectuum defin.) mens afficitur affectu fortiori et contrario priori, qui scilicet prioris existentiam secludet vel tollit; ac proinde affectus nec tolli nec coērceri potest, nisi per affectum contrarium et fortiorum; q. e. d.*

**COROLL.** *Affectus, quatenus ad mentem referuntur, nec coērceri nec tolli potest, nisi per ideam corporis affectionis contrarie et fortioris affectione, qua patimur. Nam affectus, quo patimur, nec coērceri nec tolli potest, nisi per affectum eodem fortiorum eique contrarium (per prop. praec.), hoc est (per gener. affect. defin.), nisi per ideam corporis affectionis fortioris et contrariae affectioni, qua patimur.*

**PROPOS. VIII.** *Cognitio boni et mali nihil aliud est, quam laetitiae vel tristitiae affectus, quatenus eius sumus conscientiis.*

**Demonstr.** *Id bonum aut malum vocamus, quod nostro esse conservando prodest vel obest (per defin. 1. et 2. huius), hoc est (per prop. 7. part. 3.), quod nostram agendi potentiam auget vel minuit, invat vel coērcet. Quatenus itaque (per defin. laetitiae et tristitiae, quas vide in schol. prop. 11. part. 3.) rem alii*

quam nos laetitia vel tristitia afficere percipimus, eandem bonum aut malum vocamus; atque adeo boni et mali cognitio nihil aliud est, quam laetitiae vel tristitiae idea, quae ex ipso laetitiae vel tristitiae affectu necessario sequitur (per prop. 22. part. 2.). At haec idea eodem modo unita est affectui, ac mens unita est corpori (per prop. 21. part. 2.), hoc est (ut in schol. eiusdem prop. ostensum), haec idea ab ipso affectu, sive (per gen. affect. defin.) ab idea corporis affectionis revera non distinguitur nisi solo conceptu. Ergo haec cognitio boni et mali nihil est aliud, quam ipse affectus, quatenus eiusdem sumus consci; q. e. d.

**PROPOS. IX.** *Affectus, cuius causam in praesenti nobis adesse imaginamur, fortior est, quam si eandem non adesse imaginaremur.*

**DEMONSTR.** Imaginatio est idea, qua mens rem ut praesentem contemplatur (vide eius defin. in schol. prop. 17. part. 2.), quae tamen magis corporis humani constitutionem, quam rei externae naturam indicat (per coroll. 2. prop. 16. part. 2.). Est igitur affectus (per gen. affect. defin.) imaginatio, quatenus corporis constitutionem indicat. At imaginatio (per prop. 17. part. 2.) intensior est, quam diu nihil imaginamur, quod rei externae praesentem existentiam secludit. Ergo etiam affectus, cuius causam in praesenti nobis adesse imaginamur, intensior seu fortior est, quam si eandem non adesse imaginaremur; q. e. d.

**SCHOL.** Quum supra in propositione 18. partis 3. dixerim, nos ex rei futurae vel praeteritae imagine eodem affectu affici, ac si res, quam imaginamur, praesens esset, expresse monui, id verum esse, quatenus ad solam ipsius rei imaginem attendimus (est enim eiusdem naturae, sive res imaginati simus sive non simus); sed non negavi eandem debiliorem reddi, quando alias res nobis praesentes contemplamur, quae rei futurae praesentem existentiam secludunt, quod tum monere neglexi, quia in hac parte de affectuum viribus agere constitueram.

**COROLL.** Imago rei futurae vel praeteritae, hoc est, rei, quam cum relatione ad tempus futurum vel praeteritum secluso praesenti contemplamur, caeteris paribus debilior est imagine

rei praesentis, et consequenter affectus erga rem futuram vel praeteritam, caeteris paribus remissior est affectus erga rem praese-  
scatem.

**PROPOS. X.** Erga rem futuram, quam cito affuturam imaginamur, intensius afficimur, quam si eius existendi tempus longius a praesenti distare imaginaremur; et memoria rei, quam non diu praeteriisse imaginamur, intensius etiam afficimur, quam si eandem diu praeteriisse imaginaremur.

**DEMONSTR.** Quatenus enim rem cito affuturam, vel non diu praeteriisse imaginamur, eo ipso aliquid imaginamur, quod rei praesentiam minus secludit, quam si eiusdem futurum existendi tempus longius a praesenti distare, vel quod dudum praeterierit, imaginaremur (ut per se notum); adeoque (per praeced. prop.) catenus intensius erga eandem afficiemur; q. e. d.

**SCHOL.** Ex iis, quae ad definitionem 6. huius partis notavimus, sequitur, nos erga obiecta, quae a praesenti longiori temporis intervallo distant, quam quod imaginando determinare possumus, quamvis ab invicem longo temporis intervallo distare intelligamus, aeque tamen remisse affici.

**PROPOS. XI.** Affectus erga rem, quam ut necessariam imaginamur, caeteris paribus intensior est, quam erga possibilem vel contingentem, sive non necessariam.

**DEMONSTR.** Quatenus rem aliquam necessariam esse imaginamur, catenus eius existentiam affirmamus, et contra rei existentiam negamus, quatenus eandem non necessariam esse imaginamur (per schol. 1. prop. 33. part. 1.); ac proinde (per prop. 9. huius) affectus erga rem necessariam caeteris paribus intensior est, quam erga non necessariam; q. e. d.

**PROPOS. XII.** Affectus erga rem, quam scimus in praesenti non existere et quam ut possibilem ima-

quaedam imaginamur, quam existere defin. 4. huius), hoc est (per prop. metum fovent; atque adeo affectus exterior est; q. e. d.

**COROLL.** **Affectus erga rem, quae existere et quam ut contingentem immo-  
est, quam si rem in praesenti nobis a-**

**Demonstra.** **Affectus erga rem, im-  
aginamur, intensior est, quam si  
remur (per coroll. prop. 9. huius), e-  
tempus futurum a praesenti non mo-  
(per prop. 10. huius). Est itaque a-  
stendi tempus longe a praesenti dis-  
missior, quam si eandem ut praesen-  
minus (per prop. praec.) intensior  
contingentem imaginaremur. Atque  
tingentem multo remissior erit, qua-  
adesse imaginaremur; q. e. d.**

**PROPOS. XIII.** **Affectus immo-  
duam scimus in praesen-**

item imaginamer, etenus aliquid imaginari supponimur, quod ipsam ad memoriam redigit sive quod rei imaginem excitat (vide prop. 18. part. 2. cum eiusdem schol.), ac proinde etenus efficit, ut ipsam ac si praesens esset contemplemur (per coroll. prop. 17. part. 2.). Atque adeo (per prop. 9. huius) affectus erga rem contingente, quam scimus in praesenti non existere, caeteris partibus remissior erit, quam affectus erga rem praeteritam; q. e. d.

**PROPOS. XIV.** Vera boni et mali cognitio, quatenus vera, nullum affectum coercere potest; sed tantum quatenus ut affectus consideratur.

**DEMONSTR.** Affectus est idea, qua mens maiorem vel minorem sui corporis existendi vim, quam antea, affirmat (per gen. aff. defin.); atque adeo (per prop. 1. huius) nihil positivum habet, quod praesentia veri tolli possit; et consequenter vera boni et mali cognitio, quatenus vera, nullum affectum coercere potest. At quatenus affectus est (vide prop. 8. huius), si fortior affectu coercendo sit, etenus tantum (per prop. 7. huius) affectum coercere poterit; q. e. d.

**PROPOS. XV.** Cupiditas, quae ex vera boni et mali cognitione oritur, multis aliis cupiditatibus, quae ex affectibus, quibus conflictamur, oriuntur, restinguvi vel coerceri potest.

**DEMONSTR.** Ex vera boni et mali cognitione, quatenus haec (per prop. 8. huius) affectus est, oritur necessario cupiditas (per 1. affect. def.), quae eo est maior, quo affectus, ex quo oritur, maior est (per prop. 37. part. 3.). Sed quia haec cupiditas (per hypothesis) ex eo, quod aliquid vere intelligimus, oritur, sequitur ergo ipsa in nobis, quatenus agimus (per prop. 3. part. 3.). Atque adeo per solam nostram essentiam debet intelligi (per defin. 2. part. 3.); et consequenter (per prop. 7. part. 3.) eius vis et incrementum sola humana potentia definiri debet. Porro cupiditates, quae ex affectibus, quibus conflictamur, oriuntur, eo etiam maiores sunt, quo hi affectus vehementiores erunt; atque adeo eorum vis et incrementum (per prop. 5. huius) potentia causarum

externarum definiri debet, quae, si cum nostra competenter, nostram potentiam indefinite superat (per prop. 3. huius). Atque adeo cupiditates, quae ex similibus affectibus oriuntur, vehementiores esse possunt illa, quae ex vera boni et mali cognitione oritur; ac proinde (per prop. 7. huius) eandem coērcere vel restinguere poterunt; q. e. d.

**PROPOS. XVI.** Cupiditas, quae ex cognitione boni et mali, quatenus haec cognitio futurum respicit, oritur, facilius rerum cupiditate, quae in praesentia suaves sunt, coērceri vel restinguui potest.

**DEMONSTR.** Affectus erga rem, quam futuram imaginatur, remissior est, quam erga praesentem (per coroll. prop. 9. huius). At cupiditas, quae ex vera boni et mali cognitione oritur, tametsi haec cognitio circa res, quae in praesentia bonae sunt, versetur, restinguui vel coērceri potest aliqua temeraria cupiditate (per prop. praeced., cuius demonstr. universalis est). Ergo cupiditas, quae ex eadem cognitione, quatenus haec futurum respicit, oritur, facilius coērceri vel restinguui poterit etc.; q. e. d.

**PROPOS. XVII.** Cupiditas, quae oritur ex vera boni et mali cognitione, quatenus haec circa res contingentes versatur, multo adhuc facilius coērceri potest cupiditate rerum, quae praesentes sunt.

**DEMONSTR.** Propositio haec eodem modo, ac prop. praeced. demonstratur ex coroll. prop. 12. huius.

**SCHOL.** His me causam ostendisse credo, cur homines opinione magis, quam vera ratione commoveantur, et cur vera boni et mali cognitione animi commotiones excitet et saepe omni libidinis generi cedat. Unde illud poëtae natum: *Video meliora proboque, deteriora sequor.*<sup>1)</sup> Quod idem etiam Ecclesiastes in mente habuisse videtur, quum dixit<sup>2)</sup>: *Qui auget scientiam, auget dolos*.

1) Vid. Ovid. metaph. 7, 20 sq.

2) Vid. lib. Cohel. 1, 18. (cl. v. 17.)  
ברַב חֲכָמָה רְכִבְקָעִים  
יַעֲמִיד דִּעָת יַסְפִּיף מְבָאֹוב:

22. Atque haec non eum in finem dico, ut inde concludam, *nec* stabilius esse ignorare, quam scire, vel quod stulto intellicens in moderandis affectibus nihil intersit; sed ideo quia necesse est, nostrae naturae tam potentiam, quam impotentiam noscere, et determinare possimus, quid ratio in moderandis affectibus os sit et quid non possit; et in hac parte de sola humana impotentia me acturum dixi. Nam de rationis in affectus potentia securatim agere constitui.

**'ROPOS. XVIII.** Cupiditas, quae ex laetitia oritur, caeteris paribus fortior est cupiditate, quae ex tristitia oritur.

**DEMONSTR.** Cupiditas est ipsa hominis essentia (per 1. affect. defin.) hoc est (per prop. 7. part. 3.) conatus, quo homo in suo sse perseverare conatur. Quare cupiditas, quae ex laetitia oritur, ipso laetitiae affectu (per defin. laetitiae, quam vide in schol. prop. 11. part. 3.) iuvatur vel augetur; quae autem contra ex tristitia oritur, ipso tristitiae affectu (per idem schol.) minuitur vel oeretur. Atque adeo vis cupiditatis, quae ex laetitia oritur, potentia humana, simul et potentia causae externae; quae autem ex tristitia, sola humana potentia definiri debet; ac proinde hac illa fortior est; q. e. d.

**SCHOL.** His paucis humanae impotentiae et inconstantiae causas, et cur homines rationis preecepta non servent, explicui. Superest iam, ut ostendam, quid id sit, quod ratio nobis prescribit, et quinam affectus cum rationis humanae regulis convenient, quinam contra iisdem contrarii sint. Sed antequam haec oratio nostro geometrico ordine demonstrare incipiam, lubet ipsa rationis dictamina hic prius breviter ostendere, ut ea, quae sentio, facilius ab unoquoque percipiantur. Quum ratio nihil contra naturam postulet, postulat ergo ipsa, ut unusquisque se ipsum amet, suum utile, quod revera utile est, quaerat, et id omne, quod hominem ad maiorem perfectionem revera dicit, appetat, et absolute ut unusquisque suum esse, quantum in se est, conservare conetur. Quod quidem tam necessario verum est, quam quod totum sit sua parte maius. Vide prop. 4. part. 3.

Deinde quandoquidem virtus (per defn. 6. huius) nihil aliquid est, quam ex legibus propriac naturae agere, et nemo suum esse (per prop. 7. part. 3.) conservare conetur, nisi ex proprieate suae naturee legibus; hinc sequitur *primo*, virtutis fundamentum esse ipsum conatum, proprium esse conservandi, et felicitatem in eo considerare, quod homo suum esse conservare potest. *Secundo* sequitur, virtutem propter se esse appetendam, nec quicquam, quod ipsa praestabilis aut quod utilius nobis sit, dari, causus causa deberet appeti. *Tertio* denique sequitur, eos, qui se interficiunt, animo esse impotentes, eosque a causis externis suae naturee repugnantibus prorsus vinci. Porro ex postulate 4. partis 2. sequitur, nos efficere nunquam posse, ut nihil extra nos indigemus ad nostrum esse conservandum, et ut ita vivamus, ut nullum commercium cum rebus, quae extra nos sunt, habeamus; et si praeterea nostram mentem spectemus, sane noster intellectus imperfectior esset, si mens sola esset, nec quicquam praeter se ipsam intelligeret. Multa igitur extra nos dantur, quae nobis utilia quaque propterea appetenda sunt. Ex his nulla praestantiora ex cogitari possunt, quam ea quae cum nostra natura prorsus convaniunt. Si enim duo ex. gr. eiusdem prorsus naturae individua invicem iunguntur, individuum componunt singulo duplo potentius. Homini igitur nihil homine utilius; nihil, inquam, homines praestantius ad suum esse conservandum optare possunt, quam quod omnes in omnibus ita convenient, ut omnium mentes et corpora unam quasi mentem, unumque corpus componant, et omnes simul, quantum possunt, suum esse conservare conentur, omnesque simul omnium commune utile sibi quaerant. Ex quibus sequitur, homines, qui ratione gubernantur, hoc est, homines, qui ex ductu rationis suum utile quaerunt, nihil sibi appetere, quod reliquis hominibus non cupiant, atque adeo eosdem iustos, fidos atque honestos esse.

Haec fila rationis dictamina sunt, quae hic paucis ostendere proposueram, antequam eadem prolixiori ordine demonstrare inciperem, quod ea de causa feci, ut, si fieri posset, eorum attentionem mihi conciliarem, qui credunt, hoc principium, quod scilicet unusquisque suum utile quaerere tenetur, impietatis, non autem virtutis et pietatis esse fundamentum. Postquam igitur

rem sese contra habere breviter ostenderim, pergo ad eandem eadem via, qua hucusque progressi sumus, demonstrandum.

**PROPOS. XIX.** Id unusquisque ex legibus suae naturae necessario appetit vel aversatur, quod bonum vel malum esse iudicat.

**Demonstra.** Boni et mali cognitio est (per prop. 8. huius) ipsorum laetitiae vel tristitiae affectus, quatenus eamdem eunus consistunt; ac proinde (per prop. 28. part. 3.) id unusquisque necessario appetit, quod bonum, et contra id aversatur, quod malum esse iudicat. Sed hic appetitus nihil aliud est, quam ipsa hominis essentia seu natura (per defin. appet. quam vide in schol. prop. 9. part. 3. et affect. defin. 1.). Ergo unusquisque ex solis suae naturae legibus id necessario appetit vel aversatur etc.; q. e. d.

**PROPOS. XX.** Quo magis unusquisque suum utile quaerere, hoc est, suum esse conservare conatur et potest, eo magis virtute praeditus est; et contra quatenus unusquisque suum utile, hoc est, suum esse conservare negligit, eatenus est impotens.

**Demonstr.** Virtus est ipsa humana potentia, quae sola hominis essentia definitur (per defin. 8. huius), hoc est (per prop. 7. part. 3.), quae solo conatur, quo homo in suo esse perseverare conatur, definitur. Quo ergo unusquisque magis suum esse conservare conatur et potest, eo magis virtute praeditus est, et consequenter (per prop. 4. et 6. part. 3.), quatenus aliquis suum esse conservare negligit, eatenus est impotens; q. e. d.

**SCHOL.** Nemo igitur nisi a causis externis et suae naturae contrariis victus suum utile appetere sive suum esse conservare negligit. Nemo, inquam, ex necessitate suae naturae, sed a causis externis coactus alimenta aversatur vel se ipsum interficit, quod multis modis fieri potest. Nempe interficit aliquis se ipsum coactus ab alio, qui eius dexteram, qua ensem casu prehenderat, contorquet et cogit versus cor ipsum gladium dirigere; vel quod ex mandato tyranni, ut Seneca, cogatur venas aperire suas, hoc est,

maiis malum minore vitare cupiat; vel denique ex eo, quod causae latentes externae eius imaginationem ita disponunt et corpus ita afficiunt, ut id aliam naturam priori contrariam induat et cuius idea in mente dari nequit (per prop. 10. part. 3.). At quod homo ex necessitate suae naturae conetur non existere vel in aliam formam mutari, tam est impossibile, quam quod ex nihilo aliquid fiat, ut unusquisque mediocri meditatione videre potest.

**PROPOS. XXI.** Nemo potest cupere beatum esse, bene agere et bene vivere, qui simul non cupiat esse, agere et vivere, hoc est, actu existere.

**DEMONSTR.** Huius propositionis demonstratio seu potius res ipsa per se patet, et etiam ex cupiditatis definitione. Est enim cupiditas (per 1. affect. defin.) beate seu bene vivendi, agendi etc. ipsa hominis essentia, hoc est (per prop. 7. part. 3.), conatus, quo unusquisque suum esse conservare conatur. Ergo nemo potest cupere etc.; q. e. d.

**PROPOS. XXII.** Nulla virtus potest prior hac (nempe conatu sese conservandi) concipi.

**DEMONSTR.** Conatus sese conservandi est ipsa rei essentia (per prop. 7. part. 3.). Si igitur aliqua virtus posset hac, nempe hoc conatu, prior concipi, conciperetur ergo (per defin. 8. huius) ipsa rei essentia se ipsa prior; quod (ut per se notum) est absurdum. Ergo nulla virtus etc.; q. e. d.

**COROLL.** Conatus sese conservandi primum et unicum virtutis est fundamentum. Nam hoc principio nullum aliud potest prius concipi (per prop. praeced.), et absque ipso (per prop. 21. huius) nulla virtus potest concipi.

**PROPOS. XXIII.** Homo quatenus ad aliquid agendum determinatur ex eo, quod ideas habet inadaequatas, non potest absolute dici ex virtute agere; sed tantum quatenus determinatur ex eo, quod intelligit.

**Demonstra.** Quatenus homo ad agendum determinatur ex eo, quod inadaequatas habet ideas, eatenus (per prop. 1. part. 3.) patitur, hoc est (per defin. 1. et 2. part. 3.) aliquid agit, quod per solam eius essentiam non potest percipi, hoc est (per defin. 8. huius), quod ex ipsis virtute non sequitur. At quatenus ad aliquid agendum determinatur ex eo, quod intelligit, eatenus (per eandem prop. 1. part. 3.) agit, hoc est (per defin. 2. part. 3.), aliquid agit, quod per solam ipsius essentiam percipitur, sive (per defin. 8. huius) quod ex ipsis virtute adaequate sequitur; q. e. d.

**PROPOS. XXIV.** Ex virtute absolute agere nihil aliud in nobis est, quam ex ductu rationis agere, vivere, suum esse conservare (haec tria idem significant) ex fundamento proprium utile quaerendi.

**Demonstra.** Ex virtute absolute agere nihil aliud est (per defin. 8. huius), quam ex legibus propriae naturae agere. At nos quatenus tantummodo agimus, quatenus intelligimus (per prop. 3. part. 3.). Ergo ex virtute agere nihil aliud in nobis est, quam ex iunctu rationis agere, vivere, suum esse conservare, idque (per coroll. prop. 22. huius) ex fundamento suum utile quaerendi; q. e. d.

**PROPOS. XXV.** Nemo suum esse alterius rei causa conservare conatur.

**Demonstra.** Conatus, quo unaquaeque res in suo esse perseverare conatur, sola ipsis rei essentia definitur (per prop. 7. part. 3.), eaque sola data, non autem ex alterius rei essentia necessario sequitur (per prop. 6. part. 3.), ut unusquisque suum esse conservare conetur. Patet praeterea haec propositio ex coroll. prop. 22. huius partis. Nam si homo alterius rei causa suum esse conservare conaretur, tum res illa primum esset virtutis fundamentum (ut per se notum), quod (per praedictum coroll.) est absurdum. Ergo nemo suum esse etc.; q. e. d.

**PROPOS. XXVI.** Quicquid ex ratione conatur, nihil aliud est quam intelligere; nec mens quatenus ra-

bonae vñit, aliud sibi utile esse iudicat nisi id quod ad intelligendum conducit.

**Demonstr.** Conatus sene conservandi nihil est paucus ipsius rei essentiam (per prop. 7. part. 3.), quae quatuor tali existit, vim habere cocepitur ad perseverandum in existendo (per prop. 6. part. 3.), et ea agendum, quae ex data sua natura necessario sequuntur. Vide defin. appetitus in schol. prop. 9. part. 3. At rationis essentia nihil aliud est quam mens nostra, quatenus abire et distincte intelligit. Vide eius defin. in 2. schol. prop. 40. part. 2. Ergo (per prop. 40. part. 2.) quicquid ex ratione conservatur, nihil aliud est quam intelligere. Deinde quoniam hic mens conatus, quo mens quatenus ratiocinatur, sumum esse conservare conservare, nihil aliud est quam intelligere (per primam partem huius). Et ergo hic intelligendi conatus (per coroll. prop. 22. huius) primum et unicum virtutis fundamentum, nec alicuius finis causa (per prop. 25. huius) res intelligere conabimur; sed contra mens quatenus ratiocinatur, nihil sibi bonum esse concipere poterit. nisi id quod ad intelligendum conducit (per defin. 1. huius); q. e. d.

**PROPOS. XXVII.** Nihil certo scimus bonum aut malum esse, nisi id quod ad intelligendum revera conducit, vel quod impedire potest quo minus intelligamus.

**Demonstr.** Mens quatenus ratiocinatur, nihil aliud appetit quam intelligere, nec aliud sibi utile esse iudicat, nisi id quod ad intelligendum conducit (per prop. praec.). At mens (per prop. 41. et 43. part. 2. cuius etiam schol. vide) rerum certitudinem non habet, nisi quatenus ideas habet adaequatas, sive (quod per schol. 2. prop. 40. part. 2. idem est) quatenus ratiocinatur. Ergo nihil certo scimus bonum esse, nisi id quod ad intelligendum revera conducit; et contra id malum, quod impedire potest quo minus intelligamus; q. e. d.

**PROPOS. XXVIII.** Summum mentis bonum est Dei cognitio, et summa mentis virtus Deum cognoscere.

**Demonstr.** Summarum, quod mens intelligere potest, Deus est, hoc est (per defin. 6. part. 1.) ens absolute infinitum, et sine quo (per prop. 15. part. 1.) nihil esse neque concipi potest. Adeoque (per prop. 26. et 27. huius) summum mentis utile sive (per defin. 1. huius) bonum est Dei cognitio. Deinde mens quatenus intelligit, eatenus tantum agit (per prop. 1. et 3. part. 3.), et eatenus tantum (per prop. 23. huius) potest absolute dici, quod ex virtute agit. Est igitur mentis absoluta virtus intelligere. At summarum, quod mente intelligere potest, Deus est (ut iamiam demonstravimus). Ergo mentis summa virtus est Beum intelligere seu cognoscere; q. e. d.

**PROPOS. XXIX.** Res quaecumque singularis, cuius natura a nostra prorsus est diversa, nostram agendi potentiam nec iuvare nec coërcere potest, et absolute res nulla potest nobis bona aut mala esse, nisi commune aliquid nobiscum habeat.

**Demonstr.** Cuiuscumque rei singularis, et consequenter (per coroll. prop. 10. part. 2.) hominis potentia, qua existit et operatur, non determinatur nisi ab alia re singulari (per prop. 28. part. 1.), cuius natura (per prop. 6. part. 2.) per idem attributum debet intelligi, per quod natura humana concipitur. Nostra igitur agendi potentia, quomodocumque ea concipiatur, determinari et consequenter iuvari vel coërceri potest potentia alterius rei singularis, quae aliquid commune nobiscum habet, et non potentia rei, cuius natura a nostra prorsus est diversa: et quia id bonum aut malum vocamus, quod causa est laetitiae aut tristitiae (per prop. 8. huius), hoc est (per schol. prop. 11. part. 3.) quod nostram agendi potentiam auget vel minuit, iuvat vel coërcet; ergo res, cuius natura a nostra prorsus est diversa, nobis neque bona neque mala esse potest; q. e. d.

**PROPOS. XXX.** Res nulla per id, quod cum nostra natura communе habet, potest esse mala; sed quatenus nobis mala est, eatenus est nobis contraria.

**Demonstr.** Id malum vocamus, quod causa est tristitiae

(per prop. 8. huius), hoc est (per eius defin. quam vide in schol. prop. 11. part. 3.) quod nostram agendi potentiam minuit vel colleret. Si igitur res aliqua per id, quod nobiscum habet commune, nobis esset mala; posset ergo res id ipsum, quod nobiscum commune habet, minuere vel coērcere; quod (per prop. 4. part. 3.) est absurdum. Nulla igitur res per id, quod nobiscum commune habet, potest nobis esse mala; sed contra quatenus mala est, hoc est (ut iamiam ostendimus) quatenus nostram agendi potentiam minuere vel coērcere potest, eatenus (per prop. 5. part. 3.) nobis est contraria; q. e. d.

**PROPOS. XXXI.** Quatenus res aliqua cum nostra natura convenit, eatenus necessario bona est.

**DEMONSTR.** Quatenus enim res aliqua cum nostra natura convenit, non potest (per prop. praec.) esse mala. Erit ergo necessario vel bona vel indifferens. Si hoc ponatur, nempe quod neque bona sit neque mala; nihil ergo (per axioma huius) ex ipsius natura sequetur, quod nostrae naturae conservationi inservit, hoc est (per hypothesisin) quod ipsius rei naturae conservationi inservit. Sed hoc est absurdum (per prop. 6. part. 3.). Erit ergo, quatenus cum nostra natura convenit, necessario bona; q. e. d.

**COROLL.** Hinc sequitur, quod quo res aliqua magis cum nostra natura convenit, eo nobis est utilior seu magis bona, et contra quo res aliqua nobis est utilior, eatenus cum nostra natura magis convenit. Nam quatenus cum nostra natura non convenit, erit necessario a nostra natura diversa vel eidem contraria. Si diversa, tum (per prop. 29. huius) neque bona neque mala esse poterit; si autem contraria, erit ergo etiam ei contraria, quae cum nostra natura convenit, hoc est (per prop. praeced.) contraria bono seu mala. Nihil igitur nisi quatenus cum nostra natura convenit, potest esse bonum; atque adeo, quo res aliqua magis cum nostra natura convenit, eo est utilior, et contra; q. e. d.

**PROPOS. XXXII.** Quatenus homines passionibus sunt obnoxii, non possunt eatenus dici, quod natura convenientia.

**DEMONSTR.** Quae natura convenire dicuntur, potentia convenire intelliguntur (per prop. 7. part. 3.); non autem impotentia seu negatione, et consequenter (vide schol. prop. 3. part. 2.) neque etiam passione. Quare homines quatenus passionibus sunt obnoxii, non possunt dici, quod natura convenient; q. e. d.

**SCHOL.** Res etiam per se patet. Qui enim ait, album et nigrum in eo solummodo convenire, quod neutrum sit rubrum: s absolute affirmat album et nigrum nulla in re convenire. Sic tamen si quis ait, lapidem et hominem in hoc tantum convenire, mod uterque sit finitus, impotens, vel quod ex necessitate suae naturae non existit, vel denique quod a potentia causarum externarum indefinite superatur; is omnino affirmat, lapidem et hominem nulla in re convenire. Quae enim in sola negatione sive in eo, quod non habent, convenient, ea revera nulla in re convenient.

**PROPOS. XXXIII.** Homines natura discrepare possunt, quatenus affectibus, qui passiones sunt, conflictantur, et eatenus etiam unus idemque homo varius est et inconstans.

**DEMONSTR.** Affectuum natura seu essentia non potest per solam nostram essentiam seu naturam explicari (per defin. 1. et 2. part. 3.); sed potentia, hoc est (per prop. 7. part. 3.) natura causarum externarum cum nostra comparata definiri debet. Unde it, ut uniuscuiusque affectus tot species dentur, quot sunt species objectorum, a quibus afficiuntur (vide prop. 56. part. 3.), et ut homines ab uno eodemque objecto diversimode afficiantur (vide prop. 51. part. 3.), atque eatenus natura discrepent, et denique et unus idemque homo (per eandem prop. 51. part. 3.) erga idem objectum diversimode afficiatur, atque eatenus varius sit etc.; q. e. d.

**PROPOS. XXXIV.** Quatenus homines affectibus, qui passiones sunt, conflictantur, possunt invicem esse contrarii.

**DEMONSTR.** Homo, ex. gr. Petrus, potest esse causa, ut

Paulus contristetur, propriea quod aliquid habet simile rei, quam Paulus odit (per prop. 16. part. 3.); vel propriea quod Petrus solus re aliqua potius, quam ipse Paulus etiam amat (vide prop. 39. part. 3. cum eiusdem schol.), vel ob alias causas (harum praecipuas vide in schol. prop. 56. part. 3.). Atque adeo inde fiet (per defin. 7. affect.) ut Paulus Petrum odio habeat, et consequenter facile fiet (per prop. 40. part. 3. cum eius schol.) ut Petrus Paulum contra odio habeat, atque adeo (per prop. 39. part. 3.) ut invicem malum inferre concetur, hoc est (per prop. 56. huius) ut invicem sint contrarii. At affectus tristitia semper passio est (per prop. 59. part. 3.); ergo homines, quatenus conflictantur affectibus, qui passiones sunt, poscent invicem esse contraria; q. e. d.

SCHOL. Dixi, quod Paulus odio Petrum habeat, quia imaginatur, id eundem possidere, quod ipse Paulus etiam amat. Unde prima fronte videtur sequi, quod hic duo ex eo, quod idem amant, et consequenter ex eo, quod natura convenientur, sibi invicem damno sint; atque adeo, si hoc verum est, falsas essent propositio 30. et 31. huius partis. Sed si rem aequa lance examinare velimus, haec omnia convenire omnino videbimus. Nam hi duo non sunt invicem molesti, quatenus natura convenientur, hoc est, quatenus uterque idem amat; sed quatenus ab invicem discrepant. Nam quatenus uterque idem amat, eo ipso utriusque amor sovetur (per prop. 31. part. 3.), hoc est (per defin. 6. affect.) eo ipso utriusque laetitia sovetur. Quare longe abest, ut, quatenus idem amant et natura convenientur, invicem molesti sint: sed huius rei causa, ut dixi, nulla alia est, quam quia natura discrepare supponuntur. Supponimus namque Petrum ideam habere rei amatae iam possessae, et Paulum contra ideam rei amatae amissae. Unde fit, ut hic tristitia, et ille contra laetitia afflatur; atque etenim invicem contrarii sint. Et ad hunc modum ostendens facile possumus reliquas odii causas ab hoc solo perdere, quod homines natura discrepant, et non ab eo, in quo convenientur.

**THEOREMA XXXV.** Quatenus homines ex ductu rationis vivunt, eatenus tantum natura semper necessario convenient.

**DEMONSTR.** Quatenus homines affectibus, qui passiones sunt, conflictantur, possunt esse natura diversi (per prop. 33. satis) et invicem contrarii (per prop. praeced.). Sed eatenus homines tantum agere dicuntur, quatenus ex ductu rationis vivunt (per prop. 3. part. 3.); atque adeo quicquid ex humana natura, eatenus ratione definitur, sequitur, id (per defin. 2. part. 3.) ex solam humanam naturam, tanquam per proximam suam causam, debet intelligi. Sed quia unusquisque ex sua naturae libens id appetit, quod bonum, et id amovere conatur, quod malum esse iudicat (per prop. 19. huius); et quum praeterea id, sed ex dictamine rationis bonum aut malum esse iudicamus, necessario bonum aut malum sit (per prop. 41. part. 2.): ergo homines quatenus ex ductu rationis vivunt, eatenus tantum ea necessaria agunt, quae humanae naturae, et consequenter unicuique homini necessario bona sunt, hoc est (per coroll. prop. 31. huius) quae cum natura uniuscuiusque hominis convenient. Atque adeo homines etiam inter se, quatenus ex ductu rationis vivunt, necessario semper convenient; q. e. d.

**COROLL. I.** Nihil singulare in rerum natura datur, quod homini sit utilius, quam homo qui ex ductu rationis vivit. Nam id omni utilissimum est, quod cum sua natura maxime convenit (per coroll. prop. 31. huius), hec est (ut per se notum) homo. At homo ex legibus suaee naturae absolute agit, quando ex ductu rationis vivit (per defin. 2. part. 3.), et eatenus tantum cum natura literie hominis necessario semper convenient (per prop. praeced.). Itego homini nihil inter res singulares utilius datur, quam amo etc.; q. e. d.

**COROLL. II.** Quum maxime unusquisque homo suum sibi esse quaerit, tum maxime homines sunt sibi invicem utiles. Nam pro magis unusquisque suum utile quaerit et se conservare conatur, eo magis virtute praeditus est (per prop. 20. huius), sive quod idem est (per defin. 8. huius), eo maiore potentia praeditus

est ad agendum ex sua naturae legibus, hoc est (per prop. 3. part. 3.) ad vivendum ex ductu rationis. At homines tam maxime natura convenient, quum ex ductu rationis vivunt (per prop. praeced.). Ergo (per praec. coroll.) tam maxime homines erunt sibi invicem utiles, quum maxime unusquisque suum utile sibi quaerit; q. e. d.

**SCHOL.** Quae modo ostendimus, ipsa etiam experientia quotidie tot tamque luculentis testimonii testatur, ut omnibus fere in ore sit: hominem homini Deum esse. Fit tamen raro, ut homines ex ductu rationis vivant; sed cum illis ita comparatum est, ut plerumque iuvandi atque invicem molesti sint. At nihil minus vitam solitariam vix transigere queant, ita ut plerique illa definitio, quod homo sit animal sociale, valde arriserit; et reversus ita se habet, ut ex hominum communi societate multo plus commoda oriuntur, quam damna. Rideant igitur, quantum velint, res humanas satyrici, easque detestentur theologi, et laudent, quantum possunt, melancholici vitam incultam et agrestem, hominesque contemnunt et admirantur bruta: experientur tamen homines mutuo auxilio ea, quibus indigent, multo faciliter sibi parare, et non nisi iunctis viribus pericula, quae ubique imminent, vitare posse; ut iam taceam, quod multo praestabiliter sit et cognitione nostra magis dignum, hominum, quam brutorum facta contemplari. Sed de his alias prolixius.

**PROPOS. XXXVI.** Summum bonum eorum, qui virtutem sectantur, omnibus commune est, eoque omnes aequem gaudere possunt.

**DEMONSTR.** Ex virtute agere est ex ductu rationis agere (per prop. 24. huius), et quicquid ex ratione conatur agere est intelligere (per prop. 26. huius). Atque adeo (per prop. 28. huius) summum bonum eorum, qui virtutem sectantur, est Deum cognoscere, hoc est (per prop. 47. part. 2. et eiusdem schol.), bonum, quod omnibus hominibus commune est, et ab omnibus hominibus, quatenus eiusdem sunt naturae, possideri aequem potest; q. e. d.

**SCHOL.** Si quis autem roget: quid si summum bonum eorum, qui virtutem sectantur, non esset omnibus commune? an non inde, ut supra (vide prop. 34. huius) sequeretur, quod homines, qui ex ductu rationis vivunt, hoc est (per prop. 35. huius) homines, quatenus natura convenient, essent invicem contrarii? Is hoc sibi responsum habeat, non ex accidenti, sed ex ipsa natura rationis oriri, ut hominis sumnum bonum omnibus sit commune, nimirum, quia ex ipsa humana essentia, quatenus ratione definitur, deducitur; et quia homo nec esse nec concipi posset, si potestatem non haberet gaudendi hoc summo bono. Pertinet namque (per prop. 47. part. 2.) ad mentis humanae essentiam, adaequatam habere cognitionem aeternae et infinitae essentiae Dei.

**PROPOS. XXXVII.** Bonum, quod unusquisque, qui sectatur virtutem, sibi appetit, reliquis hominibus etiam cupiet, et eo magis, quo maiorem Dei habuerit cognitionem.

**Demonstr.** Homines quatenus ex ductu rationis vivunt, sunt homini utilissimi (per coroll. 1. prop. 35. huius); atque adeo (per prop. 19. huius) ex ductu rationis conabimur necessario efficere, ut homines ex ductu rationis vivant. At bonum, quod unusquisque, qui ex rationis dictamine vivit, hoc est (per prop. 24. huius) qui virtutem sectatur, sibi appetit, est intelligere (per prop. 26. huius). Ergo bonum, quod unusquisque, qui virtutem sectatur, sibi appetit, reliquis hominibus etiam cupiet. Deinde cupiditas, quatenus ad mentem referatur, est ipsa mentis essentia (per 1. affect. defin.); mentis autem essentia in cognitione consistit (per prop. 11. part. 2.) quae Dei cognitionem involvit (per prop. 47. part. 2.), et sine qua (per prop. 15. part. 1.) nec esse nec concipi potest. Adeoque quo mentis essentia maiorem Dei cognitionem involvit, eo cupiditas, qua is, qui virtutem sectatur, bonum, quod sibi appetit, alteri cupit, etiam maior erit; q. e. d.

**ALITER.** Bonum, quod homo sibi appetit et amat, constantius amabit, si viderit, alios idem amare (per prop. 31. part. 3.). Atque adeo (per coroll. eiusdem prop.) conabitur, ut reliqui idem amant. Et quia hoc bonum (per prop. praec.) omnibus commune

est, coquas omnes gaudere possunt; consumatur ergo (per omnes rationes) ut omnes eodem gaudient, et (per prop. 37. part. 3.) eo magis, quo hoc bono magis fructus; q. e. d.

SCHOL. I. Qui ex solo affectu conatur, ut reliqui videntur, quod ipsi sunt, et ut reliqui ex ipsius ingenio vivant, solo impetu agit, et ideo officios est, praecepit illi, quibus illi placeant, quique propterea etiam studient et eodem impetu consumatur, ut reliqui contra ex ipsorum ingenio vivant. Deinde quatenus sumus, quod homines ex affectu appetant, hanc etiamae ratio est, ut sum tantum eius possit esse compos, hinc sit, et qui videntur, nunc sibi non constent, et dum laudes rei, quam amant, inservient, timent credi. At qui reliquie conatur ratione discere, non impetu, sed humaniter et benigne agit et sibi mente maxime constat. Porro quicquid cupimus et agimus, cuius crux sumus, quatenus Dei habemus ideam, sive quatenus Deum cognoscimus, ad religionem refero. Cupiditatem autem bene faciendi, quae ex eo ingeneratur, quod ex rationis ductu vivimus, pietatem voco. Cupiditatem deinde, qua homo, qui ex ductu rationis vivit, tenetur, ut reliquos sibi amictia tangat, honestatem voco, et id honestum, quod homines, qui ex ductu rationis vivunt, laudant, et id contra turpe, quod conciliandae amicitiae repugnat. Praeter haec civitatis etiam quatenus sint fundamenta ostendi. Differentia deinde inter veram virtutem et impotentiam facile ex supra dictis percipitur: nempe quod vera virtus nihil aliud sit, quam ex solo rationali ductu vivere; atque adeo impotens in hoc solo consistit, quod homo a rebus, quae extra ipsum sunt, duci se patitur et ab his ad ea agendum determinetur, quae rerum externarum communis constitutio, non autem ea, quae ipsa ipsius natura in se sola considerata postulat. Atque haec illa sunt, quae in scholio propositionis 18. huius partis demonstrare promisi, ex quibus apparet legem illam de non inactandis brutis magis vana superstitione et mulierib[us] misericordia, quam sana ratione fundatam esse. Docet quidem ratio nostram utile querendii necessitudinem cum hominibus iungere; sed non cum brutis aut rebus, quarum natura a natura humana est diversa, sed idem ius, quod illa in nos habent, nos in ea habere. Imo quia uniuscuiusque ius virtute seu potentia uniuscuiusque definitur, longe minus homines in bruta,

quam haec in homines ius habent. Nec tamen nego bruta sentire: sed nego, quod propterea non licet nostrae utilitati consulere et iisdem ad libitum usi, eademque tractare, prout nobis magis convenit; quandoquidem nobiscum natura non convenienter et eorum affectus ab affectibus humanis sunt natura diversi. Vide schol. prop. 57. part. 3. Superest, ut explicem, quid iustum, quid iniustum, quid peccatum et quid denique meritum sit. Sed de his vide seq. scholiam.

**SCHOL. II.** In appendice partis prime explicare promisi, quid laus et vituperium, quid meritum et peccatum, quid iustum et iniustum sit. Laudem et vituperium quod attinet, in scholio propositionis 29. partis 3. explicui; de reliquis autem hic iam erit dicendi locus. Sed prius pauca de statu hominis naturali et civili dicenda sunt.

Existit unusquisque summo naturae iure, et consequenter summo naturae iure unusquisque ea agit, quae ex suae naturae necessitate sequuntur; atque adeo summo naturae iure unusquisque indicat, quid bonum, quid malum sit, suaequa utilitati ex suo ingenio consulit (vide prop. 19. et 20. huius), seseque vindicat (vide coroll. 2. prop. 40. part. 3.), et id quod amat conservare, et id quod odio habet destruere conatur (vide prop. 28. part. 3.). Quod si homines ex ductu rationis viverent, potiretur unusquisque (per coroll. 1. prop. 35. huius) hoc suo iure absque ullo alterius danno. Sed quia affectibus sunt obnoxii (per coroll. prop. 4. huius), qui potentiam seu virtutem humanam longe superant (per prop. 6. huius), ideo saepe diversi trahuntur (per prop. 33. huius) atque sibi invicem sunt contrarii (per prop. 34. huius), mutuo dona auxilio indigent (per schol. prop. 35. huius). Ut igitur homines concorditer vivere et sibi auxilio ease possint, necesse est, ut iure suo naturali cedant et se invicem securos reddant, se nihil acturos, quod possit in alterius damnum cedere. Qua autem ratione hoc fieri possit, ut scilicet homines, qui affectibus necessario sunt obnoxii (per coroll. prop. 4. huius) atque inconstantes et varii (per prop. 33. huius), possint se invicem securos reddere et fidem invicem habere, patet ex propositione 7. huius partis et propositione 39. partis 3.: nempe quod nullus affectus coerceri potest, nisi affectu fortiore et contrario affectui coercendo, et quod

unusquisque ab inferendo damno abstinet timore maioris danni. Hac igitur lege societas firmari poterit, si modo ipsa sibi vendicit ius, quod unusquisque habet, seco vindicandi et de bono et malo iudicandi; quaeque adeo potestatem habeat communem vivendi rationem praescribendi, legesque ferendi, easque non ratione, quae affectus coercere nequit (per schol. prop. 17. huius), sed minis firmandi. Haec autem societas legibus et potestate sese conservandi firmata civitas appellatur, et qui ipsius iure defunduntur cives. Ex quibus facile intelligimus, nihil in statu naturali dari, quod ex omnium consensu bonum aut malum sit, quandoquidem unusquisque, qui in statu est naturali, suae tantummodo utilitati consulit, et ex suo ingenio, et quatenus sene utilitatis tantum habet rationem, quid bonum quidve malum sit, decernit, et nemini nisi sibi soli obtemperare lege illa tenetur; atque adeo in statu naturali peccatum concipi nequit: at quidem in statu civili, ubi et communi consensu decernitur, quid bonum quidve malum sit, et unusquisque civitati obtemperare tenetur. Est itaque peccatum nihil aliud, quam inobedientia, quae propterea solo civitatis iure punitur; et contra obedientia civi meritum ducitur, quia eo ipso dignus iudicatur, qui civitatis commodis gaudeat. Deinde in statu naturali nemo ex communi consensu alicuius rei est dominus, nec in natura aliquid datur, quod possit dici huius hominis esse et non illius; sed omnia omnium sunt, ac proinde in statu naturali nulla potest concipi voluntas unicuique suum tribuendi, aut alicui id, quod eius sit, eripendi, hoc est, in statu naturali nihil sit, quod iustum aut iniustum possit dici: at quidem in statu civili, ubi ex communi consensu decernitur, quid huius quidve illius sit. Ex quibus apparet, iustum et iniustum, peccatum et meritum notiones esse extrinsecas, non autem attributa, quae mentis naturam explicit. Sed de his satis.

**PROPOS. XXXVIII.** Id quod corpus humanum ita disponit, ut pluribus modis possit affici, vel quod idem aptum reddit ad corpora externa pluribus modis afficiendum, homini est utile; et eo utilius,

**quo corpus ab eo aptius redditur, ut pluribus modis afficiatur, aliaque corpora afficiat: et contra id noxiun est, quod corpus ad haec minus aptum reddit.**

**DEMONSTR.** Quo corpus ad haec aptius redditur, eo mens aprior ad percipiendum redditur (per prop. 14. part 2.); adeoque id quod corpus hac ratione disponit aptumque ad haec reddit, est necessario bonum seu utile (per prop. 26. et 27. huius), et eo utilius, quo corpus ad haec aptius potest reddere, et contra (per eandem prop. 14. part. 2. inversam et prop. 26. et 27. huius) noxiun, si corpus ad haec minus aptum reddat; q. e. d.

**PROPOS. XXXIX.** Quae efficiunt, ut motus et quietis ratio, quam corporis humani partes ad invicem habent, conservetur, bona sunt; et ea contra mala, quae efficiunt, ut corporis humani partes aliam ad invicem motus et quietis habeant rationem.

**DEMONSTR.** Corpus humanum indiget, ut conservetur, plurimis aliis corporibus (per postul. 4. part. 2.). At id, quod formam humani corporis constituit, in hoc consistit, quod eius partes motus suos certa quadam ratione sibi invicem communicent (per defin. ante lemma 4. quam vide post prop. 13. part. 2.). Ergo quae efficiunt, ut motus et quietis ratio, quam corporis humani partes ad invicem habent, conservetur, eadem humani corporis formam conservant, et consequenter efficiunt (per postul. 3. et 6. part. 2.) ut corpus humanum multis modis affici, et ut idem corpora externa multis modis afficere possit; adeoque (per prop. praec.) bona sunt. Deinde quae efficiunt, ut corporis humani partes aliam motus et quietis rationem obtineant, eadem (per eandem defin. part. 2.) efficiunt, ut corpus humanum aliam formam induat, hoc est (ut per se notum, et in fine praefationis huius partis monuimus) ut corpus humanum destruatur, et consequenter ut omnino ineptum reddatur, ne possit pluribus modis affici, ac proinde (per prop. praec.) mala sunt; q. e. d.

**SCHOL.** Quantum haec menti obesse vel possesse possum in quinta parte explicabitur. Sed hic notandum, quod corpus tum mortem obire intelligam, quando eius partes ita disponantur, ut aliam motus et quietis rationem ad invicem oblinuantur. Nam negare non audeo corpus humanum retenta sanguinis circulations et aliis, propter quae corpus vivere existimatur, posse nihilominus in aliam naturam a sua prorsus diversam mutari. Nam nulla ratio me cogit, ut statuam corpus non mori, nisi mutetur in cadaver; quin ipsa experientia aliud suadere videtur. Fit namque aliquando, ut homo tales patiatur mutationes, ut non facile credam illum esse dixerim, ut de quodam Hispano poëta narrasset, divi, qui morbo corruptus fuerat et quamvis ex ea convalescet, mansit tamen praeteritae suae vitae tam oblitus, ut fabulas et tragedias, quas fecerat, suas non crediderit esse, et aene pro infante adulto haberi potuisse, si vernaculae etiam linguae fuisse oblitus. Et si hoc incredibile videtur, quid de infantibus dicimus, quorum naturam homo proiectae aetatis a sua tempore diversam esse credit, ut persuaderi non posset, se unquam infantem fuisse, nisi ex aliis de se conjecturam faceret? Sed ne superstitionis materiam suppeditem movendi novas quaestiones, malo hacc in medio relinquere.

**PROPOS. XL.** Quae ad hominum communem societatem conducunt, sive quae efficiunt, ut homines concorditer vivant, utilia sunt, et illa contra mala, quae discordiam in civitatem inducunt.

**DEMONSTR.** Nam quae efficiunt, ut homines concorditer vivant, simul efficiunt, ut ex ductu rationis vivant (per prop. 35. huius), atque adeo (per prop. 26. et 27. huius) bona sunt, et (per eandem rationem) illa contra mala sunt, quae discordias concitant; q. e. d.

**PROPOS. XLI.** Laetitia directe mala non est, sed bona; tristitia autem contra directe est mala.

**DEMONSTR.** Laetitia (per prop. 11. part. 3. cum eiusdem

affectus, quo corporis agendi potentia augetur vel iusta-  
zia autem contra est affectus, quo corporis agendi po-  
tentia vel coērctetur; adeoque (per prop. 38. huius).  
Iste bona est etc.; q. e. d.

**S. XLII. Hilaritas excessum habere nonquit,  
semper bona est, et contra melaucholia sem-  
mala.**

URB. Hilaritas (vide eius defin. in schol. prop. 11.  
et laetitia, quae, quatenus ad corpus referuntur, in hoc  
quod corporis omnes partes pariter sint affectae, hoc  
op. 11. part. 3.) quod corporis agendi potentia augetur  
, ita ut omnes eius partes eandem ad invicem metus et  
timor obtineant; atque adeo (per prop. 30. huius) hi-  
per est bona, nec excessum habere potest. At me-  
lancholia etiam defin. vide in eodem schol. prop. 11. part.  
laetitia, quae, quatenus ad corpus referuntur, in hoc con-  
tra corporis agendi potentia absolute minuitur vel coēr-  
toque (per prop. 38. huius) semper est mala; q. e. d.

**S. XLIII. Titillatio excessum habere potest  
mala esse; dolor autem eatenus potest esse  
us, quatenus titillatio seu laetitia est mala.**

URB. Titillatio est laetitia, quae, quatenus ad cor-  
pus, in hoc consistit, quod una vel aliquot eius partes  
minus affectus potentia tanta esse potest, ut reliquias cor-  
poris supereret (per prop. 6. huius), cibae pertinaciter ad-  
tique adeo impedit, quo minus corpus aptum sit, ut  
illis modis afficiatur; adeoque (per prop. 38. huius)  
potest. Deinde dolor, qui contra tristitia est, in se solo  
non potest esse bonus (per prop. 41. huius). Verum  
vis et incrementum definitur potentia causa exterioris  
et comparata (per prop. 5. huius), possumus ergo huius  
minutis virium concipere gradus et modos (per prop. 3.

huius); atque adeo eundem talon concipere, qui titillationem possit coercere, ut excessum non habeat, et eatenus (per primam partem prop. huius) efficere, ne corpus minus aptum reddatur, ac proinde eatenus erit bonus; q. e. d.

#### PROPOS. XLIV. Amor et cupiditas excessum habere possunt.

Demonstr. Amor est laetitia (per defin. 6. affect.) concomitante idea causae externae. Titillatio igitur (per schol. prop. 11. part. 3.) concomitante idea causae externae amor est; atque adeo amor (per prop. praecc.) excessum habere potest. Deinde cupiditas eo est maior, quo affectus, ex quo oritur, maior est (per prop. 37. part. 3.). Quare ut affectus (per prop. 6. huius) reliquas hominis actiones superare potest, sic etiam cupiditas, quae ex eodem affectu oritur, reliquas cupiditates superare, ac proinde eundem excessum habere poterit, quem in praecedenti propositione titillationem habere ostendimus; q. e. d.

SCHOL. Hilaritas, quam bonam esse dixi, concipitur facilis, quam observatur. Nam affectus, quibus quotidie conflictantur, referuntur plerumque ad aliquam corporis partem, quas prae reliquis afficitur, ac proinde affectus ut plurimum excessum habent, et mentem in sola unius obiecti contemplatione ita detinent, ut de aliis cogitare nequeat; et quamvis homines pluribus affectibus obnoxii sint, atque adeo rari reperiantur, qui semper uno eodemque affectu confluentur, non desunt tamen, quibus unus idemque affectus pertinaciter adhaereat. Videmus enim homines aliquando ab uno obiecto ita affici, ut, quamvis praesens non sit, ipsum tamen coram habere credant, quod quando homini non dormienti accidit, eundem delirare dicimus vel insanire; nec minus insanire creduntur, qui amore ardent, quique noctes atque dies solam amasiam vel meretricem somniant, quia risum movere solent. At quum avarus de nulla alia re, quam de lacre vel de nummis cogitet, et ambitiosus de gloria etc., hi non creduntur delirare, quia molesti solent esse et odio digni aestimantur. Sed revera avaritia, ambitio, libido etc. delirii species sunt, quamvis inter morbos non numerentur.

**COPOS. XLV.** Odium nunquam potest esse bonum.

**Demonstr.** Hominem, quem odimus, destruere conamur (prop. 39. part. 3.), hoc est (per prop. 37. huius) aliquid concur, quod malum est. Ergo etc.; q. e. d.

**SCHOL.** I. Nota, me hic et in seqq. per odium illud tantum diligere, quod est erga homines.

**COROLL.** I. Invidia, irrisio, contemptus, ira, vindicta et qui affectus, qui ad odium referuntur vel ex eodem oriuntur, si sunt, quod etiam ex prop. 39. part. 3. et prop. 37. huius est.

**COROLL.** II. Quicquid ex eo, quod odio affecti sumus, amamus, turpe, et in civitate iniustum est. Quod etiam patet ex p. 39. part. 3., et ex defin. turpis et iniusti, quas vide in schol. p. 37. huius.

**SCHOL.** II. Inter irrisione m (quam in 1. coroll. malam s dixi) et risum magnam agnosco differentiam. Nam risus, et locus, mera est laetitia; adeoque, modo excessum non habet, per se bonus est (per prop. 41. huius). Nihil profecto nisi va et tristis superstitione delectari prohibet. Nam qui magis decet nem et sitim extinguere, quam melancholiam expellere? Mea se est ratio et sic animum induxi meum. Nullum numen, nec us nisi invidus, mea impotentia et incommodo delectatur, nec bis lacrimas, singultus, metum et alia huiusmodi, quae animi potentis sunt signa, virtuti dicit; sed contra, quo maiori laeti afficiuntur, eo ad maiorem perfectionem transimus, hoc est, nos magis de natura divina participare necesse est. Rebus ita: uti et iis, quantum fieri potest, delectari (non quidem ad inseam usque, nam hoc delectari non est) viri est sapientis. Viri, nam, sapientis est, moderato et suavi cibo et potu se resicere recreare, ut et odoribus, plantarum virentium amoenitate, orn, musica, ludis exercitatoriis, theatris et aliis huiusmodi, ibus unusquisque absque ullo alterius damno uti potest. Cor: namque humanum ex plurimis diversae naturae partibus com: nitur, quae continuo novo alimento indigent et vario, ut totum corpus ad omnia, quae ex ipsius natura sequi possunt, aequem tunc sit, et consequenter ut mens etiam aequa apta sit ad plura

simil intelligendum. Hoc itaque vivendi institutum, et opus quaevis principis et cum communi praxi optime coeveat; quare si quae alia, haec vivendi ratio optima est et omnibus modis commendanda, nec opus est, de his clarus, neque prolixus agere.

**PROPOS. XLVI.** Qui ex ductu rationis vivit, quantum potest, conatur alterius in ipsum odium, iam, contemnum etc. amore contra sive generositate compensare.

**DEMONSTR.** Omnes odii affectus mali sunt (per coroll. 1. praec. prop.); adeoque qui ex ductu rationis vivit, quantum potest, conabitur efficere, ne odii affectibus conflictetur (per prop. 18. huius), et consequenter (per prop. 37. huius) conabitur, ne etiam aliis eosdem patiatur affectus. At odium odio reciproco augetur et amore contra extingui potest (per prop. 43. part. 3.), ita ut odium in amorem transeat (per prop. 44. part. 3.). Ergo qui ex ductu rationis vivit, alterius odium etc. amore contra compensare conabitur, hoc est, generositate (cuius defin. vide in schol. prop. 59. part. 3.); q. e. d.

**SCHOL.** Qui iniurias reciproco odio vindicare vult, misere profecto vivit. At qui contra studet odium amore expugnare, ille sane laetus et secure pugnat; aequo facile uni homini ac pluribus resistit, et fortunae auxilio quam minime indiget. Quos vere vinceit, ii laeti cedunt, non quidem ex defectu, sed ex incremento virium. Quae omnia adeo clare ex solis amoris et intellectus definitionibus sequuntur, ut opus non sit eadem sigillatum demessare.

**PROPOS. XLVII.** Spei et metus affectus non possunt esse per se boni.

**DEMONSTR.** Spei et metus affectus sine tristitia non dantur. Nam metus est (per 13. affect. defin.) tristitia, et spes (vide explanationem 12. et 13. affect. defin.) non datur sine metu. Ac proinde (per prop. 41. huius) hi affectus non possunt esse per se

*boni, sed tantum quatenus laetitiae excessus coercere possunt (per prop. 43. huius); q. e. d.*

**SCHOL.** Huc accedit, quod hi affectus cognitionis defectum et mentis impotentiam indicant; et hac de causa etiam securitas, desperatio, gaudium et conscientiae morsus animi impotentis sunt signa. Nam quamvis securitas et gaudium affectus sint laetitiae, tristitiam tamen eosdem praecessisse supponunt, nempe spem et metum. Quo itaque magis ex ductu rationis vivere conamur, eo magis a spe minus pendere et metu nosmet liberare, et fortunae, quantum possumus, imperare conamur, nostrasque unctiones certo rationis consilio dirigere.

**PROPOS. XLVIII.** *Affectus existimationis et despectus semper mali sunt.*

**DEMONSTR.** Hi enim affectus (per 21. et 22. affect. defin.) rationi repugnant; adeoque (per prop. 26. et. 27. huius) mali sunt; q. e. d.

**PROPOS. XLIX.** *Existimatio facile hominem, qui existimatur, superbum reddit.*

**DEMONSTR.** Si videmus, aliquem de nobis plus iusto prae amore sentire, facile gloriabimur (per schol. prop. 41. part. 3.) sine laetitia afficiemur (per 30. affect. defin.), et id boni, quod de nobis praedicari audimus, facile credemus (per prop. 25. part. 3.). Nique adeo de nobis prae amore nostri plus iusto sentimus, hoc est (per defin. 28. affect.) facile superbiemus; q. e. d.

**PROPOS. L.** *Commiseratio in homine, qui ex ductu rationis vivit, per se mala et inutilis est.*

**DEMONSTR.** Commiseratio enim (per 18. affect. defin.) tristitia est, ac proinde (per prop. 41. huius) per se mala. Bonum autem, quod ex ea sequitur, quod sefcet hominem, certus nos miseret, a miseria liberare conamur (per coroll. 8. prop. 27. part. 3.), ex solo rationis dictamine facere cupimus (per prop. 37. huius), nec nisi ex solo rationis dictamine aliquid, quod certo

scimus bonum esse, agere possumus (per prop. 27. huius). Atque adeo commiseratio in homine, qui ex ductu rationis vivit, per se mala est et inutilis; q. e. d.

**COROLL.** Hinc sequitur, quod homo, qui ex dictamine rationis vivit, conatur quantum potest efficere, ne commiseratione tangatur.

**SCHOL.** Qui recte novit, omnia ex naturae divinae necessitate sequi et secundum aeternas naturae leges et regulas fieri, is sane nihil reperiet, quod odio, risu aut contempta dignum sit, nec cuiusquam miserebitur; sed quantum humana fert virtus, conabitur bene agere, ut aiunt, et laetari. Huc accedit, quod is, qui commiserationis affectu facile tangitur et alterius miseria vel lacrimis movetur, saepe aliquid agit, cuius postea ipsum poenitit; tam quia ex affectu nihil agimus, quod certo scimus bonum esse, quam quia facile falsis lacrimis decipimur. Atque hic expresse loquor de homine, qui ex ductu rationis vivit. Nam qui nec ratione, nec commiseratione movetur, ut aliis auxilio sit, is recte inhumanus appellatur; nam (per prop. 27. part. 3.) homini dissimilis esse videtur.

**PROPOS. LI.** Favor rationi non repugnat, sed cum eadem convenire et ab eadem oriri potest.

**DEMONSTR.** Est enim favor amor erga illum, qui alteri benefecit (per 19. affect. defin.). Atque adeo ad mentem referri potest, quatenus haec agere dicitur (per prop. 59. part. 3.), hoc est (per prop. 3. part. 3.) quatenus intelligit; ac proinde cum ratione convenit etc.; q. e. d.

**ALITER.** Qui ex ductu rationis vivit, bonum, quod sibi appetit, alteri etiam cupit (per prop. 37. huius). Quare ex eo, quod ipse aliquem videt alteri benefacere, ipsius benefaciendi conatus iuvatur, hoc est (per prop. 11. part. 3.) laetabitur, idque (ex hypothesi) concomitante idea illius, qui alteri benefecit; et proinde (per 19. affect. defin.) ei favet; q. e. d.

**SCHOL.** Indignatio, prout ipsa a nobis definitur (vide 21. affect. defin.), est necessario mala (per prop. 45. huius). Sed tandem, quod quando summa potestas desiderio, quo tenetur,

tetrandae pacis civem punit, qui alteri iniuriam fecit, eandem civi indignari non dico, quia non odio percita ad perdendum civem, sed pietate mota eundem punit.

**PROPOS. LII.** Acquiescentia in se ipso ex ratione oriri potest, et ea sola acquiescentia, quae ex ratione oritur, summa est quae potest dari.

**DEMONSTR.** Acquiescentia in se ipso est laetitia orta ex eo, quod homo se ipsum suamque agendi potentiam contemplatur (per 25. affect. defin.). At vera hominis agendi potentia seu virtus est ipsa ratio (per prop. 3. part. 3.), quam homo clare et distincte contemplatur (per prop. 40. et 43. part. 2.). Ergo acquiescentia in se ipso ex ratione oritur. Deinde nihil homo, dum se ipsum contemplatur, clare et distincte sive adaequate percipit, nisi ea quae ex ipsius agendi potentia sequuntur (per defin. 2. part. 3.), hoc est (per prop. 3. part. 3.), quae ex ipsius intelligendi potentia sequuntur. Adeoque ex sola hac contemplatione summa, quae dari potest, acquiescentia oritur; q. e. d.

**SCHOL.** Est revera acquiescentia in se ipso summum, quod sperare possumus. Nam (ut prop. 25. huius ostendimus) nemo suum esse alicuius finis causa conservare conatur: et quia haec acquiescentia magis magisque sovetur et corroboratur laudibus (per coroll. prop. 53. part. 3.), et contra (per coroll. 1. prop. 55. part. 3.) vituperio magis magisque turbatur, ideo gloria maxime ducimur et vitam cum probro vix ferre possumus.

**PROPOS. LIII.** Humilitas virtus non est, sive ex ratione non oritur.

**DEMONSTR.** Humilitas est tristitia, quae ex eo oritur, quod homo suam impotentiam contemplatur (per 26. affect. defin.). Quatenus autem homo se ipsum vera ratione cognoscit, eatenus suam essentiam intelligere supponitur, hoc est (per prop. 7. part. 3.) suam potentiam. Quare si homo, dum se ipsum contemplatur, aliquam suam impotentiam percipit, id non ex eo est, quod se intelligit, sed (ut prop. 55. part. 3. ostendimus) ex eo, quod *ipsius agendi potentia coērcetur*. *Quod si supponamus, homi-*

nem suam impotentiam concipere adeo, quod aliquid ex potentia intelligit, cuius cognitione suam agendi potentiam determinat, tum nihil aliud concipimus, quam quod hanc se ipsam dictum intelligit (per prop. 26. huius), quod ipsis agendi potentia fuvatur. Quare humilitas seu tristitia, quae ex eo eritur, quandoque summa impotentiam contemplatur, non ex vera contemplatione seu ratione oritur, nec virtus, sed passio est; q. e. d.

**PROPOS. LIV.** Poenitentia virtus non est, sive ex ratione non eritur, sed is, quem facti poenitet, his miser seu impotens est.

**DEMONSTR.** Huius prima pars demonstratur, ut praecepit propositio. Secunda autem ex sola huius affectus definitione (vide 27. affect. defin.) patet. Nam primo prava cupiditate, dein tristitia vinci se patitur.

**SCHOL.** Quia homines raro ex dictamine rationis vivunt, ideo hi duo affectus, nempe humilitas et poenitentia, et praeter hos spes et metus plus utilitatis, quam damni afferunt; atque adeo quandoquidem peccandum est, in istam partem potius peccandum. Nam si homines animo impotentes aequa omnes superbirent, nullius re ipsos puderet, nec ipsi quicquam metuerent, quo vinculis coniungi constringique possent. Terret vulgus, nisi metuat. Quare non mirum, quod prophetae, qui non paucorum, sed communis utilitati consuluerunt, tantopere humilitatem, poenitentiam et reverentiam commendaverint. Et revera qui hisce affectibus sunt obnoxii, multo facilius, quam alii duci possunt, ut tandem ex ductu rationis vivant, hoc est, ut liberi sint et beatorum vita fruantur.

**PROPOS. LV.** Maxima superbia vel abiectione est maxima sui ignorantia.

**DEMONSTR.** Patet ex defin. 26. et 29. affect.

**PROPOS. LVI.** Maxima superbia vel abiectione maximam animi impotentiam indicat.

**DEMONSTR.** Primum virtutis fundamentum est ~~animi~~ esse conservare (per coroll. prop. 22. huius), idque ex dicta rationis

(per prop. 24. huius). Qui igitur se ipsum ignorat, omnium virtutum fundamentum, et consequenter omnes virtutes ignorat. Deinde ex virtute agere nihil aliud est, quam ex ductu rationis agere (per prop. 24. huius), et qui ex ductu rationis agit, scire necessario debet se ex ductu rationis agere (per prop. 43. part. 2.). Qui itaque se ipsum, et consequenter (ut iamiam ostendimus) omnes virtutes maxime ignorat, is minime ex virtute agit, hoc est (ut ex defin. 8. huius patet) maxime animo est impotens; atque adeo (per prop. praec.) maxima superbia vel abiectio maximam animi impotentiam indicat; q. e. d.

**COROLL.** Hinc clarissime sequitur, superbos et abiectos maxime affectibus esse obnoxios.

**SCHOL.** Abiectio tamen facilius corrigi potest, quam superbia, quandoquidem haec laetitiae, illa autem tristitiae est affectus; adque adeo (per prop. 18. huius) hac illa fortior est.

### PROPOS. LVII. Superbus parasitorum seu adulatorum praesentiam amat, generosorum autem odit.

**DEMONSTR.** Superbia est laetitia orta ex eo, quod homo de se plus iusto sentit (per defin. 28. et 6. affect.), quam opinionem homo superbis, quantum potest, fovere conabitur (vide schol. prop. 13. part. 3.). Adeoque parasitorum vel adulatorum (horum definitiones omisi, quia nimis noti sunt) praesentiam amabunt, et generosorum, qui de ipsis, ut par est, sentiunt, fugient; q. e. d.

**SCHOL.** Nimis longum foret, hic omnia superbiae mala enumerare, quandoquidem omnibus affectibus obnoxii sunt superbii, sed nullis minus, quam affectibus amoris et misericordiae. Sed hic minime tacendum est, quod ille etiam superbis vocetur, qui de reliquis minus iusto sentit, atque adeo hoc sensu superbia definienda est, quod sit laetitia orta ex falsa opinione, quod homo se supra reliquos esse putat. Et abiectio huic superbiae contraria definienda esset tristitia orta ex falsa opinione, quod homo se infra reliquos esse credit. At hoc posito facile concipimus, superbum necessario esse invidum (vide schol. prop. 55. part. 3.) et eos maxime odio habere, qui maxime ob virtutes laudantur, nec facile eorum odium amore aut beneficio vinci (vide schol. prop. 41. part.

3.), et eorum tantummodo praesentia delectari, qui animo eius impotentiū mōrem gerunt et ex stulto īsanum faciunt. Abiectio quamvis superbiae sit contraria, est tamen abiectus superbo proximus. Nam quandoquidem eius tristitia et eo oritur, quod suam impotentiam ex aliorum potentia seu virtute iudicat, levabitur ergo eius tristitia, hoc est, laetabitur, si eius imaginatio in alienis virtutis contemplandis occupetur, unde illud proverbium naturam: *Solum miseris socios habuisse malorum;* et contra eo magis contristabitur, quo se magis infra reliquos esse crediderit. Unde fit, ut nulli magis ad invidiam sint proprii, quam abiecti, et ut isti maxime hominum facta observare conentur ad carpendum magis, quam ad eadem corrigendum, et ut tandem solam abiectionem laudent eaque glorientur, sed ita, ut tamen abiecti videantur. Atque haec ex hoc affectu tam necessario sequuntur, quam ex natura trianguli, quod eius tres anguli aequales sint duobis rectis; et iam dixi me hos et similes affectus malos vocare, quatenus ad solam humanam utilitatem attendo. Sed naturae leges communem naturae ordinem, cuius homo pars est, respiciunt; quod hic in transitu monere volui, ne quis putaret me hic hominum vitia et absurdā facta narrare, non autem rerum naturam et proprietates demonstrare voluisse. Nam, ut in praefatione partis tertiae dī, humanos affectus eorumque proprietates perinde considero, ac reliqua naturalia. Et sane humani affectus, si non humanam, naturae saltem potentiam et artificium non minus indicant, quam multa alia, quae admirantur quorūque contemplatione deleatamur. Sed pergo de affectibus ea notare, quae hominibus utilitatem adferunt, vel quae iisdem damnum inferunt.

### PROPOS. LVIII. Gloria rationi non repugnat, sed ab ea oriī potest.

**DEMONSTR.** Patet ex 30. affect. defin. et ex definitione honesti, quam vide in schol. 1. prop. 37. huius partis.

**SCHOL.** Vana quae dicitur gloria est acquiescentia in se ipso, quae sola vulgi opinione fovetur, eaque cessante cessat ipsa acquiescentia, hoc est (per schol. prop. 52. huius) summum bonum, quod unusquisque amat. Unde fit, ut, qui vulgi opinione

deriatur, quotidiana cura anxius nitatur, sociat, experitur, ut hancam conservet. Est namque vulgas varia et incertissima, atque ideo, nisi conservatur fama, cito abolescit; imo quia omnes religi captare applausus cupiunt, facile unquisque alterius famam reprobuit, ex quo, quandoquidem de summo, quod aestimatur, bono certatur, ingens libido oritur se invicem quocumque modo apprimendi, et qui tandem victor evadit, gloriatur magis, quod dicit obfuit, quam quod aibi profuit. Est igitur haec gloria seu requiescentia revera vana, quia nulla est.

Quae de pudore notanda sunt, colliguntur facile ex iis, quae le misericordia et poenitentia diximus. Hec tantum addo, quod ut commiseratio, sic etiam pudor, quamvis non sit virtus, bonus amen est, quatenus indicat, homini, qui pudore suffunditur, cupiditatem inesse honeste vivendi, sicut dolor, qui eatenus honestus dicitur, quatenus indicat, partem laesam nondum esse putrefactam. Quare quamvis homo, quem facti alicuius pudet, revera sit tristis, est tamen perfectior impudente, qui nullam habet honeste vivendi cupiditatem.

Atque haec sunt, quae de affectibus laetitiae et tristitiae notare suscepseram. Ad cupiditates quod attinet, hac sane bona aut mala sunt, quatenus ex bonis aut malis affectibus oriuntur. Sed omnes revera, quatenus ex affectibus, qui passiones sunt, in nobis ingenerantur, coecae sunt (ut facile colligitur ex iis, quae in schol. prop. 44. huius diximus), nec ullius usus essent, si homines facile duci possent, ut ex solo rationis dictamine viverent, ut fam paucis ostendam.

**PROPOS. LIX.** Ad omnes actiones, ad quas ex affectu, qui passio est, determinamur, possumus absque eo a ratione determinari.

**Demonstra.** Ex ratione agere nihil aliud est (per prop. 3. et defin. 2. part. 3.) quam ea agere, quae ex necessitate nostrae naturae in se sola consideratae sequantur. At tristitia eatenus mala est, quatenus hanc agendi potentiam minuit vel coerces (per prop. 41. huius). Ergo ex hoc affectu ad nullam actionem possumus determinari, quam non possumus agere, si ratione diceremur. Praeterea laetitia eatenus mala est, quatenus impedit, quo

minus homo ad agendum sit aptus (per prop. 41. et 43. huius). Atque adeo eatenus etiam ad nullam actionem determinari possumus, quam non possemus agere, si ratione ducereantur. Denique quatenus laetitia bona est, eatenus cum ratione convenit (consistit enim in eo, quod hominis agendi potentia augetur vel invenerit), nec passio est nisi quatenus hominis agendi potentia non es usque augetur, ut se suasque actiones adaequate concipiat (per prop. 3. part. 3. cum eius schol.). Quare si homo laetitia affectus ad tantam perfectionem duceretur, ut se suasque actiones adaequate conciperet, ad easdem actiones, ad quas iam ex affectibus, qui passiones sunt, determinatur, aptus, imo aptior esset. Si omnes affectus ad laetitiam, tristitiam vel cupiditatem referentes (vide explicationem 4. affect. defin.), et cupiditas (per 1. affect. defin.) nihil aliud est, quam ipse ageridi conatus. Ergo ad omnes actiones, ad quas ex affectu, qui passio est, determinamur, possumus absque eo sola ratione duci; q. e. d.

**ALITER.** Actio quaecumque eatenus dicitur mala, quatenus ex eo oritur, quod odio aut aliquo malo affectu affecti sumus (vide coroll. 1. prop. 45. huius). At nulla actio in se sola considerata bona aut mala est (ut in praefatione hulus ostendimus), sed una eademque actio iam bona, iam mala est. Ergo ad eandem actionem, quae iam mala est, sive quae ex aliquo malo affectu oritur, ratione duci possumus (per prop. 19. huius); q. e. d.

**SCHOL.** Explicantur haec clarius exemplo. Nempe verbandi actio quatenus physice consideratur, et ad hoc tantum ostendimus, quod homo brachium tollit, manum claudit totumque brachium vi deorsum movet, virtus est, quae ex corporis humani fabrica concipitur. Si itaque homo ira vel odio commotus determinatur ad claudendam manum vel brachium movendum, id, si in parte secunda ostendimus, fit, quia una eademque actio potest iungi quibuscumque rerum imaginibus; atque adeo tam ex illis imaginibus rerum, quas confuse, quam quas clare et distincte concipimus, ad unam eandemque actionem determinari possumus. Apparet itaque, quod omnis cupiditas, quae ex affectu, qui passio est, oritur, nullius esset usus, si homines ratione duci possent. Videamus iam, cur cupiditas, quae ex affectu, qui passio est, oritur, caeca a nobis appelletur.

**TOPOS. LX.** Cupiditas, quae oritur ex laetitia vel tristitia, quae ad unam vel ad aliquot, non autem ad omnes corporis partes refertur, rationem utilitatis totius hominis non habet.

**DEMONSTR.** Ponatur ex. gr. corporis pars A vi alicuius causae ernaee ita corroborari, ut reliquis praevaleat (per prop. 6. huius), et pars vires suas amittere propterea non conabitur, ut reliquae corporis partes suo fungantur officio. Deberet enim vim seu potentiam habere vires suas amittendi; quod (per prop. 6. part. 3.) absurdum. Conabitur itaque illa pars, et consequenter (per p. 7. et 12. part. 3.) mens etiam illum statum conservare; et quoque cupiditas, quae ex tali affectu laetitiae oritur, rationem ius non habet. Quod si contra supponatur pars A coereiri, ut iquae praevaleant, eodem modo demonstratur, quod nec cupitis, quae ex tristitia oritur, rationem totius habeat; q. e. d.

**SCHOL.** Quum itaque laetitia plerumque (per schol. prop. 44. ius) ad unam corporis partem referatur, cupimus ergo plerumque nostrum esse conservare nulla habita ratione integrae nostrae studinis. Ad quod accedit, quod cupiditates, quibus maxime remur (per coroll. prop. 9. huius), temporis tantum praesentis, et autem futuri habent rationem.

**TOPOS. LXI.** Cupiditas, quae ex ratione oritur, excessum habere nequit.

**DEMONSTR.** Cupiditas (per 1. affect. defin.) absolute consistit in ipsa hominis essentia, quatenus quocumque modo determinata concipitur ad aliquid agendum. Adeoque cupiditas, se ex ratione oritur, hoc est (per prop. 3. part. 3.) quae in nobis generatur, quatenus agimus, est ipsa hominis essentia seu natura, quatenus determinata concipitur ad agendum ea, quae per se in hominis essentiam adaequate concipiuntur (per defin. 2. n. 3.). Si itaque haec cupiditas excessum habere posset, posse ergo humana natura in se sola considerata se ipsam exceedere, et plus posset, quam potest, quod manifesta est contradicatio. Proinde haec cupiditas excessum habere nequit; q. e. d.

**PROPOS. LXII.** Quatenus mens ex rationis dictamine res concipit, aequa afficitur, sive idea sit rei futurae vel praeteritae, sive praesentis.

**DEMONSTR.** Quicquid mens ducente ratione concipit, id omne sub eadem aeternitatis seu necessitatis specie concipit (per coroll. 2. prop. 44. part. 2.), eademque certitudine afficitur (per prop. 43. part. 2. et eius schol.). Quare sive idea sit rei futurae vel praeteritae, sive praesentis, mens eadem necessitate rem concipit, eademque certitudine afficitur, et sive idea sit rei futurae vel praeteritae, sive praesentis, erit nihilo minus aequa vera (per prop. 41. part. 2.), hoc est (per defin. 4. part. 2.) habebit nihilo minus semper easdem ideae adaequatae proprietates. Atque adeo quatenus mens ex rationis dictamine res concipit, eodem modo afficitur, sive idea sit rei futurae vel praeteritae, sive praesentis; q. e. d.

**SCHOL.** Si nos de rerum duratione adaequatam cognitionem habere, earumque existendi tempora ratione determinare possumus, eodem affectu res futuras ac praesentes contemplaremur, et bonum, quod mens ut futurum conciperet, perinde ac praesens appeteret, et consequenter bonum praesens minus pro maiori bono futuro necessario negligeret, et quod in praesenti bonum esset, sed causa futuri alicuius mali, minime appeteret, ut mox demonstrabimus. Sed nos de duratione rerum (per prop. 31. part. 2.) non nisi admodum inadaequatam cognitionem habere possumus, et rerum existendi tempora (per schol. prop. 44. part. 2.) sola imaginatione determinamus, quae non aequa afficitur imagine rei praesentis ac futurae. Unde fit, ut vera boni et mali cognitio, quam habemus, non nisi abstracta sive universalis sit, et iudicium, quod de rerum ordine et causarum nexu facimus, ut determinare possimus, quid nobis in praesenti bonum aut malum sit, sit potius imaginarium, quam reale. Atque adeo mirum non est, si cupiditas, quae ex boni et mali cognitione, quatenus haec futurum prospicit, oritur, facilius rerum cupiditate, quae in praesentia suaves sunt, coerceri potest, de quo vide propositionem 18. huius partis.

**THEOREM. LXIII.** Qui metu ducitur et bonum, ut malum vitet, agit, is ratione non ducitur.

**Demonstra.** Omnes affectus, qui ad mentem, quatenus agit, hoc est (per prop. 3. part. 3.), qui ad rationem referuntur, nulli illi sunt, quam affectus laetitiae et cupiditatis (per prop. 59. part. 1.). Atque adeo (per 13. affect. defin.) qui metu ducitur et bonum inesse mali agit, is ratione non ducitur; q. e. d.

**SCHOL. I.** Superstitiosi, qui vitia exprobrare magis, quam iustites docere norunt, et qui homines non ratione ducere, sed ista sua continere student, ut malum potius fugiant, quam virtutes amant, nil aliud intendunt, quam ut reliqui aequae ac ipsi sint miseri; et ideo non mirum, si plerunque molesti et odiosi sint hominibus.

**COROLL.** Cupiditate, quae ex ratione oritur, bonum directe sequimur et malum indirecte fugimus.

**Demonstra.** Nam cupiditas, quae ex ratione oritur, ex solo letitiae affectu, quae passio non est, oriiri potest (per prop. 59. art. 3.), hoc est, ex laetitia, quae excessum habere nequit (per prop. 61. huius), non autem ex tristitia. Ac proinde haec cupiditas (per prop. 8. huius) ex cognitione boni, non autem mali oritur. Atque adeo ex ductu rationis bonum directe appetimus, et atenus tantum malum fugimus; q. e. d.

**SCHOL. II.** Explicatur hoc corollarium exemplo aegri et sani. Ambedict aegri id, quod aversatur, timore mortis; sanus autem ibi gaudet, et vita sic melius fruitur, quam si mortem timeret, unquam directe vitare cuperet. Sic iudex, qui non odio aut ira le, sed solo amore salutis publicae reum mortis damnat, sola iustitia ducitur.

**THEOREM. LXIV.** Cognitio mali cognitio est inad-aequaia.

**Demonstra.** Cognitio mali (per prop. 8. huius) est ipsa tristitia, quatenus eiusdem sumus consciui. Tristitia autem est remissio ad minoram perfectionem (per 3. affect. defin.), quae reptores per ipsam hominis essentiam intelligi nequit (per prop.

6. et 7. part. 3.). Ac proinde (per defin. 2. part. 3.) genitio est, quae (per prop. 3. part. 3.) ab ideis inadaequatis pendet, et consequenter (per prop. 29. part. 2.) eius cognitio, nempto mali cognitio, est inadaequata; q. e. d.

COROLL. Hinc sequitur, quod si mens humana non nisi adaequatas haberet ideas, nullam mali formaret notionem.

**PROPOS. LXV.** De duabus bonis maius et de duabus malis minus ex rationis ductu sequentur.

DEMONSTR. Bonum, quod impedit, quo minus maiore bene fruamur, est revera malum; malum enim et bonum (ut in praedicta huius partis ostendimus) de rebus dicitur, quatenus eadem ad invicem comparamus, et (per eandem rationem) malum minus revera bonum est. Quare (per coroll. prop. praec.) ex rationis ductu bonum tantum maius et malum minus appetemus seu sequemur; q. e. d.

COROLL. Malum minus pro maiore bono ex rationis ductu sequemur, et bonum minus, quod causa est maioris mali, negligemus. Nam malum, quod hic dicitur minus, revera bonum est, et bonum contra malum. Quare (per coroll. prop. praec.) illud appetemus, et hoc negligemus; q. e. d.

**PROPOS. LXVI.** Bonum maius futurum p[ro]ae minore praesenti, et malum praesens minus, quod causa est futura alicuius mali, ex rationis ductu appetemus.

DEMONSTR. Si mens rei futurae adaequatam posset habere cognitionem, eodem affectu erga rem futuram, ac erga praesentem afficeretur (per prop. 62. huius). Quare quatenus ad ipsam rationem attendimus, ut in hac propositione nos facere supponimus, res eadem est, sive maius bonum vel malum futurum, sive praesens supponatur. Ac proinde (per prop. 65. huius) bonum futurum maius p[ro]ae minore praesenti etc. appetemus; q. e. d.

COROLL. Malum praesens minus, quod est causa maioris futuri boni, ex rationis ductu appetemus, et bonum praesens

minus, quod causa est maioris futuri mali, negligemus. Hoc coroll. se habet ad praeced. propes. ut coroll. prop. 65. ad ipsam prop. 65.

**SCHOL.** Si igitur haec cum iis conferantur, quae in hac parte usque ad propositionem 18. de affectuum viribus ostendimus, facile videbimus, quid homo, qui solo affectu seu opinione, homini, qui ratione ducitur, intersit. Ille enim, velit nolit, ea quae maxime ignorat agit; hic autem nemini nisi sibi morem gerit, et ea tantum agit, quae in vita prima esse novit, quaeque propterea maxime cupit; et ideo illum servum, hunc autem liberum voco, de cuius ingenio et vivendi ratione pauca adhuc notare libet.

**PROPOS. LXVII.** Homo liber de nulla re minus, quam de morte cogitat, et eius sapientia non mortis, sed vitae meditatio est.

**DEMONSTR.** Homo liber, hoc est, qui ex solo rationis dictamine vivit, mortis metu non ducitur (per prop. 63. huius), sed bonum directe cupit (per coroll. eiusdem prop.), hoc est (per prop. 24. huius) agere, vivere, suum esse conservare ex fundamento proprium utile quaerendi. Atque adeo nihil minus, quam de morte cogitat, sed eius sapientia vitae est meditatio; q. e. d.

**PROPOS. LXVIII.** Si homines liberi nascerentur, nullum boni et mali formarent conceptum, quam diu liberi essent.

**DEMONSTR.** Illum liberum esse dixi, quia sola ducitur ratione. Qui itaque liber nascitur et liber manet, non nisi adaequatas ideas habet, ac proinde mali conceptum habet nullum (per coroll. prop. 64. huius), et consequenter (nam bonum et malum correlata sunt) neque boni; q. e. d.

**SCHOL.** Huius propositionis hypothesin falsam esse, nec posse concipi nisi quatenus ad solam naturam humanam, seu potius ad Deum attendimus, non quatenus infinitus, sed quatenus tantummodo causa est, cur homo existat, patet ex 4. propositione huius partis. Atque hoc et alia, quae iam demonstravimus, videntur a Mose significari in illa primi hominis historia. In ea

enim nullis alia Dei potentia concipitur, quam illa, qua hominem crevit, hoc est, potentia, qua hominis solummodo utilitati consuluit; atque eatenus narratur, quod Deus homini libero prohibuerit, ne de arbore cognitionis boni et mali comedederet, et quod, similes de ea comedederet, statim mortem metueret potius, quam vivere cuperet: deinde, quod inventa ab homine uxore, quae cum sua natura prorsus conveniebat, cognovit nihil posse in natura dari, quod ipsi posset illa esse utilius; sed quod, postquam bruta sibi similia esse credidit, statim eorum affectus imitari incepit (vid. prop. 27. part. 3.) et libertatem suam amittere, quam patriarchæ postea recuperaverunt, ducti spiritu Christi, hoc est, Dei idea, a qua sola pendet, ut homo liber sit, et ut bonum, quod sibi cupit, reliquis hominibus cupiat, ut supra (per prop. 37. huius) demonstravimus.

**PROPOS. LXIX.** Hominis liberi virtus aequa magna cernitur in declinandis, quam in superandis periculis.

**DEMONSTR.** Affectus coerceri nec tolli potest, nisi affectu contrario et fortiore affectu coercendo (per prop. 7. huius). At caeca audacia et metus affectus sunt, qui aequa magni possunt concipi (per prop. 5. et 3. huius). Ergo aequa magna animi virtus seu fortitudo (huius definitionem vide in schol. prop. 59. part. 3.) requiritur ad audaciam, quam ad metum coercendum, hoc est (per defin. 40. et 41. affect.) homo liber eadem animi virtute pericula declinat, qua eadem superare tentat; q. e. d.

**COROLL.** Homini igitur libero aequa magna animositas fuga in tempore, ac pugna ducitur; sive homo liber eadem animositate seu animi praesentia, qua certamen, fugam eligit.

**SCHOL.** Quid animositas sit, vel quid per ipsam intelligam, in scholio prop. 59. part. 3. explicui. Per periculum autem id omne intelligo, quod potest esse causa alicuius mali, nempe tristitiae, odii, discordiae etc.

**PROPOS. LXX.** Homo liber, qui inter ignaros vivit, eorum, quantum potest, beneficia declinare studat.

**DEMONSTR.** Unusquisque ex suo ingenio iudicat, quid bonus sit (vide schol. prop. 39. part. 3.). Ignarus igitur, qui in aliquem beneficium contutus, id ex suo ingenio aestimabit, et si minoris ab eo, cui datum est, aestimari videt, contristabitur (per prop. 42. part. 3.). At homo liber reliquos homines amicitia sibi iungere (per prop. 37. huius), nec paria hominibus beneficia ex eorum affectu referre; sed se et reliquos libero rationis iudicio ducere et ea tantum agere studet, quae ipse prima esse novit. Ergo homo liber, ne ignaris odio sit, et ne eorum appetitui, sed soli rationi obsequatur, eorum beneficia, quantum potest, declinare conabitur; q. e. d.

**SCHOL.** Dico *quantum potest*. Nam quamvis homines ignari sint, sunt tamen homines, qui in necessitatibus humanum auxilium, quo nullum praestabilius est, afferre queunt. Atque adeo saepe fit, ut necesse sit ab iisdem beneficium accipere, et consequenter iisdem contra ex eorum ingenio congratulari. Ad quod accedit, quod etiam in declinandis beneficiis cautio esse debet, ne videamur eosdem contemnere, vel p[re]a avaritia remunerationem timere, atque ita, dum eorum odium fugimus, eo ipso in eorum offensionem incurramus. Quare in declinandis beneficis ratio utilis et honesti habenda est.

### PROPOS. LXXI. Soli homines liberi erga se invicem gratissimi sunt.

**DEMONSTR.** Soli homines liberi sibi invicem utilissimi sunt et maxima amicitiae necessitudine invicem funguntur (per prop. 35. huius et 1. eius coroll.), parique amoris studio sibi invicem benefacere conantur (per prop. 37. huius). Adeoque (per 34. affect. defin.) soli homines liberi erga se invicem gratissimi sunt; q. e. d.

**SCHOL.** Gratia, quam homines, qui caeca cupiditate ducentur, invicem habent, mercatura seu aucupium potius, quam gratia plerumque est. Porro ingratitudo affectus non est. Est tamen ingratitudo turpis, quia plerumque hominem nimio odio, ira vel superbia vel avaritia etc. affectum esse indicat. Nam qui p[re]a stultitia dona compensare nescit, ingratus non est, et multo

minus ille, qui donis non movetur meretricis, ut ipsius libidini inserviat, nec furis, ut ipsius furta celet, vel alterius similis. Nam hic contra animum habere constantem ostendit, qui scilicet se nullis donis ad suam vel communem perniciem patitur corrumphi.

**PROPOS. LXXII. Homo liber nunquam dolo malo,  
sed semper cum fide agit.**

**DEMONSTR.** Si liber homo quicquam dolo malo, quatenus liber est, ageret, id ex dictamine rationis ageret (nam eatenus tantum liber a nobis appellatur); atque adeo dolo malo agere virtus esset (per prop. 24. huius), et consequenter (per eandem prop.) unicuique ad suum esse conservandum consultius esset, dolo malo agere, hoc est (ut per se notum), hominibus consultius esset verbis solummodo convenire, re autem invicem esse contrarios; quod (per coroll. prop. 31. huius) est absurdum. Ergo homo liber etc.; q. e. d.

**SCHOL.** Si iam quaeratur: „Quid si homo se perfidia a praesenti mortis periculo posset liberare, an non ratio suum esse conservandi omnino suadet, ut perfidus sit?“ respondebitur eodem modo: „Quodsi ratio id suadeat, suadet ergo id omnibus hominibus, atque adeo ratio omnino suadet hominibus, ne nisi dolo malo paciscantur, vires coniungere et iura habere communia, hoc est, ne revera iura habeant communia; quod est absurdum.“

**PROPOS. LXXIII. Homo, qui ratione ducitur, magis  
in civitate, ubi ex communi decreto vivit, quam in  
solitudine, ubi sibi soli obtemperat, liber est.**

**DEMONSTR.** Homo, qui ratione ducitur, non ducitur metu ad obtemperandum (per prop. 63. huius), sed quatenus suum esse ex rationis dictamine conservare conatur, hoc est (per schol. prop. 66. huius) quatenus libere vivere conatur, communis vitae et utilitatis rationem tenere (per prop. 37. huius), et consequenter (ut in schol. 2. prop. 37. huius ostendimus) ex communi civitatis decreto vivere cupit. Cupit ergo homo, qui ratione ducitur, ut liberius vivat, communia civitatis iura tenere; q. e. d.

**SCHOL.** Haec et similia, quae de vera hominis libertate ostendimus, ad fortitudinem, hoc est (per schol. prop. 59. part. 3.) ad animositatem et generositatem referuntur. Nec operae pretium duco, omnes fortitudinis proprietates hic separatim demonstrare, et multo minus, quod vir fortis neminem odio habeat, nemini frascatur, invideat, indignetur, neminem despiciat, minimeque superbiat. Nam haec et omnia, quae ad veram vitam et religionem spectant, facile ex propositione 37. et 46. huius partis convincuntur; nempe quod odium amore contra vincendum sit, et quod unusquisque, qui ratione ducitur, bonum, quod sibi appetit, reliquis etiam ut sit, cupiat. Ad quod accedit id, quod in scholio propositionis 50. huius partis et aliis in locis notavimus, quod scilicet vir fortis hoc apprime consideret, nempe quod omnia ex necessitate divinae naturae sequantur, ac proinde quicquid molestum et malum esse cogitat et quicquid praeterea impium, horrendum, iniustum et turpe videtur, ex eo oritur, quod res ipsas perturbate, mutilate et confuse concipit; et hac de causa apprime conatur res, ut in se sunt, concipere et verae cognitionis impedimenta amovere, ut sunt odium, ira, invidia, irrisio, superbia et reliqua huiusmodi, quae in praecedentibus notavimus; atque adeo, quantum potest, conatur, uti diximus, bene agere et laetari. Quousque autem humana virtus ad haec consequenda se extendat et quid possit, in sequenti parte demonstrabo.

**APPENDIX.** *Quae in hac parte de recta vivendi ratione tradidi, non sunt ita disposita, ut uno adspectu videri possint, sed disperse a me demonstrata sunt, prout scilicet unum ex alio faciliter deducere potuerim. Eadem igitur hic recolligere et ad summam capita redigere proposui.*

**CAP. I.** Omnes nostri conatus seu cupiditates ex necessitate nostrae naturae ita sequuntur, ut vel per ipsam solam tanquam per proximam suam causam possint intelligi vel quatenus naturae sumus pars, quae per se absque aliis individuis non potest adaequate concipi.

**CAP. II.** Cupiditates, quae ex nostra natura ita sequuntur, ut per ipsam solam possint intelligi, sunt illae, quae ad mentem referuntur, quatenus haec ideis adaequatis constare concipiunt;

reliquae vero cupiditates ad mentem non referuntur, nisi quatenus res inadæquate concipit, et quarum vis et incrementum non humana, sed rerum, quae extra nos sunt, potentia definiri debet. Et ideo illae recte actiones, hae autem passiones vocantur. Illae namque nostram potentiam semper indicant, et hae contra nostram impotentiam et mutilatam cognitionem.

CAP. III. Nostrae actiones, hoc est, cupiditates illae, quae hominis potentia seu ratione definitur, semper bona sunt; reliquae autem tam bona, quam malae possunt esse.

CAP. IV. In vita itaque apprime utile est, intellectum seu rationem, quantum possumus, perficere, et in hoc uno summa hominis felicitas seu beatitudo consistit; quippe beatitudo nihil aliud est, quam ipsa animi acquiescentia, quae ex Dei intuitiva cognitione oritur. At intellectum perficere nihil etiam aliud est, quam Deum Deique attributa et actiones, quae ex ipsius naturae necessitate consequuntur, intelligere. Quare hominis, qui ratione ducitur, finis ultimus, hoc est, summa cupiditas, qua reliquas omnes moderari studet, est illa, qua fertur ad se resque omnes, quae sub ipsius intelligentiam cadere possunt, adæquate concipiendum.

CAP. V. Nulla igitur vita rationalis est sine intelligentia, et res eatenus tantum bona sunt, quatenus hominem iuvant, ut mentis vita fruatur, quae intelligentia definitur. Quae autem contra impediunt, quo minus homo rationem perficere et rationali vita frui possit, eas solummodo malas esse dicimus.

CAP. VI. Sed quia omnia illa, quorum homo efficiens est causa, necessario bona sunt, nihil ergo mali homini evenire potest, nisi a causis externis; nempe quatenus pars est totius naturae, cuius legibus humana natura obtemperare, et cui infinitis modis paene sese accommodare cogitur.

CAP. VII. Nec fieri potest, ut homo non sit naturae pars, et communem eius ordinem non sequatur; sed si inter talia individua versetur, quae cum ipsius hominis natura convenienter, eo ipso hominis agendi potentia iuvabitur et foyebitur. At si contra inter talia sit, quae cum ipsius natura minime convenienter, vix aliquis magna ipsius mutatione iisdem sese accommodare potest.

**CAP. VIII.** Quicquid in rerum natura datur, quod indicat malum esse, sive posse impedit, quo minus existere et vita minusculi frui queamus, id a nobis removere ea via, quae securior videtur, dicet; et quicquid contra datur, quod indicamus bonum sive utile esse ad nostrum esse conservandum et vita rationali huendum, id ad nostrum usum capere et eo quocumque modo utilibus licet. Et absolute id unicuique summo naturae iure facere licet, quod ad eius utilitatem conferre iudicat.

**CAP. IX.** Nihil magis cum natura alicuius rei convenire potest, quam reliqua eiusdem speciei individua; adeoque (per ap. 7.) nihil homini ad suum esse conservandum et vita rationali huendum utilius datur, quam homo, qui ratione ducitur. Deinde quia inter res singulares nihil novimus, quod homine, qui ratione ducitur, sit praestantius, nulla ergo re magis potest uniusquisque ostendere, quantum arte et ingenio valeat, quam in hominibus ita educandis, ut tandem ex proprio rationis imperio vivant.

**CAP. X.** Quatenus homines invidia aut aliquo odii affectu in se invicem feruntur, catenus invicem contrarii sunt, et consequenter eo magis timendi, quo plus possunt, quam reliqua naturae individua.

**CAP. XI.** Animi tamen non armis, sed amore et generositate vincentur.

**CAP. XII.** Hominibus apprime utile est, consuetudines magere, seseque illis vinculis adstringere, quibus optius de se detinibus unum efficiant, et absolute ea agere, quae firmardis unitatis inserviant.

**CAP. XIII.** Sed ad haec ars et vigilancia requiritur. Sunt tamen homines varii (nam rari sunt, qui ex rationis praescripto vivunt), et tamen plerumque invidi et magis ad vindictam, quam ad misericordiam propenses. Unumquemque igitur ex ipsis ingenio ferre et sese continere, ne eorum affectus imitetur, singulis animi potentiae opus est. At qui contra homines carpeunt et vita potius probrare, quam virtutes docere et hominum animos non firmare, sed frangere norunt, si et sibi et reliquis molesti sunt. Unde multi, prae nimis scilioet animi impatientia falsoque religionis studio inter bruta potius, quam inter homines vivere

est eorum iniurias aequo animo ferre, et studium iis  
quae concordiae et amicitiae conciliandae inserviunt.

**CAP. XV.** Quae concordiam gignunt, sunt illa  
iustitiam, aequitatem et honestatem referunt  
homines praeter id, quod iniustum et iniquum est, et  
ferunt, quod turpe habetur, sive quod aliquis recepto  
mores aspernatur. Amori autem conciliando illa appri-  
saria sunt, quae ad religionem et pietatem speci-  
quibus vide schol. 1. et 2. prop. 37. et schol. prop. 46.  
prop. 73. part. 4.

**CAP. XVI.** Solet praeterea concordia ex metu p-  
gigni; sed sine fide. Adde, quod metus ex animi impot-  
tur et propterea ad rationis usum non pertinet, ut nec  
ratio, quamvis pietatis speciem prae se ferre videatur.

**CAP. XVII.** Vincuntur praeterea homines etiam  
praecipue ii, qui non habent, unde comparare possint i  
ad vitam sustentandam necessaria sunt. Attamen unic  
digenti auxilium ferre, vires et utilitatem viri privati longi  
Divitiae namque viri privati longe impares sunt ad id su-  
dum. Unius praeterea viri facultas limitatior est, quam

quod peius est, species delirii sit, atque tum magis discordia quam concordia fovetur. Vid. coroll. prop. 31. part. 3.

**Cap. XX.** Ad matrimonium quod attinet, certum est, cum ratione convenire, si cupiditas miscendi corpora non in forma, sed etiam ex amore liberos procreandi et sapienter nati ingeneretur; et praeterea, si utriusque, viri scilicet et uero, amor non solam formam, sed animi praecipue libertatem pre causa habeat.

**Cap. XXI.** Gignit praeterea adulatio concordiam, sed foedo pietatis crimen vel perfidia; nulli quippe magis adulatio ea-  
tur, quam superbi, qui primi esse volunt, nec sunt.

**Cap. XXII.** Abiectioni falsa pietatis et religionis species  
est. Et quamvis abiectione superbiae sit contraria, est tamen ab-  
iectione superbo proximus. Vide schol. prop. 57. part. 4.

**Cap. XXIII.** Confert praeterea concordiae pudor in iis tan-  
to, quae celari non possunt. Deinde, quia ipse pudor species  
tristitiae, ad rationis usum non spectat.

**Cap. XXIV.** Caeteri tristitiae erga homines affectus directe  
honestatibus, aequitati, honestati, pietati et religioni opponuntur, et  
invidiosus indignatio aequitatis speciem prae se ferre videatur, ibi  
sine lege vivitur, ubi uniculque de factis alterius iu-  
niorum ferre, et suum vel alterius ius vindicare licet.

**Cap. XXV.** Modestia, hoc est, cupiditas hominibus placere,  
quaes ex ratione determinatur, ad pietatem (ut in schol.  
prop. 37. part. 4. diximus) refertur. Sed si ex affectu oriatur,  
modo est sive cupiditas, qua homines falsa pietatis imagine ple-  
que discordias et seditiones concitant. Nam qui reliquos con-  
stant re iuvare cupit, ut simul summo fruantur bono, is ap-  
petit studiebit, eorum sibi amorem conciliare; non autem eos in  
rationem traducere, ut disciplina ex ipso habeat vocabulum,  
ut illas absolute invidiae causas dare. In communibus deinde  
quisitio cavebit hominum vitia referre, et de humana impotentia  
modice loqui curabit; at largiter de humana virtute seu po-  
tentiis, et qua via possit perfici, ut sic homines non ex metu aut  
timore, sed solo laetitiae affectu moti ex rationis praescripto,  
modus in se est, contentur vivere.

CAP. XXVI. Praeter homines nihil singulare in natura novimus, cuius mente gaudere et quod nobis amicitia aut aliquo consuetudinis genere iungere possumus; adeoque quicquid in rerum natura extra homines datur, id nostrae utilitatis ratio conservare non postulat, sed pro eius vario usu conservare, destruere, vel quocumque modo ad nostrum usum adaptare nos docet.

CAP. XXVII. Utilitas, quam ex rebus, quae extra nos sunt, capimus, est praeter experientiam et cognitionem, quam acquirimus ex eo, quod eadem observamus et ex his formis in alias mutamus, praecipua corporis conservatio; et hac ratione res illae imprimis utiles sunt, quae corpus ita alere et nutritre possunt, ut eius omnes partes officio suo recte fungi queant. Nam quo corpus aptius est, ut pluribus modis possit affici et corpora extensum pluribus modis afficere, eo mens ad cogitandum est aprior. Vide prop. 38. et 39. part. 4. At huius notae perpaucia in natura evidentur. Quare ad corpus, ut requiritur, nutriendum necessum est multis naturae diversae alimentis uti: quippe humanum corpus ex plurimis diversae naturae partibus componitur, quae continuo alimento indigent et vario, ut totum corpus ad omnia, quae ex ipsis natura sequi possunt, aequa aptum sit, et consequenter ut mens etiam aequa apta sit ad plura concipiendum.

CAP. XXVIII. Ad haec autem comparandum vix uniuscuiusque vires sufficerent, nisi homines operas mutuas traderent. Verum omnium rerum compendium pecunia attulit. Unde frumentum, ut eius imago mentem vulgi maxime occupare soleat; quae vix ullam laetitiae speciem imaginari possunt, nisi concomitantem nummorum idea tanquam causa.

CAP. XXIX. Sed hoc vitium eorum tantum est, qui non indigentia, nec propter necessitates nummos querunt, sed quae lucri artes didicerunt, quibus se magnifice efferunt. Ceterum corpus ex consuetudine pascunt; sed parce, quia tantum de summis bonis se perdere credunt, quantum sui corporis conservationi impendunt. At qui verum nummorum usum norunt et divitias modum ex sola indigentia moderantur, paucis contenti vivunt.

CAP. XXX. Quum igitur res illae sint bona, quae corporis partes iuvant, ut suo officio fungantur, et laetitia in eo consistat,

quod hominis potentia, quatenus mente et corpore constat, iuvatur vel augetur; sunt ergo illa omnia, quae laetitiam afferunt, bona. Attamen quoniam contra non eum in finem res agunt, ut nos laetitia afficiant, nec earum agendi potentia ex nostra utilitate temperatur, et denique quoniam laetitia plerumque ad unam corporis partem potissimum refertur; habent ergo plerumque laetitiae affectus (nisi ratio et vigilancia adsit), et consequenter cupiditates etiam, quae ex iisdem generantur, excessum. Ad quod accedit, quod ex affectu id primum habeamus, quod in praesenti sanve est, nec futura aequali animi affectu aestimare possumus. Vide schol. prop. 44. et schol. prop. 60. part. 4.

CAP. XXXI. At superstitione id contra videtur statuere bonum esse, quod tristitiam, et id contra malum, quod laetitiam afferit. Sed, ut iam diximus (vide schol. prop. 45. part. 4.), nemo, nisi invitus, mea impotentia et incommodo delectatur. Nam quo maiori laetitia afficimur, eo ad maiorem perfectionem transimus, et consequenter eo magis de natura divina participamus; nec laetitia unquam mala esse potest, quam nostrae utilitatis vera ratio moderatur. At qui contra metu ducitur et bonum, ut malum vitet, agit, is ratione non dicitur. Vid. prop. 63. part. 4.

CAP. XXXII. Sed humana potentia admodum limitata est et a potentia causarum externarum infinite superatur; atque adeo potestatem absolutam non habemus, res, quae extra nos sunt, ad nostrum usum aptandi. Attamen ea quae nobis eveniunt contra nos, quod nostrae utilitatis ratio postulat, aequo animo feremus, si consciis simus nos functos nostro officio fuisse, et potentiam, quam habemus, non potuisse se eo usque extendere, ut eadem vitare possemus, nosque partem totius naturae esse, cuius ordinem sequimur. Quod si clare et distincte intelligamus, pars illa haec, quae intelligentia definitur, hoc est, pars melior haec in eo plane acquiescat et in ea acquiescentia perseverare consabitur. Nam quatenus intelligimus, nihil appetere nisi id, quod necessarium est, nec absolute, nisi in veris acquiescere possumus; adeoque quatenus haec recte intelligimus, eatenus coates melioris partis nostri cum ordine totius naturae convenit.

# ETHICES

## PARS QUINTA.

### DE POTENTIA INTELLECTUS SEU DE LIBERTATE HUMANA.

#### PRAEFATIO.

Transeo tandem ad alteram ethices partem, quae de modo sive via, quae ad libertatem dicit. In hac ergo de potentia rationis agam ostendens, quid ipsa ratio intellectus possit, et deinde, quid mentis libertas seu beatitudine sit; ex quibus videbimus, quantum sapiens potior sit ignorantia. Quomodo autem et qua via debeat intellectus perfici, et quod deinde arte corpus sit curandum, ut possit suo officio recte fungi, huc non pertinet; hoc enim ad medicinam, illud autem ad logicam spectat. Hic igitur, ut dixi, de sola mentis seu rationis potentia agam, et abe omnia, quantum et quale imperium in affectu habeat ad eosdem coercendum et moderandum, ostendam. Nam nos in ipsos imperium absolutum non habere, iam supra demonstravimus. Stoici tamen putarunt, eosdem a nostra voluntate absolute pendere, nosque iis absolute imperare posse. Attamen ab experientia reclamante, non vero ex suis principiis coacti sibi fateri, usum et studium non parvum requiri ad eosdem coercendum et moderandum. Quod quidam exemplo duorum canum (recte memini), unius scilicet domestici, alterius venatici, constitutus est ostendere; nempe quia usu efficere tandem potuit, ut domesticus venari, venaticus contra a leporibus sectandis abstineat assuesceret. Huic opinioni non parum favet Cartesius. Nam

statuit animam seu mentem unitam praecipue esse cuidam partis cerebri, glandulae scilicet pineali dictae, cuius ope mens motus omnes, qui in corpore excitantur, et obiecta externa sentit, quamque mens eo solo, quod vult, varie movere potest. Hanc glandulam in medio cerebri ita suspensam esse statuit, ut minimo spirituum animalium motu possit moveri. Deinde statuit, quod haec glans tot variis modis in medio cerebro suspendatur, quot variis modis spiritus animales in eandem impingunt, et quod praeterea tot varia vestigia in eadem imprimantur, quot varia obiecta externa ipsos spiritus animales versus eandem propellunt; unde fit, ut si glans postea ab animae voluntate illam diversimode movente hoc aut illo modo suspendatur, quo semel fuit suspensa a spiritibus hoc aut illo modo agitatis tum ipsa glans ipsos spiritus animales eodem modo propellat et determinabit, ac antea a simili glandulae suspensione repulsi fuerant. Praeterea statuit, unamquamque mentis voluntatem natura esse unitam certo cuidam glandis motui. Ex. gr. si quis voluntatem habet obiectum remotum intendi, haec voluntas efficiet, ut pupilla dilatetur; sed si de sola dilatanda pupilla cogitet, nihil proderit eius rei habere voluntatem, quia natura non funxit motum glandis, qui inservit impellendis spiritibus versus nervum opticum modo conveniente dilatandae vel contrahendae pupilae cum voluntate eandem dilatandi vel contrahendi; sed demum cum voluntate intuendi obiecta remota vel proxima. Denique statuit, quod, etsi unusquisque motus huius glandulae videatur connexus esse per naturam singulis ex nostris cogitationibus ab initio nostrae vitae, aliis tamen permanentibus possunt iungi, quod probare conatur de passionibus animae part. I. artic. 50. \*) Ex his concludit, nullam esse tam insbecillem animam, quae non possit, quum bene dirigitur, actionem potestem absolutam in suas passiones. Nam hac, ut ab eo definitur, sunt perceptiones aut sensus aut commotiones animae, quae ad eam speciatim referuntur, quaeque producun-

\*) *Passiones animae per Renatum des Cartes.* Galilee ab ipso manuscriptae, nunc autem in exterorum gratiam Latina civitate donatae ibi E. D. M. Amstelod. 1656. 4. P. I. De passionibus in genere, et ea missione de tota hominis natura. II. De numero et ordine passionum, & explicatio sex primitivarum III. De passionibus particularibus.

tur, conservantur et corroborantur per aliquem motum spiritus. Vide Cartes. pass. anim. part. 1. art. 27. At quandoquidem certe voluntati possumus iungere motum quemcumque glandis, et consequenter spirituum, et determinatio voluntatis a sola nostra potestate pendet. Si igitur nostram voluntatem certis et firmis iudiciis, secundum quae nostrae vitae actiones dirigere volentes, determinemus et motus passionum, quas habere voluntas, hisce iudiciis iungamus, imperium acquiremus absolutum in nostris passiones. Haec est clarissimi huius viri sententia (quantum a ipsis verbis coniicio), quam ego vix credidisem a tanto viro prolatam esse, si minus acuta fuisset. Profecto mirari satis non possum, quod vir philosophus, qui firmiter stainerat, nihil deducere nisi ex principiis per se notis, et nihil affirmare nisi quod clare et distincte perciperet, et qui toties Scholasticos reprehenderat, quod per occultas qualitates res obscuras voluerint explicare, hypothesis sumat omni occulta qualitate occultiorem. Quid, quaeso, per mentis et corporis unionem intelligit? Quem, inquam, clarum et distinctum conceptum habet cogitationis arctissime unitae cuidam quantitatis portiunculae? Vellem sane, ut hanc unionem per proximam suam causam explicuisset. Sed ille mentem a corpore adeo distinctam conceperat, ut nec huius unionis, nec ipsis mentis ullam singularem causam assignare potuerit, sed necesse ipsi fuerit, ad causam totius universi, hoc est, ad Deum recurrere. Deinde per velim scire: quot motus gradus potest glandulae isti pineali mens tribuere, et quanta cum vi eandem suspensam tenere potest? Nam nescio an haec glans tardius vel celerius a mente circumagatur, quam a spiritibus animalibus, et an motus passionum, quos firmis iudiciis arcte iunximus, nos possint ab iisdem iterum a causis corporeis disiungi; ex quo sequeretur, ut, quamvis mens firmiter proposuerit contra pericula ire, atque huic decreto motus audaciae iunxerit, viso tamen periculo glans ita suspendatur, ut mens non nisi de fuga possit cogitare. Et sane quum nulla detur ratio voluntatis ad motum, nulla etiam datur comparatio inter mentis et corporis potentiam seu vires; et consequenter huius vires nequaquam viribus illius determinari possunt. His adde, quod nec haec glans ita in medio cerebro sita reperiatur, ut tam facile totque modis circumagi possit,

**et quod non omnes nervi ad cavitates usque cerebri protendantur.**  
 Denique omnia, quae de voluntate eiusque libertate asserit,  
 omitto, quandoquidem haec falsa esse satis superque ostenderim.  
 Igitar quia mentis potentia, ut supra ostendi, sola intelligentia  
 definitur, affectuum remedia, quae omnes experiri quidem, sed  
 non accurate observare, nec distincte videres credo, sola mentis  
 cognitione determinabimus, et ex eadem illa omnia, quae ad ipsius  
 beatitudinem spectant, deducemus.

### AXIOMATA.

I. Si in eodem subiecto duea contrariae actiones excitentur, debet necessario vel in utraque, vel in una sola mutatio fieri, donec desinant contrariae esse.

II. Effectus potentia definitur potentia ipsius causae, quatenus eius essentia per ipsius causae essentiam explicatur vel definitur.

**Patet hoc axioma ex prop. 7. part. 3.**

### PROPOSITIONES.

**PROPOS. I.** Prout cogitationes rerumque ideae ordinantur et concatenantur in mente, ita corporis affectiones seu rerum imagines ad amussim ordinantur et concatenantur in corpore.

**DEMONSTR.** Ordo et connexio idearum idem est (per prop. 7. part. 2.) ac ordo et connexio rerum, et vice versa ordo et connexio rerum idem est (per coroll. prop. 6. et 7. part. 2.) ac ordo et connexio idearum. Quare sicuti ordo et connexio idearum in mente fit secundum ordinem et concatenationem affectionum corporis (per prop. 18. part. 2.), sic vice versa (per prop. 2. part. 3.) ordo et connexio affectionum corporis fit, prout cogitationes rerumque ideae ordinantur et concatenantur in mente; q. e. d.

**PROPOS. II.** Si animi commotionem seu affectum a causae externae cogitatione amoveamus et aliis

*Iungamus cogitationibus, tum amor seu odium erga causam externam, ut et animi fluctuationes, quae ex his affectibus oriuntur, destruentur.*

**DEMONSTR.** Id enim, quod formam amoris vel odii constituit, est laetitia vel tristitia concomitante ideae causae externae (per defin. 6. et 7. affect.). Hac igitur sublata amoris vel odii forma simul tollitur; adeoque hi affectus, et qui ex his oriuntur, destruuntur; q. e. d.

**PROPOS. III.** *Affectus, qui passio est, desinit esse passio, simulatque eius claram et distinctam formam ideam.*

**DEMONSTR.** Affectus, qui passio est, idea est confusa (per gener. affect. defin.). Si itaque ipsius affectus claram et distinctam formemus ideam, haec idea ab ipso affectu, quatenus ad solam mentem refertur, non nisi ratione distinguetur (per prop. 21. part. 2. cum eiusdem schol.); adeoque (per prop. 3. part. 3.) affectus desinet esse passio; q. e. d.

**COROLL.** Affectus igitur eo magis in nostra potestate est et mens ab eo minus patitur, quo nobis est notior.

**PROPOS. IV.** *Nulla est corporis affectio, cuius aliquem clarum et distinctum non possumus formare conceptum.*

**DEMONSTR.** Quae omnibus communia sunt, non possunt concipi nisi adaequate (per prop. 38. part. 2.). Adeoque (per prop. 12. et lemma 2. quod habetur post schol. prop. 13. part. 2.) nulla est corporis affectio, cuius aliquem clarum et distinctum non possumus formare conceptum; q. e. d.

**COROLL.** Hinc sequitur, nullum esse affectum, cuius non possumus aliquem clarum et distinctum formare conceptum. Est namque affectus corporis affectionis idea (per gen. affect. defin.), quae propterea (per prop. praec.) aliquem clarum et distinctum involvere debet conceptum.

**SCHOL.** Quandoquidem nihil datur, ex quo aliquis effectus non sequatur (per prop. 36. part. 1.), et quicquid ex idea, quae in nobis est adaequata, sequitur, id omne clare et distincte intelligimus (per prop. 40. part. 2.); hinc sequitur, unumquemque potestem habere, se suosque affectus, si non absolute, ex parte sicutem clare et distincte intelligendi, et consequenter efficiendi, ut ab hisdem minus patiatur. Huic igitur rei praecipue danda est opera, ut unumquemque affectum, quantum fieri potest, clare et distincte cognoscamus, ut sic mens ex affectu ad illa cogitandum determinetur, quae clare et distincte percipit, et in quibus plane acquiescit; atque adeo ut ipse affectus a cogitatione causae externe separetur et veris iungatur cogitationibus. Ex quo fiet, ut non tantum amor, odium etc. destruantur (per prop. 2. huius), sed ut etiam appetitus seu cupiditates, quae ex tali affectu oriri solent, excessum habere nequeant (per prop. 61. part. 4.). Nam apprime notandum est, unum eundemque esse appetitum, per quem homo tam agere quam pati dicitur. Ex. gr. cum natura humana ita comparatum esse ostendimus, ut unusquisque appetat, ut reliqui ex ipsius ingenio vivant (vide schol. prop. 31. part. 3.): qui quidem appetitus in homine, qui ratione non ducitur, passio est, quae ambitio vocatur, nec multum a superbia discrepat; et contra in homine, qui ex rationis dictamine vivit, actio seu virtus est, quae pietas appellatur. Vide schol. 1. prop. 37. part. 4. et 2. demonstrat. eiusdem prop. Et hoc modo omnes appetitus seu cupiditates eatenus tantum passiones sunt, quatenus ex ideis inadaequatis oriuntur; atque eaedem virtuti accensentur, quando ab ideis adaequatis excitantur vel generantur. Nam omnes cupiditates, quibus ad aliquid agendum determinamur, tam oriri possunt ab adaequatis, quam ab inadaequatis ideis. Vide prop. 59. part. 4. Atque hoc (ut eo, unde digressus sum, revertar) affectuum remedio, quod scilicet in eorum vera cognitione consistit, nullum praestantius aliud, quod a nostra potestate pendeat, ex cogitari potest, quandoquidem nulla alia mentis potentia datur, quam cogitandi et adaequatas ideas formandi, ut supra (per prop. 1. part. 3.) ostendimus.

**PROPOS. V.** *Affectus erga rem, quam simpliciter et non ut necessariam neque ut possibilem, neque ut contingentem imaginamur, caeteris paribus omnium est maximus.*

**DEMONSTR.** *Affectus erga rem, quam liberam esse imaginamur, maior est, quam erga necessariam (per prop. 49. part. 3.), et consequenter adhuc maior, quam erga illam, quam ut possibilem vel contingentem imaginamur (per prop. 11. part. 4.). At rem aliquam ut liberam imaginari nihil aliud esse potest, quam quod rem simpliciter imaginamur, dum causas, a quibus ipsa ad agendum determinata fuit, ignoramus (per illa quae in schol. prop. 35. part. 2. ostendimus). Ergo affectus erga rem, quam simpliciter imaginamur, caeteris paribus maior est, quam erga necessariam, possibilem vel contingentem, et consequenter maximus; q. e. d.*

**PROPOS. VI.** *Quatenus mens res omnes ut necessarias intelligit, eatenus maiorem in affectus potentiam habet, seu minus ab iisdem patitur.*

**DEMONSTR.** *Mens res omnes necessarias esse intelligit (per prop. 29. part. 1.), et infinito causarum nexu determinari ad existendum et operandum (per prop. 28. part. 1.). Adeoque (per prop. praec.) eatenus efficit, ut ab affectibus, qui ex iis oriuntur, minus patiatur et (per prop. 48. part. 3.) minus erga ipsas afficiatur; q. e. d.*

**SCHOL.** *Quo haec cognitio, quod scilicet res necessarias sint, magis circa res singulares, quas distinctius et magis vividam imaginamur, versatur, eo haec mentis in affectus potentia maior est, quod ipsa etiam experientia testatur. Videmus enim tristitiam boni alicuius, quod periit, mitigari, simulac homo, qui id perdidit, considerat bonum illud servari nulla ratione potuisse. Sic etiam videmus, quod nemo miseretur infantis, propterea quod nescit loqui, ambulare, ratiocinari, et quod denique tot annos quasi sui inscius vivat. At si plerique adulti, et unus aut alter infans nascerentur, tum unumquemque misereret infantum; quia*

um ipsam infantiam non ut rem naturalem et necessariam, sed ut naturae vitium seu peccatum consideraret. Et ad hunc modum plura alia notare possemus.

**PROPOS. VII.** Affectus, qui ex ratione oriuntur vel excitantur, si ratio temporis habeatur, potentiores sunt iis, qui ad res singulares referuntur, quas ut absentes contemplamur.

**Demonstr.** Rem aliquam ut absentem non contemplamur ex affectu, quo eandem imaginamur, sed ex eo, quod corpus alio afficitur affectu, qui eiusdem rei existentiam secludit (per prop. 17. part. 2.). Quare affectus, qui ad rem, quam ut absentem contemplamur, refertur, eius naturae non est, ut reliquas hominis actiones et potentiam supereret (de quibus vide prop. 6. part. 4.), sed contra eius naturae est, ut ab iis affectionibus, quae existentiam externae eius causae secludunt, coerceri aliquo modo possit (per prop. 9. part. 4.). At affectus, qui ex ratione oritur, refertur necessario ad communes rerum proprietates (vide rationis defin. in 2. schol. prop. 40. part. 2.), quas semper ut praesentes contemplamur (nam nihil dari potest, quod earum praesentem existentiam secludat), et quas semper eodem modo imaginamur (per prop. 38. part. 2.). Quare talis affectus idem semper manet, et consequenter (per ax. 1. huius) affectus, qui eidem sunt contrarii, quique a suis causis externis non soventur, eidem magis magisque sese accommodare debebunt, donec non amplius sint contrarii, et tamen affectus, qui ex ratione oritur, est potentior; q. e. d.

**PROPOS. VIII.** Quo affectus aliquis a pluribus causis simul concurrentibus excitatur, eo maior est.

**Demonstr.** Plures causae simul plus possunt, quam si pauciores essent (per prop. 7. part. 3.). Adeoque (per prop. 5. part. 4.) quo affectus aliquis a pluribus causis simul excitatur, eo fortior est; q. e. d.

**SCHOL.** Haec propositio patet etiam ex axiomate 2. huius partis.

**PROPOS. IX.** *Affectus, qui ad plures et diversas causas refertur, quas mens cum ipso affectu simul contemplatur, minus noxious est, et minus per ipsum patitur, et erga unamquamque causam minus afficimur, quam alias aequemagnus affectus, qui ad unam solam vel pauciores causas refertur.*

**DEMONSTR.** *Affectus eatenus tantum malus seu medius est; quatenus mens ab eo impeditur, quo minus possit cogitare (per prop. 26. et 27. part. 4.). Adeoque ille affectus, a quo mens ad plura simul obiecta contemplandum determinatur, minus noxious est, quam alias aequemagnus affectus, qui mentem vi sola unius aut pauciorum obiectorum contemplatione ita detinet, ut de aliis cogitare nequeat; quod erat primum. Deinde quia mentis essentia, hoc est (per prop. 7. part. 3.) potentia, in sola cogitatione consistit (per prop. 11. part. 3.); ergo mens per affectum, a quo ad plura simul contemplandum determinatur, minus patitur, quam per aequemagnum affectum, qui mentem in sola unius aut pauciorum obiectorum contemplatione occupatam tenet; quod erat secundum. Denique hic affectus (per prop. 48. part. 3.) quatenus ad plures causas externas refertur, est etiam erga unamquamque minor; q. e. d.*

**PROPOS. X.** *Quam diu affectibus, qui nostrae naturae sunt contrarii, non conflictamur, tam diu potestatem habemus ordinandi et concatenandi corporis affectiones secundum ordinem ad intellectum.*

**DEMONSTR.** *Affectus, qui nostrae naturae sunt contrarii, hoc est (per prop. 30. part. 4.) qui mali sunt, eatenus mali sunt, quatenus impediunt, quo minus mens intelligat (per prop. 27. part. 4.). Quam diu igitur affectibus, qui nostrae naturae contrarii sunt, non conflictamur, tam diu mentis potentia, qua res intelligere conatur (per prop. 26. part. 4.) non impeditur. Atque adeo tam diu potestatem habet claras et distinctas ideas formandi et alias ex aliis deducendi (vide 2. schol. prop. 40. et schol. prop. 47. part. 2.); et consequenter (per prop. 1. huius) tam diu pote-*

statim habemus ordinandi et concatenandi affectiones corporis secundum ordinem ad intellectum; q. e. d.

SCHOL. Hac potestate recte ordinandi et concatenandi corporis affectiones efficere possumus, ut non facile malis affectibus afficiamur. Nam (per prop. 7. huius) maior vis requiritur ad affectiones secundum ordinem ad intellectum ordinatos et concatenatos coherendum, quam incertos et vagos. Optimum igitur, quod efficere possumus, quam diu nostrorum affectuum perfectam cognitionem non habemus, est rectam vivendi rationem seu certa vitae dogmata concipere, eaque memoriae mandare, et rebus particularibus in vita frequenter obviis continuo applicare, ut sic nostra imaginatio late iisdem afficiatur, et nobis in promptu sint semper. Ex. gr. inter vitae dogmata posuimus (vide prop. 46. part. 4. cum eiusdem schol.), odium amore seu generositate vindicandum, non autem reciproco odio compensandum. Ut autem hoc rationis praescriptum semper in promptu habeamus, ubi usus erit, cogitandae et saepe meditandae sunt communes hominum injuriae, et quomodo et qua via generositate optime propulsentur. Sic enim imaginem injuriae imaginationi huius dogmatis iungemus, et nobis (per prop. 18. part. 2.) in promptu semper erit, ubi nobis injuria afferetur. Quod si etiam in promptu habuerimus rationem nostri veri utilis ac etiam boni, quod ex mutua amicitia et communis societate sequitur, et praeterea quod ex recta vivendi ratione summa animi acquiescentia oriatur (per prop. 52. part. 4.), et quod homines, ut reliqua, ex naturae necessitate agant: tum iniuria sive odium, quod ex eadem oriri solet, minimam imaginationis partem occupabit et facile superabitur; vel si ira, quae ex maximis iniuriis oriri solet, non adeo facile supereretur, superabitur tamen, quamvis non sine animi fluctuatione longe minore temporis spatio, quam si haec non ita praemeditata habuissemus, ut patet ex prop. 6. 7. et 8. huius partis. De animositate ad metum deponendum eodem modo cogitandum est; enumeranda scilicet sunt et saepe imaginanda communia vitae pericula, et quomodo animi praesentia et fortitudine optime vitari et superari possunt. Sed notandum, quod nobis in ordinandis nostris cogitationibus et imaginibus semper attendendum est (per coroll. prop. 63. part. 4. et prop. 59. part. 3.) ad illa, quae in unaquaque re bona sunt, ut

sic semper ex laetitiae affectu ad agendum determinemur. si quis videt, se nimis gloriam sectari, de eius recto usu et in quem finem sectanda sit, et quibus mediis acquiri sed non de ipsius abusu et vanitate et hominum inconstanter aliis huiusmodi, de quibus nemo nisi ex animi aegritudine. Talibus enim cogitationibus ambitiosi se maxime afflant, de assequendo honore, quem ambiunt, desperant; et dum evomunt, sapientes videri volunt. Quare certum est, eos maxime esse cupidos, qui de ipsius abusu et mundi vanitatem clamant. Nec hoc ambitionis proprium, sed omnibus mune est, quibus fortuna est adversa, et animo impotente. Nam pauper etiam avarus de abusu pecuniae et divitium vita cessat loqui; quo nihil aliud efficit, quam se afflictare ostendere, se non tantum paupertatem suam, sed etiam a divitias iniquo animo ferre. Sic etiam qui male ab amasia sunt, nihil cogitant, quam de mulierum inconstantia et animo et reliquis earundem decantatis vitiis, quae omnia oblivioni tradunt, simulac ab amasia iterum recipiuntur itaque suos affectus et appetitus ex solo libertatis amore studet, is, quantum potest, nitetur, virtutes earumque noscere, et animum gaudio, quod ex earum vera cognitione implere; at minime hominum vitia contemplari, horumque obtrectare et falsa libertatis specie gaudere. Atque haec diligenter observavit (neque enim difficultia sunt) et exercebit illae brevi temporis spatio actiones suas ex rationis imperiumque dirigere poterit.

**PROPOS. XI.** Quo imago aliqua ad plures res fertur, eo frequentior est seu saepius viget, et tamen magis occupat.

**DEMONSTR.** Quo enim imago seu affectus ad plures res fertur, eo plures dantur causae, a quibus excitari et foveri quas omnes mens (per hypothesin) ex ipso affectu simul et placatur. Atque adeo affectus eo frequentior est seu saepius et (per prop. 8. huius) mentem magis occupat; q. e. d.

**PROPOS. XII.** Rerum imagines facilius imaginibus, quae ad res referuntur, quas clare et distincte intelligimus, iunguntur, quam aliis.

**DEMONSTR.** Res, quas clare et distincte intelligimus, vel rerum communes proprietates sunt, vel quae ex iis deducuntur (vide rationis defin. in 2. schol. prop. 40. part. 2.), et consequenter saepius (per prop. praec.) in nobis excitantur. Adeoque facilius fieri potest, ut res alias simul cum his, quam cum aliis contemplemur, et consequenter (per prop. 18. part. 2.) ut facilius cum his, quam cum aliis iungantur; q. e. d.

**PROPOS. XIII.** Quo imago aliqua pluribus aliis iuncta est, saepius viget.

**DEMONSTR.** Nam quo imago aliqua pluribus aliis functa est, eo (per prop. 18. part. 2.) plures causae dantur, a quibus excitari potest; q. e. d.

**PROPOS. XIV.** Mens efficere potest, ut omnes corporis affectiones seu rerum imagines ad Dei ideam referantur.

**DEMONSTR.** Nulla est corporis affectio, cuius aliquod clarum et distinctum non possit mens formare conceptum (per prop. 4. huius). Adeoque efficere potest (per prop. 15. part. 1.), ut omnes ad Dei ideam referantur; q. e. d.

**PROPOS. XV.** Qui se suosque affectus clare et distincte intelligit, Deum amat, et eo magis, quo se suosque affectus magis intelligit.

**DEMONSTR.** Qui se suosque affectus clare et distincte intelligit, laetatur (per prop. 53. part. 3.), idque concomitante idea Dei (per prop. praeced.). Atque adeo (per 6. affect. defin.) Deum amat, et (per eandem rationem) eo magis, quo se suosque affectus magis intelligit; q. e. d.

**PROPOS. XVI.** Hic erga Deum amor mentem maxime occupare debet.

**DEMONSTR.** Est enim hic amor iunctus omnibus corporis affectionibus (per prop. 14. huius), quibus omnibus fovetur (per prop. 15. huius). Atque adeo (per prop. 11. huius) mentem maxime occupare debet; q. e. d.

**PROPOS. XVII.** Deus expers est passionum, nec ullo laetitiae aut tristitiae affectu afficitur.

**DEMONSTR.** Ideae omnes, quatenus ad Deum referuntur, verae sunt (per prop. 32. part. 2.), hoc est (per defin. 4. part. 2.) adaequatae; atque adeo (per affect. gen. defin.) Deus expers est passionum. Deinde Deus neque ad maiorem neque ad minorem perfectionem transire potest (per 2. coroll. prop. 20. part. 1.); adeoque (per 2. et 3. affect. defin.) nullo laetitiae neque tristitiae affectu afficitur; q. e. d.

**COROLL.** Deus proprie loquendo neminem amat, neque odio habet. Nam Deus (per prop. praec.) nullo laetitiae neque tristitiae affectu afficitur, et consequenter (per 6. et 7. affect. defin.) neminem etiam amat, neque odio habet.

**PROPOS. XVIII.** Nemo potest Deum odio habere.

**DEMONSTR.** Idea Dei, quae in nobis est, est adaequata et perfecta (per prop. 46. et 47. part. 2.). Adeoque quatenus Deum contemplamur, eatenus agimus (per prop. 3. part. 3.), et consequenter (per prop. 59. part. 3.) nulla potest dari tristitia concomitante idea Dei, hoc est (per 7. affect. defin.) nemo Deum odio habere potest; q. e. d.

**COROLL.** Amor erga Deum in odium verti nequit.

**SCHOL.** At obici potest, quod, dum Deum omnium rerum causam intelligimus, eo ipso Deum tristitiae causam consideramus. Sed ad hoc respondeo, quod quatenus tristitiae causas intelligimus, eatenus (per prop. 3. huius) ipsa desinit esse passio, hoc est (per prop. 59. part. 3.) eatenus desinit esse tristitia; atque adeo quatenus Deum tristitiae causam esse intelligimus, eatenus laetamur.

**PROPOS. XIX.** Qui Deum amat, conari non potest,  
ut Deus ipsum contra amet.

**DEMONSTR.** Si homo id conaretur, cuperet ergo (per coroll. prop. 17. huius) ut Deus, quem amat, non esset Deus, et consequenter (per prop. 19. part. 3.) contristari cuperet; quod (per prop. 28. part. 3.) est absurdum. Ergo qui Deum amat etc.; q. e. d.

**PROPOS. XX.** Hic erga Deum amor neque invidiae neque zelotypiae affectu inquinari potest; sed eo magis sovetur, quo plures homines eodem amoris vinculo cum Deo iunctos imaginamur.

**DEMONSTR.** Hic erga Deum amor summum bonum est, quod ex dictamine rationis appetere possumus (per prop. 28. part. 4.), et omnibus hominibus commune est (per prop. 36. part. 4.), et omnes ut eodem gaudeant, cupimus (per prop. 37. part. 4.). Atque adeo (per 23. affect. defin.) invidiae affectu maculari nequit, neque etiam (per prop. 18. huius et defin. zelotypiae, quam vide in schol. prop. 35. part. 3.) zelotypiae affectu; sed contra (per prop. 31. part. 3.) eo magis soveri debet, quo plures homines eodem gaudere imaginamur; q. e. d.

**SCHOL.** Possumus hoc eodem modo ostendere, nullum dari affectum, qui huic amori directe sit contrarius, a quo hic ipse amor possit destrui; atque adeo concludere possumus, hunc erga Deum amorem omnium affectuum esse constantissimum, nec quatenus ad corpus referatur, posse destrui, nisi cum ipso corpore. Cuius autem naturae sit, quatenus ad solam mentem referatur, postea videbimus. Atque his omnia affectuum remedia, sive idem, quod mens in se sola considerata adversus affectus potest, comprehendendi. Ex quibus apparat, mentis in affectus potentiam consistere 1. in ipsa affectuum cognitione. Vide schol. prop. 4. huius. 2. In eo, quod affectus a cogitatione causae externae, quam confuse imaginamur, separat. Vide prop. 2. cum eadem schol. et prop. 4. huius. 3. In tempore, quo affectiones, quae ad res quas intelligimus referuntur, illas superant, quae ad res refe-

runtur, quas confuse seu mutilate concipimus. Vide prop. 7. huius. 4. In multitudine causarum, a quibus affectiones, quae ad rerum communes proprietates vel ad Deum referuntur, proveniuntur. Vide prop. 9. et 11. huius. 5. Denique in ordine, quo mens suos affectus ordinare et invicem concatenare potest. Vide schol. prop. 10. et insuper prop. 12. 13. et 14. huius. Sed ut haec mentis in affectus potentia melius intelligatur, venit apposite notandum, quod affectus a nobis magni appellantur, quando unius hominum affectum cum affectu alterius comparamus, et unum magis, quam aliud eodem affectu conflictari videmus; vel quamvis unius eiusdemque hominis affectus ad invicem comparamus, eundemque uno affectu magis, quam alio affici sive moveri compemus. Nam (per prop. 5. part. 4.) vis cuiuscumque affectus definitur potentia causae externae cum nostra comparata. At mentis potentia sola cognitione definitur; impotentia autem seu passio a sola cognitionis privatione, hoc est, ab eo, per quod ideae dicuntur inadaequatae, aestimatur. Ex quo sequitur, mentem illam maxime pati, cuius maximam partem ideae inadaequatae constituant, ita ut magis per id, quod patitur, quam per id quod agit, dignoscatur; et illam contra maxime agere, cuius maximam partem ideae adacquatae constituant, ita ut, quamvis huic tot inadaequatae ideae, quam illi insint, magis tamen per illas, quae humanae virtuti tribuuntur, quam per has, quae humanam impotentiam arguunt, dignoscatur. Deinde notandum, animi segritudines et infortunia potissimum originem trahere ex nimio amore erga rem, quae multis variationibus est obnoxia, et cuius non quam compotes esse possumus. Nam nemo de re ulla, nisi quam amat, sollicitus anxious est, neque iniuriae, suspiciones, imicitiae etc. oriuntur, nisi ex amore erga res, quarum nemo potest revera esse compos. Ex his itaque facile concipimus, quid clara et distincta cognitio, et praecipue tertium illud cognitionis genus (de quo vide schol. prop. 47. part. 2.), cuius fundamentum est ipsa Dei cognitio, in affectus potest, quos nempe, quatuor passiones sunt, si non absolute tollit (vide prop. 3. cum schol. prop. 4. huius), saltem efficit, ut minimam mentis partem constituant. Vide prop. 14. huius. Deinde amorem gigant erga res immutabilem et aeternam (vide prop. 15. huius), et causas rever-

**sumus compotes** (vide prop. 45. part. 2.), et propterea nullis vitiis, quae in communi amore insunt, inquinari, sed qui semper maior ac maior esse potest (per prop. 15. huius), et mentis maximum partem occupare (per prop. 16. huius) lateque afficere. Atque his omnia, quae praesentem hanc vitam spectant, absolvit. Nam quod in huius scholii principio dixi, me his paucis omnia affectuum remedia amplexum esse, facile poterit unusquisque videre, qui ad haec, quae in hoc scholio diximus, et simul ad mentis eiusque affectuum definitiones, et denique ad propos. 1. et 3. part. 3. attenderit. Tempus igitur iam est, ut ad illa transeam, quae ad mentis durationem sine relatione ad corpus pertinent.

**PROPOS. XXI.** Mens nihil imaginari potest, neque rerum praeteritarum recordari, nisi durante corpore.

**DEMONSTR.** Mens actualem sui corporis existentiam non exprimit, neque etiam corporis affectiones ut actuales concipit, nisi durante corpore (per coroll. prop. 8. part. 2.), et consequenter (per prop. 26. part. 2.) nullum corpus ut actu existens concipit, nisi durante suo corpore. Ac proinde nihil imaginari (vide imaginat. defin. in schol. prop. 17. part. 2.), neque rerum praeteritarum recordari potest, nisi durante corpore (vide defin. memoriae in schol. prop. 18. part. 2.); q. e. d.

**PROPOS. XXII.** In Deo tamen datur necessario idea, quae huius et illius corporis humani essentiam sub aeternitatis specie exprimit.

**DEMONSTR.** Deus non tantum est causa huius et illius corporis humani existentiae, sed etiam essentiae (per prop. 25. part. 1.), quae propterea per ipsam Dei essentiam necessario debet concipi (per ax. 4. part. 1.), idque aeterna quadam necessitate (per prop. 16. part. 1.), qui quidem conceptus necessario in Deo dari debet (per prop. 3. part. 2.); q. e. d.

**PROPOS. XXIII.** Mens humana non potest cum cor-

...

pore absolute destrui, sed eius aliquid remanet,  
quod aeternum est.

**DEMONSTR.** In Deo datur necessario conceptus seu idea, quae corporis humani essentiam exprimit (per prop. praec.), quae propterea aliquid necessario est, quod ad essentiam mentis humanae pertinet (per prop. 13. part. 2.). Sed menti humanae nullam durationem, quae tempore definiri potest, tribuimus, nisi quatenus corporis actualem existentiam, quae per durationem explicatur et tempore definiri potest, exprimit, hoc est (per coroll. prop. 8. part. 2.) ipsi durationem non tribuimus nisi durante corpore. Quum tamen aliquid nihilo minus sit id, quod aeterna quadam necessitate per ipsam Dei essentiam concipitur (per prop. praec.), erit necessario hoc aliquid, quod ad mentis essentiam pertinet, aeternum; q. e. d.

**SCHOL.** Est, uti diximus, haec idea, quae corporis essentiam sub specie aeternitatis exprimit, certus cogitandi modus, qui ad mentis essentiam pertinet quique necessario aeternus est. Net tamen fieri potest, ut recordemur nos ante corpus exstisset, quandoquidem nec in corpore ulla eius vestigia dari, nec aeternitas tempore definiri, nec ullam ad tempus relationem habere potest. At nihilo minus sentimus experimurque, nos aeternos esse. Nam mens non minus res illas sentit, quas intelligendo concipit, quam quas in memoria habet. Mentis enim oculi, quibus res videt observatque, sunt ipsae demonstrationes. Quamvis itaque non recordemur nos ante corpus exstisset, sentimus tamen mentem nostram, quatenus corporis essentiam sub aeternitatis specie involvit, aeternam esse, et hanc eius existentiam tempore definitivae per durationem explicari non posse. Mens igitur nostra etatenus tantum potest dici durare, eiusque existentia certo tempore definiri potest, quatenus actualem corporis existentiam involvit, et etatenus tantum potentiam habet rerum existentiam tempore determinandi, easque sub duratione concipiendi.

**PROPOS. XXIV.** Quo magis res singulares intelligimus, eo magis Deum intelligimus.

**DEMONSTR.** Patet ex coroll. prop. 25. part. 1.

**PROPOS. XXV.** Summus mentis conatus summaque virtus est res intelligere tertio cognitionis genere.

**Demonstr.** Tertium cognitionis genus procedit ab adaequata idea quorundam Dei attributorum ad adaequatam cognitionem essentiae rerum (vide huius defin. in 2. schol. prop. 40. part. 2.), et quo magis hoc modo res intelligimus, eo magis (per prop. praec.) Deum intelligimus. Ac proinde (per prop. 28. part. 4.) summa mentis virtus, hoc est (per defin. 8. part. 4.) mentis potentia seu natura, sive (per prop. 7. part. 3.) summus conatus est res intelligere tertio cognitionis genere; q. e. d.

**PROPOS. XXVI.** Quo mens aptior est ad res tertio cognitionis genere intelligendum, eo magis cupit, res eodem hoc cognitionis genere intelligere.

**Demonstr.** Patet. Nam quatenus concipimus mentem aptam esse ad res hoc cognitionis genere intelligendum, eatenus eandem determinatam concipimus ad res eodem cognitionis genere intelligendum, et consequenter (per 1. affect. defin.) quo mens ad hoc aptior est, eo magis hoc cupit; q. e. d.

**PROPOS. XXVII.** Ex hoc tertio cognitionis genere summa, quae dari potest, mentis acquiescentia oritur.

**Demonstr.** Summa mentis virtus est Deum cognoscere (per prop. 28. part. 4.), sive res tertio cognitionis genere intelligere (per prop. 23. huius); quae quidem virtus eo maior est, quo mens hoc cognitionis genere magis res cognoscit (per prop. 24. huius). Adeoque qui res hoc cognitionis genere cognoscit, is ad summam humanaam perfectionem transit, et consequenter (per 2. affect. defin.) summa laetitia afficitur, idque (per prop. 43. part. 2.) concomitante idea sui suaeque virtutis; ac proinde (per 25. affect. defin.) ex hoc cognitionis genere summa, quae dari potest, oritur acquiescentia; q. e. d.

**PROPOS. XXVIII.** Conatus seu cupiditas cognoscendi res tertio cognitionis genere oriri non potest ex primo, at quidem ex secundo cognitionis genere.

**DEMONSTR.** Haec propositio per se patet. Nam quicquid clare et distincte intelligimus, id vel per se vel per aliud, quod per se concipitur, intelligimus; hoc est, ideae, quae in nobis clarae et distinctae sunt, sive quae ad tertium cognitionis genus referuntur (vide 2. schol. prop. 40. part. 2.), non possunt sequi et ideis mutilatis et confusis, quae (per idem schol.) ad primum cognitionis genus referuntur, sed ex ideis adaequatis, sive (per idem schol.) ex secundo et tertio cognitionis genere. Ac proinde (per 1. affect. defin.) cupiditas cognoscendi res tertio cognitionis genere non potest oriri ex primo; at quidem ex secundo; q. e. d.

**PROPOS. XXIX.** Quicquid mens sub specie aeternitatis intelligit, id ex eo non intelligit, quod corporis praesentem actualem existentiam concipit; sed ex eo, quod corporis essentiam concipit sub specie aeternitatis.

**DEMONSTR.** Quatenus mens praesentem sui corporis existentiam concipit, eatenus durationem concipit, quae tempore determinari potest, et eatenus tantum potentiam habet concipiendi res cum relatione ad tempus (per prop. 21. huius et prop. 26. part. 2.). At aeternitas per durationem explicari nequit (per defin. 8. part. 1. et ipsius explication.). Ergo mens eatenus potestatem non habet concipiendi res sub specie aeternitatis; sed quia de natura rationis est, res sub specie aeternitatis concipere (per 2. coroll. prop. 44. part. 2.), et ad mentis naturam etiam pertinet, corporis essentiam sub specie aeternitatis concipere (per prop. 23. huius), et praeter haec duo nihil aliud ad mentis essentiam pertinet (per prop. 13. part. 2.). Ergo haec potentia concipiendi res sub specie aeternitatis ad mentem non pertinet, nisi quatenus corporis essentiam sub specie aeternitatis concipit; q. e. d.

**SCHOL.** Res duobus modis a nobis ut actuales concipiuntur, vel quatenus easdem cum relatione ad certum tempus et locum existere, vel quatenus ipsas in Deo contineri et ex naturae divinae necessitate consequi concipimus. Quae autem hoc secundo modo ut verae seu reales concipiuntur, eas sub aeternitatis specie concipiamus, et earum ideae aeternam et infinitam Dei essentiam involvunt, ut propos. 45. part. 2. ostendimus, cuius etiam scholium vide.

**PROPOS. XXX.** Mens nostra quatenus se et corpus sub aeternitatis specie cognoscit, eatenus Dei cognitionem necessario habet, scitque se in Deo esse et per Deum concipi.

**DEMONSTR.** Aeternitas est ipsa Dei essentia, quatenus haec necessariam involvit existentiam (per defin. 8. part. 1.). Res igitur sub specie aeternitatis concipere est res concipere, quatenus per Dei essentiam ut entia realia concipiuntur, sive quatenus per Dei essentiam involvunt existentiam. Adeoque mens nostra quatenus se et corpus sub specie aeternitatis concipit, eatenus Dei cognitionem necessario habet, scitque etc.; q. e. d.

**PROPOS. XXXI.** Tertium cognitionis genus pendet a mente, tanquam a formalii causa, quatenus mens ipsa aeterna est.

**DEMONSTR.** Mens nihil sub aeternitatis specie concipit, nisi quatenus sui corporis essentiam sub aeternitatis specie concipit (per prop. 29. huius), hoc est (per prop. 21. et 23. huius) nisi quatenus aeterna est. Adeoque (per prop. praec.) quatenus aeterna est, Dei habet cognitionem, quae quidem cognitio est necessario adaequata (per prop. 46. part. 2.); ac proinde mens quatenus aeterna est, ad illa omnia cognoscendum est apta, quae ex data hac Dei cognitione consequi possunt (per prop. 40. part. 2.), hoc est, ad res tertio cognitionis genere cognoscendum (vide huius defin. in 2. schol. prop. 40. part. 2.), cuius propterea mens (per defin. 1. part. 3.) quatenus aeterna est, causa est adaequata seu formalis; q. e. d.

**SCHOL.** Quo igitur unusquisque hoc cognitionis gen  
pollet, eo melius sui et Dei conscientius est, hoc est, eo est p  
et beatior, quod adhuc clarius ex seqq. patebit. Sed hu  
dum, quod, tametsi iam certi sumus, mentem aeterum  
quatenus res sub aeternitatis specie concipit, nos tamen  
quaes ostendere volumus, facilius explicentur et melius in  
tut, ipsam, tanquam iam inciperet esse, et res sub ae  
specie intelligere iam inciperet, considerabimus, ut ha  
fecimus; quod nobis absque ullo erroris periculo face  
modo nobis cautio sit nihil concludere, nisi ex perspicu  
missis.

**PROPOS. XXXII.** Quicquid intelligimus tertio  
cognitionis genere, eo delectamur, et quidem co  
tante idea Dei tanquam causa.

**DEMONSTR.** Ex hoc cognitionis genere summa, q  
potest, mentis acquiescentia, hoc est (per 25. affect. def  
initia oritur, eaque concomitante idea sui (per prop. 27. hu  
consequenter (per prop. 30. huius) concomitante etiam i  
tanquam causa; q. e. d.

**COROLL.** Ex tertio cognitionis genere oritur ne  
amor Dei intellectualis. Nam ex hoc cognitionis  
oritur (per prop. praec.) laetitia concomitante idea Dei i  
causa, hoc est (per 6. affect. defin.) amor Dei, non q  
ipsum ut praesentem imaginamur (per prop. 29. huius), t  
tenus Deum aeternum esse intelligimus, et hoc est, quod  
Dei intellectualem voco.

**PROPOS. XXXIII.** Amor Dei intellectualis,  
tertio cognitionis genere oritur, est aeternu

**DEMONSTR.** Tertium enim cognitionis genus (per p  
huius et ax. 3. part. 1.) est aeternum; adeoque (per idem  
1.) amor, qui ex eodem oritur, est etiam necessario a  
q. e. d.

**SCHOL.** Quamvis hic erga Deum amor principium  
buerit (per prop. praec.), habet tamen omnes amoris perf

erido ac si ortus fuisset, sicut in coroll. prop. praecc. finximus. Ite illa hic est differentia, nisi quod metus easdem has perfections, quas eidem iam accedere finximus, aeternas habuerit, idque concomitante idea Dei tanquam causa aeterna. Quod si beatitudo in transitione ad maiorem perfectionem consistit, beatitudo non in eo consistere debet, quod mens ipsa perfectione sit praedita.

**PROPOS. XXXIV.** Mens non nisi durante corpore obnoxia est affectibus, qui ad passiones referuntur.

**DEMONSTR.** Imaginatio est idea, qua mens rem aliquam ut praesentem contemplatur (vide eius defin. in schol. prop. 17. part. 2.), quae tamen magis corporis humani praesentem constitutionem, quam rei externae naturam indicat (per 2. coroll. prop. 6. part. 2.). Est igitur affectus (per gen. affect. defin.) imaginatio, quatenus corporis praesentem constitutionem indicat; at ne ideo (per prop. 21. huius) mens non nisi durante corpore obnoxia est affectibus, qui ad passiones referuntur; q. e. d.

**COROLL.** Hinc sequitur nullum amorem praeter amorem intellectualem esse aeternum.

**SCHOL.** Si ad hominum communem opinionem attendamus, libimus, eos suae mentis aeternitatis esse quidem conscientes, lipsos eandem cum duratione confundere, eamque imaginationi memoriae tribuere, quam post mortem remanere credunt.

**PROPOS. XXXV.** Deus se ipsum amore intellectuali infinito amat.

**DEMONSTR.** Deus est absolute infinitus (per defin. 6. part. 1. hoc est (per defin. 6. part. 2.) Dei natura gaudet infinita letione, idque (per prop. 3. part. 2.) concomitante idea sui, est (per prop. 11. et ax. 1. part. 1.) idea suae causae, et hoc quod in coroll. prop. 32. huius amorem intellectualem esse mus.

**PROPOS. XXXVL** Mentis amor intellectualis erga Deum est ipse Dei amor, quo Deus se ipsum amat, non quatenus infinitus est, sed quatenus per essentiam humanae mentis sub specie aeternitatis consideratam explicari potest, hoc est, mentis erga Deum amor intellectualis pars est infiniti amoris, quo Deus se ipsum amat.

**DEMONSTR.** Hic mentis amor ad mentis actiones referri debet (per coroll. prop. 32. huius et per prop. 3. part. 3.), qui proinde actio est, qua mens se ipsam contemplatur concomitante idea Dei tanquam causa (per prop. 32. huius et eius coroll.), hoc est (per coroll. prop. 25. part. 1. et coroll. prop. 11. part. 2.) actio, qua Deus, quatenus per mentem humanam explicari potest, se ipsum contemplatur concomitante idea sui. Atque adeo (per prop. praec.) hic mentis amor pars est infiniti amoris, quo Deus se ipsum amat; q. e. d.

**COROLL.** Hinc sequitur, quod Deus, quatenus se ipsum amat, homines amat, et consequenter quod amor Dei erga homines et mentis erga Deum amor intellectualis unum et idem sit.

**SCHOL.** Ex his clare intelligimus, qua in re salus nostra seu beatitudo seu libertas consistit, nempe in constanti et aeterno erga Deum amore, sive in amore Dei erga homines. Atque hic amor, seu beatitudo in sacris codicibus gloria appellatur\*); nec immerito. Nam sive hic amor ad Deum referatur sive ad mentem, recte animi acquiescentia, quae revera gloria (per 25. et 30. affect. defin.) non distinguitur, appellari potest. Nam quatenus ad Deum refertur, est (per prop. 35. huius) laetitia (liceat hoc adhuc vocabulo uti) concomitante idea sui, ut et quatenus ad mentem refertur (per prop. 27. huius). Deinde quia nostra mentis essentia in sola cognitione consistit, cuius principium et fundamentum Deus est (per prop. 15. part. 1. et schol.

\* בְּרִית מְשֻׁבָּח Ies. 6. 3. Ps. 8. 6. 113, 4. ἡ δόξα Ioh. 11, 40. Rom. 3, 23. Eph. 1, 17. 18.

prop. 47. part. 2.); hinc perspicuum nobis fit, quomodo et quare ratione mens nostra secundum essentiam et existentiam ex natura divina sequatur et continuo a Deo pendeat; quod hic notare operae pretium duxi, ut hoc exemplo ostenderem, quantum rerum singularium cognitionis, quam intuitivam sive tertii generis appellavi, (vide schol. 2. prop. 40. part. 2.) polleat, potiorque sit cognitione universali, quam secundi generis esse dixi. Nam quamvis in prima parte generaliter ostenderim, omnia (et consequenter mentem etiam humanam) a Deo secundum essentiam et existentiam pendere; illa tamen demonstratio, tametsi legitima sit et extra dubitationis aleam posita, non ita tamen mentem nostram afficit, quam quando id ipsum ex ipsa essentia rei cuiuscumque singularis, quam a Deo pendere dicimus, concluditur.

**PROPOS. XXXVII.** Nihil in natura datur, quod huic amori intellectuali sit contrarium, sive quod ipsum possit tollere.

**DEMONSTR.** Hic intellectualis amor ex mentis natura necessario sequitur, quatenus ipsa ut aeterna veritas per Dei naturam consideratur (per prop. 33. et 29. huius). Si quid ergo daretur, quod huic amori esset contrarium, id contrarium esset vero, et consequenter id, quod hunc amorem posset tollere, efficeret, ut id, quod verum est, falsum esset; quod (ut per se notum) est absurdum. Ergo nihil in natura datur etc.; q. e. d.

**SCHOL.** Partis quartae axioma res singulares respicit, quatenus cum relatione ad certum tempus et locum considerantur, de quo neminem dubitare credo.

**PROPOS. XXXVIII.** Quo plures res secundo et tertio cognitionis genere mens intelligit, eo minus ipsa ab affectibus, qui mali sunt, patitur et mortem minus timet.

**DEMONSTR.** Mentis essentia in cognitione consistit (per prop. 11. part. 2.). Quo igitur mens plures res cognoscit secundo et

tertio cognitionis genere, eo maior eius pars remanet (per prop. 29. et 23. huius), et consequenter (per prop. praec.) eo maior eius pars non tangitur ab affectibus, qui nostrae naturae sunt contrarii, hoc est (per prop. 30. part. 4.) qui mali sunt. Quo itaque mens plures res secundo et tertio cognitionis genere intelligit, eo maior eius pars illaesa manet, et consequenter minus ab affectibus patitur etc.; q. e. d.

SCHOL. Hinc intelligimus id quod in schol. prop. 39. part. 4. attigi et quod in hac parte explicare promisi; nempe quod mors eo minus est noxia, quo mentis clara et distincta cognitio maior est, et consequenter quo mens magis Deum amat. Deinde quia (per prop. 27. huius) ex tertio cognitionis genere summa, quae dari potest, oritur acquiescentia, hinc sequitur mentem humana posse eius naturae esse, ut id, quod eius cum corpore perire ostendimus (vide prop. 21. huius), in respectu ad id, quod ipsius remanet, nullius sit momenti. Sed de his mox prolixius.

**PROPOS. XXXIX.** Qui corpus ad plurima aptum habet, is mentem habet, cuius maxima pars est aeterna.

DEMONSTR. Qui corpus ad plurima agendum aptum habet, is minime affectibus, qui mali sunt, conflictatur (per prop. 38. part. 4.), hoc est (per prop. 30. part. 4.) affectibus qui nostrae naturae sunt contrarii. Atque adeo (per prop. 10. huius) potestatem habet ordinandi et concatenandi corporis affectiones secundum ordinem ad intellectum, et consequenter efficiendi (per prop. 14. huius) ut omnes corporis affectiones ad Dei ideam referantur, ex quo fiet (per prop. 15. huius) ut erga Deum affiliatur amore, qui (per prop. 16. huius) mentis maximam partem occupare sive constituere debet; ac proinde (per prop. 33. huius) mentem habet, cuius maxima pars est aeterna; q. e. d.

SCHOL. Quia corpora humana ad plurima apta sunt, non dubium est, quin eius naturae possint esse, ut ad mentes referantur, quae magnam sui et Dei habeant cognitionem, et quarum maxima seu praecipua pars est aeterna, atque adeo ut mortem vit

timeant. Sed ut haec clarius intelligentur, animadvertisendum hic est, quod nos in continua vivimus variatione, et prout in melius sive in peius mutamur, eo felices aut infelices dicimur. Qui enim ex infante vel puer in cadaver transiit, infelix dicitur, et contra id felicitati tribuitur, quod totum vitae spatium mente sana in corpore sano percurrere potuerimus. Et revera qui corpus habet, ut infans vel puer, ad paucissima aptum et maxime pendens a causis externis, mentem habet, quae in se sola considerata nihil fere sui, nec Dei, nec rerum sit conscientia; et contra, qui corpus habet ad plurima aptum, mentem habet, quae in se sola considerata multum sui et Dei et rerum sit conscientia. In hac vita igitur apprime conamur, ut corpus infantiae in aliud, quantum eius natura patitur eique conductus, mutetur, quod ad plurima aptum sit, quodque ad mentem referatur, quae sui et Dei et rerum plurimum sit conscientia; atque ita ut id omne, quod ad ipsius memoriam vel imaginationem refertur, in respectu ad intellectum vix alicuius sit momenti, ut in schol. prop. praeced. iam dixi.

**PROPOS. XL.** Quo unaquaeque res plus perfectio-  
nis habet, eo magis agit et minus patitur, et con-  
tra quo magis agit, eo perfectior est.

**DEMONSTR.** Quo unaquaeque res perfectior est, eo plus habet realitatis (per defin. 6. part. 2.), et consequenter (per prop. 3. part. 3. cum eius schol.) eo magis agit et minus patitur; quae quidem demonstratio inverso ordine eodem modo procedit; ex quo sequitur, ut res contra eo sit perfectior, quo magis agit; q. e. d.

**COROLL.** Hinc sequitur, partem mentis, quae remanet, quamcumque ea sit, perfectiorem esse reliqua. Nam pars mentis aeterna (per prop. 23. et 29. huius) est intellectus, per quem solam nos agere dicimur (per prop. 3. part. 3.); illa autem, quam levire ostendimus, est ipsa imaginatio (per prop. 21. huius), per quam solam dicimur pati (per prop. 3. part. 3. et gen. affect. defin.). Atque adeo (per prop. praec.) illa, quamcumque ea sit, hac est perfectior; q. e. d.

**SCHOL.** Haec sunt, quae de mente, quatenus sine relati ad corporis existentiam consideratur, ostendere constituer. Ex quibus et simul ex prop. 21. part. 1. et aliis apparet, q mens nostra, quatenus intelligit, aeternus cogitandi modus qui alio aeterno cogitandi modo determinatur, et hic iterum alio, et sic in infinitum; ita ut omnes simul Dei aeternum et i nitum intellectum constituant.

**PROPOS. XLI.** Quamvis nesciremus, mentem nost aeternam esse, pietatem tamen et religionem absolute omnia, quae ad animositatem et generositatem referri ostendimus in quarta parte, pr haberemus.

**DEMONSTR.** Primum et unicum virtutis seu recte vivendi fundatum (per coroll. prop. 22. et per prop. 24. part est suum utile quaerere. Ad illa autem determinandum, q ratio utilia esse dictat, nullam rationem habuimus mentis actus tatis, quam demum in hac quinta parte novimus. Quamvis igitum temporis ignoraverimus, mentem esse aeternam, illa tan quae ad animositatem et generositatem referri ostendimus, pr habuimus. Atque adeo, quamvis etiam nunc hoc ipsum ignoramus, eadem tamen rationis praescripta prima habemus q. e. d.

**SCHOL.** Communis vulgi persuasio alia videtur esse. I plerique videntur credere, se eatenus liberos esse, quatenus l dini parere licet, et eatenus de suo iure cedere, quatenus ex divinae praescripto vivere tenentur. Pietatem igitur et religionem absolute omnia, quae ad animi fortitudinem referuntur, esse credunt, quae post mortem deponere, et pretium servit nempe pietatis et religionis, accipere sperant. Nec hac spe sed etiam et praecipue metu, ne diris scilicet suppliciis post mortem puniantur, inducuntur, ut ex legis divinae praescripto, quantum eorum fert tenuitas et impotens animus, vivant; et nisi spes et metus hominibus inessent, at contra si crederent, mes

nam corpore interire, nec restare miseris pietatis onere confectis, rire longius, ad ingenium redirent, et ex libidine omnia moderari et fortunae potius, quam sibi parere vellent. Quae mihi non minus absurdia videntur, quam si quis propterea, quod non credit, se posse bonis alimentis corpus in aeternum nutrire, venenis potius et letiferis se exsaturare vellet; vel quia videt mentem non esse aeternam seu immortalem, ideo amens mavult esse et sine ratione vivere: quae adeo absurdia sunt, ut vix recenseri mereantur.

**PROPOS. XLII.** Beatitudo non est virtutis praemium, sed ipsa virtus; nec eadem gaudemus, quia libidines coercemus, sed contra quia eadem gaudemus, ideo libidines coercere possumus.

**DEMONSTR.** Beatitudo in amore erga Deum consistit (per prop. 36. huius et eius schol.), qui quidem amor ex tertio cognitionis genere oritur (per coroll. prop. 32. huius). Atque adeo hic amor (per prop. 59. et 3. part. 3.) ad mentem, quatenus agit, referri debet, ac proinde (per defin. 8. part. 4.) ipsa virtus est; quod erat primum. Deinde quo mens hoc amore divino seu beatitudine magis gaudet, eo plus intelligit (per prop. 32. huius), hoc est (per coroll. prop. 3. huius) eo maiorem in affectus habet potentiam, et (per prop. 38. huius) eo minus ab affectibus, qui mali sunt, patitur. Atque adeo ex eo, quod mens hoc amore divino seu beatitudine gaudet, potestatem habet libidines coercendi; et quia humana potentia ad coercendos affectus in solo intellectu consistit. Ergo nemo beatitudine gaudet, quia affectus coercuit, sed contra potestas libidines coercendi ex ipsa beatitudine oritur; q. e. d.

**SCHOL.** His omnia, quae de mentis in affectus potentia, quaeque de mentis libertate ostendere volueram, absolvvi. Ex quibus apparet, quantum sapiens polleat, potiorque sit ignaro, qui sola libidine agitur. Ignarus enim, praeterquam a causis exterioris, multis modis agitatur, nec unquam vera animi acquiescentia potitur; vivit praeterea sui et Dei et rerum quasi inscius, et simulacrum pati desinit, simul etiam esse desinit: quum contra sa-

piens, quicquid et talis consideratur, vix animo moveretur; sed mihi et Dei et rerum aeterna quadam necessitate conclusus, nunquam esse desinit, sed semper vera animi acquiescentia potitur. Si iam via, quam ad haec dictiore ostendi, perardua videatur, inveneri tamen potest. Et hanc arduam debet esse, quod ad eam raro reperitur. Qui enim posset fieri, si salus in promptu caset et sine magno labore reperiri posset, ut ab omnibus fore negligatur? Sed omnia praeclara tam difficilia, quam rara sunt.

---

**BENEDICTI DE SPINOZA**

**O P E R A**

**U A E S U P E R S U N T O M N I A.**

---

**E X**

**EDITIONIBUS PRINCIPIBUS DENUO EDIDIT  
ET PRAEFATUS EST**

**CAROLUS HERMANNUS BRUDER  
PHILOS. DOCT. AA. LL. M. SS. THEOL. LICENT.**

**VOL. III.**

**DE INTELLECTUS EMENDATIONE, TRACTATUS POLITICUS,  
EPISTOLAE.**

---

**EDITIO STEREOTYPA.**

---

**LIPSIAE**

**TYPIS ET SUMTIBUS BERNH. TAUCHNITZ JUN.**

**1844.**



## P R A E F A T I O.

tero hoc tomo continentur tres partes Benedicti de Spinozorum posthumorum, et quidem

### I.

*tractatus de intellectus emendatione et de via qua optime in rerum cognitionem dirigitur*, in edit. princ. a. 1677. pag. 392., aureus libellus, qui est praeter *ethicam* fons philosophiae Benedicti gravissimus. Complectitur enim eius philosophia fundamentalis sive cognoscendi artem; et eo magis dolens, quod non nisi eius fragmentum conficerat, quum diem supremum. In hoc tractatu quibusdam *de vero et summo* xpositis persequitur divini Platonis de ideis doctrinam et ita viam ac rationem, qua perveniamus ad veram sive scientiam naturae adaequatam cognitionem i. e. qua ideas esse *veritates aeternas* sensim sensimque magis perscrutemur endo imaginationes i. e. ideas fictas, falsas, dubias.<sup>1)</sup> Quam ergo etiam excoluit et perfecit summus nostri saeculi philosophe, *Frid. Hegelius*, qui hereditatem luculentissimam et effermann suis tradidit „*veritatis absolutae obiectivae adipiscendae lumen*“, quam monstravit illo *processu* qui dicitur *dialecticus*. Per longius tempus Spinoza huic tractatui conscribendo invenerat, quin ad finem perduceret. Anno enim 1663. inico Oldenburgio, ut publici iuris faceret „*tractatum de*

<sup>1)</sup> Conf. etiam ethic. II. prop. 40 – 47.

*Hed. quae egregie, ut solet, exposuit S. V. Phil. Marheinekius in: „*Zugang in die öffentlichen Vorlesungen über die Bedeutung der heiligen Philosophie in der christlichen Theologie.*“ Berl. 1842. 8. fol. „*Für das Prinzip der Hegelschen Philosophie kann man nur Hunde anschaffen, deren Entdeckung das unsterbliche Verdienst Hegels*“ et p. 16. „*Das Ringen nach einer wahrhaft objectiven, mit der Subiect verknüpften Erkenntniß ist im innersten der Hegelschen Philosophie begründet.*“*

rerum primordio earumque dependentia a prima intellectus nostri emendatione“, provocatus est; in anno 1675. Ludovicus Meyerus. Vid. epist. 8. et hoc pertinent Spinozae epist. 42. et 63. De aliis leges operum posthumorum praefatio, quam cum indicet Multis in locis ubi accuratius censem formandas esse ctores in notis relegat ad *philosophiam*, opus grandem minus scriberet, morte est impeditus.

Lectu dignissimi sunt praeterea:

*Ioh. Gott. Herder, Gott. Einige Gespräche System;* in: *Herder's Werke zur Philosophie u. t. VIII.* p. 123. sqq. *Tübing.* 1808. 8.

*Christoph. Theoph. de Murr,* Benedicti de tationes ad tractatum theolog.-politicum. Hagae Con car. *Thomas, Spinoza als Metaphysiker.* Ki p. 13. et p. 22. sq.

Simul cum editione Latina *interpretatio Belg* etore *Jarrig Jellis* anno 1677.: „De nagelate S d. S. . . . Verbetering van't Verstant“ p. 405 — 44 saeculo praeterlapso interprete *S. Herm. Ewald von Spinoza zwei Abhandlungen über die Kultischen Verstandes und über die Aristokratie un Leipzig.* 1785.“ 8. et recentissima *B. Auerbach sannliche Werke.* *Stuttg.* 1841. 8.; *Gallica milio Saisset confecta* „Oeuvres de Spinoza tr. 12. Paris. 1843.

## II.

*Tractatus politicus*, in ed. princ. pag. 263 — 3: phiam practicam pertinet, et ostendit, quam sag noza de praestantia regni apta rerum publicarum co mati legibusque stabiliti senserit. Conf. cap. 6, de bello, de militibus, de imperii divisione, de t al. disputavit diversis in locis, lectu digna sunt.

**m**orte impeditus est auctor, quo minus hunc quoque libel-  
nificeret. Ex epistola ad amicum scripta, quae praefationi  
**in** est<sup>3</sup>), cognosci potest, quid ulterius persequi sibi pro-  
pt, si ei licitum fuisset. Ad tractatum politicum spectat  
spinozae epistola 50., ubi discrimen quoddam, quod inter  
psius et Thomae Hobbesii intercedat sententiam<sup>4</sup>), expli-  
ceretur ut omnia clarius perspicerentur, non solum plenum  
rum sectionum indicem, sed permultas quoque de rebus  
ricis et literariis addidi notas.

**m** qui tractatum de intellectus emendatione interpretati  
reterunt et hunc: in linguam Belgicam *Jarrig Iellis:*  
*gelate Schriften van B. d. S... Staatkunde*<sup>“</sup> p. 301—403.;  
**m** vernaculaum *S. H. Ewaldus et B. Auerbachius;* et  
in Gallicam *Aem. Saisset.*

**d**. etiam *H. C. W. Siegwart, Vergleichung der Rechts-  
staatstheorie des B. Spinoza und des Th. Hobbes. Tüb. 1842. 8.*

**T. Krug, Spinozae de iure naturae sententia denuo exa-  
. Lips. 1825. 4.**

### III.

**m** denique pars „*Epistolae doctorum quorundam  
ad B. d. S. et auctoris responsiones.*“ Numerus  
in operum posthumorum et sequentibus editionibus huc-  
fuit LXXIV (excepta quae praefationis loco tractatui po-  
praemitti solet), quarum XLI sunt ipso Spinoza auctore,  
ab viris doctis ad Spinozam scriptae, una (ep. 48.) ab alio  
ozae amicum et ab hoc ad Spinozam missa, ut criminatio-  
tas refutaret. Benedictum praeter has unam et quadra-  
ultas scripsisse epistolae, et ex ipsis epistolis<sup>5</sup>) adparet  
ne descriptione praefationi tom. I. addita.<sup>6</sup>)

<sup>3</sup>*d. huius tom. pag. 45.*

<sup>4</sup>*Thom. Hobbesius in libris „de cive“ Lond. 1642. et „Leviathan“  
BL. est defensor summae absolutae principum potestatis.  
i. e. in ep. 18. ab Oldenburgo Spinozae epistola d. 5. Iul. data  
est, quae in epistolarum corpore desideratur.*

<sup>5</sup>*m Herderus doluit tam paucas extare Spinozae epistolae. Vid.  
Gott p. 123. in: Werke zur Philos. und Geschichte t. VIII.*

edita, quam nostrae editioni iam addi posse ex  
mur. Libellus privatum editus hic est: „*Brief van  
Spinoza aan Dr. Lambert van Veldhuysen*, mede  
*Prof. H. W. Tydeman*. Met fac-simile.“ 12. p.  
pag. 1. sq. Spinozae epistola, p. 3. sqq. interpret  
p. 6. sqq. sequuntur notae I. de Spinoza eiusque do  
Velthusio, III. de epistola ipsa, quam, quum loci  
notatio desit, inter partem anni 1674. alteram et  
scriptam esse editor censet. Pertinet vero ad tractatum  
politicum, quem auctor notis illustrare et cum Vel  
tione denuo edere constituerat. — Itaque certe initium  
epistolas Spinozae adhuc deperditas e loco obscurum  
promendi.

Sed redeundum est ad ceteras, quarum plurimi  
quaginta una, Latine sunt scriptae; reliquae, vi  
nempe ep. 30 — 41. 43 — 47. 50. et 55 — 60. Be  
operum posthumorum editor, Ludovicus Meyerus,  
vertit, quo ab omnium terrarum viris doctis melius

altera ep. 26 — 54. ad homines *diversos*, qui partim non  
h. litteris initialibus indicantur (exceptis quatuor epist. 39. 40.  
et 50. ad *anonymos*);

~~H~~ortia ep. 55 — 72. ad duos viros *anonymos*, quibus ac-  
~~H~~erit ep. 73. 74. ad Alb. Burghium, et nunc ep. 75. ad Lamb.  
~~H~~esum. Omnes Spinozae, quod est honorificentissimum,  
densiones sunt ad virorum doctorum epistolias, excepta una re-  
soluta inventa.

*Index* est duplex, quem adieci epistola 75. mihi nondum co-  
ta. *Prioris* feci sectiones sedecim (quarum decima quinta ea-  
est cum tertia); nam ad tot viros diversos datae sunt Spinozae  
notiae. *Alter index* est *chronologicus*, ex quo intelligi potest,  
quas esse inter ann. 1662. et 1676. omnes. Epistola 75. in-  
tenda est ann. 1674. vel 1675. signo interrogationis addito.  
*nomen* cuique est praepositum, simulque *temporis et loci*  
*sciam* aut ex editione Belgica aut ex ipsis epistolis sequentibus  
assitum, quum subscriptio saepissime deesset. *Notis* a me  
h. loci haud pauci illustrati sunt.

Restat ut de singulis viris, ad quos aut a quibus scriptae  
epistolae, pauca dicamus.

## A.

Ecce primum quidem de eis, qui *nominibus plenis* indi-  
cer.

I. Primus est *Henricus Oldenburgius*, ad quem pertinent  
notiae 25 priores, quarum ipse scripsit 15, reliquas 10 Spinoza;  
*Oldenburgii* deperdita memoratur epist. 17. Gente fuit Ger-  
manus, *Bremae* natus, sub Cromwellio circuli Saxonici inferioris  
mini legatus, idemque sub Carolo II. rege, qui ei ita favit, ut  
statim regiae ab illo a. 1662. constitutae<sup>1)</sup> sodalis eligeretur et  
ceteris esset, uti docent epist. 7. 8. (§. 16.) et 10. Etiam

<sup>1)</sup> Vid. *Dav. Hume*, history of Great-Britain under the houses of *Saguenet, Tudor et Stuart*. Lond. 1754. sqq. vol. VI. p. 435. sq.

Roberto Boylio<sup>8)</sup> erat amicissimus. Vid. epist. 1. 3. 5. 7. 8. 10. 11. 12. 14. Inde ab anno 1664 — 1677. societatis „transactiones philosophicas“ edidit. Postea Oxonium secessit et obiit mens. Aug. a. 1678. Spinozam praesentem cognoverat Rhenoburgi anno 1661., vid. ep. 1., eumque amore sincero amplexus est. In apostolis de variis rebus et philosophicis et physicis simul Boyli nomine cum amico communicavit. Ab anno 1665. per longius tempus „commercium literarium“ interruptum fuit, et demum a 1675. restitutum. Vid. ep. 17. et 18.<sup>9)</sup>

2. Simon de Vries, natus Traiecti ad Rhenum, iuvenis philosophus, tunc Amstelodamensis, Spinozae amicissimus. Quanti eum aestimaverit ex facto quodam, quod *Joh. Colera* vie de Spinosa p. 75. sq. nobiscum communicavit, constat. „Simon de Vries d'Amsterdam lui fit un jour présent d'une somme de deux mille florins, pour le mettre en état de vivre un peu plus à son aise. Mais Spinoza en présence de son hôte s'excusa civilement de recevoir cet argent, sous prétexte qu'il n'avait besoin de rien, et que tant d'argent, s'il le recevait, le détournerait infailliblement de ses études et de ses occupations. Le même Simon de Vries approchant de sa fin, et se voyant sans femme ni sans enfans, voulait faire son testament et l'instituer héritier de tous ses biens. Mais Spinoza n'y voulut jamais consentir, et ce montra à son ami, qu'il ne devait songer à laisser ses biens à d'autres qu'à son frère, qui demeurait à Schiedam, puisqu'il était le plus proche de ses parents et devait être naturellement son héritier. Ceci fut exécuté comme il l'avait proposé; cependant, il fut à condition que le frère et héritier de Simon de Vries ferait Spinoza une pension viagère, qui suffirait pour sa subsistance; cette clause fut aussi fidélement exécutée. Mais ce qu'il y a de particulier, c'est qu'en conséquence on offrit à Spinoza une pension de

8) Nat. a. 1627. in Hibernia, mort. a. 1691.

9) Erravit *C. Thomas*, *Spinoza als Metaphysiker* p. 19., epist. 4 subscriptionem veterem veram esse opinatus. Sed conf. notam meam 191. sq.

1 florins, qu'il n'accepta pas, parce qu'il la trouvait trop conterable, de sorte qu'il la réduisit à 300. Cette pension lui fut ée régulièremet pendant sa vie; et après sa mort le même de les de Schiedam eut soin de faire encore payer au sieur van der pek ce qui pouvait lui être dû par Spinoza, comme il paraît par lettre de Iean Rieuwertz, imprimeur de la ville d'Amsterdam, ployé dans cette commission. Elle est datée du 6. Mars 1678, et ressée à van der Spyck même. — *Referendae sunt ad eum ternae erae (26—28.) de philosophia logica, quarum prima est Simonis, I respondet altera Spinozae; Vriesii altera in ep. 28. commemo-  
ra in hac collectione non reperitur.*

3. *Guilielmus de Blyenbergh*<sup>10)</sup>, mercator et patricius dracenus, homo bonaे indolis<sup>11)</sup>, qui etiam literis operam det et cum Spinoza de principiis philosophiae Cartesianaе anno 163. editis egit. Mense Martio a. 1665. Spinozam Voorburgi ferat. Philosophiae quum minus gnarus esset et Spinozae sentiam non satis intelligeret, benigne, ut solebat, ut abstineret scribendis epistolis, petuit ab eo philosophus. Spectant huc epist. 1—38. Belgice scriptae, quatuor Blyenberghii, totidem Spinozae. *eris exstitit idem Spinozae adversarius in hisce libris: „Wedderleginge van het boek genoemt: tractatus theologico-politicus. id. 1674.“ et: „Wedderleginge van de Zeedekonst van B. d. S. id. 1682.“ 4. *Abrah. Jac. Cuffeler* I. U. D. in: „Specimen ratiocinandi naturalis et artificialis ad pansophiae principia inductens. Hamb. 1684.“ P. I. p. 119. 125. 222. 230. Blyberghium adversarii mentem non adsecutum esse satis ostendit.*

4. De Godofredo Guilielmo Leibnitio (nat. Lipsiae a. 16., mort. Hannov. a. 1716.) non est quod dicam. Unam ad mozam scripsit epistolam (51.), quum a. 1671. Francofurti

---

<sup>10)</sup> *Jöcher, allgemeines Gelehrten-Lexicon.* Lips. 1750. 4. exhibuit eamburg.  
<sup>11)</sup> Conf. ep. 33. in primis §. 37. sqq. Summis laudibus extulit Colerus vie de Spinoza apud Paul. Spin. opp. t. II. p. 619. Conf. Bruckeri histor. philos. t. IV. part. 2. pag. 691.

ad Moenum versaretur, quae agit de re optica. Anno 1676. quum e Gallia per Angliam Belgiumque reverteretur, ipse vidit Spinozam Hagae Comitum, de quo serius in scriptis suis satis acerbe iudicavit. Conf. *Leibnitii otium Hannover.* ed. II. a. 1737. 8. p. 82. 177. 221. et de conformitate fidei cum ratione § 371. sqq. Spinozae responsionem (ep. 52.), quam vir nobilissimus, *Chr. Theoph. de Murr*, in bibliotheca regia Hannoverana inventam denuo contulerat et primus omnium integrum cum viris doctis communica-verat<sup>12)</sup>, integrum et ipse typis describendam curavi. Binae literae exstant etiam in *Leibnitii operibus* ed. Ludov. Dutens. Genav. 1768. 4. tom. III. p. 11. sqq.

5. Ioh. Ludovicus Fabritius, doctor et professor theol. Heidelbergensis (natus Schafhusii a. 1632., mort. a. 1697., cuius opera theologici et historici argumenti collecta cum vita auctoris referente Ioh. Henr. Heidegger prodiere Turici 1698. 4.) non sua causa, sed iussu Caroli Ludovici electoris Palatini, filii illius infelicitis Friderici V. regis Bohemiae et Palatini, Spinozae a. 1673. scripsit, eumque ad munus honorificentissimum professoris philosophiae in universitate literarum Heidelbergensi suscipiendum invitavit. Princeps enim benevolus, ab a. 1648. usque ad a. 1680. regno potitus, solo literarum amore permotus et de aliorum dogmatis leniter sentiens<sup>13)</sup>, Benedictum quoque arcessere cupuit. Modeste philosophus id renuit. Vid. epist. 53. 54.

6. Albertus Burgh, iuvenis, uti ep. 73. ab eo scripta docet, ante literarum studiosus in universitate Lugdunensi et Spinozae fuerat discipulus, Florentiae vero ecclesiae Romano-Catholicae socius factus. Luculenter misera illius argumenta philosophus refutat, simulque quanti aestimaverit Christianam religionem et in primis ecclesiam evangelicam testatur. „Solo Christi, inquit, spiritu duci possumus in amore iustitiae et caritatis“. Conf.

12) Conf. *de Murr* Ben. de Spinoza adnotat. ad tract. theol.-polit. p. 26. sq. Eius partem ut chirographi specimen fine libri exhibuit.

13) Vid. *Mannert*, die Geschichte Bayerns, tom. II. p. 415. sqq. Lips. 1826. 8. Conf. *Chevraeana* tom. II. p. 99.

iusdem professionem ep. 23. „maxime Deum se per Christum manifestasse“, et Oldenburgii de eodem iudicium ep. 22. <sup>14)</sup>

7. Petrus Ballingius Benedicto amicus fuit, uti ex epistola (XXX.) de omnibus a Spinoza ei scripta liquet. Ipsius Ballingii epistola non amplius restat.

8. Accedit huic nunc Lambertus van VelthuySEN s. Velthusius, nat. Traiecti ad Rhenum a. 1622., mort. 1685., medicinae doctor et scabinus, qui et de theologia et de philosophia scripsit.<sup>15)</sup> Eius opera 2 voll. Roterod. 1680. 4. prodierunt. Procul dubio idem est, qui epist. 48. ad I. O. de tractatu theol.-politico scripsit. Quum philosophiae Cartesianaæ fautor esset, contra ipsum Spinozam serius disputavit in libro: „*Lamb. Velthusii Ultraiectensis tractatus moralis de naturali pudore et de dignitate hominis.* Traiect. 1676.“

## B.

Quinque qui non nisi literis initialibus notantur.

1. L. M. J. e. Ludovicus Meyerus, medicinae philosophiaeque doctor, Iudeus Amstelodamensis et Spinozae amicissimus, quo medico usus est et qui solus philosopho moribundo adfuit.<sup>16)</sup> Studiorum philosophicorum erat amantissimus; neque solum praefationis „principiorum philosophiae Cartesianaæ a Spinoza editorum“ est auctor<sup>17)</sup>, et „operum posthumorum“ editor, interpres praefationis et epistolarum primum Belgice scriptarum<sup>18)</sup>, sed etiam scriptor libelli: „Philosophia sacrae scripturae interpres. Amstel. 1666.“ quemq; Io. Sal. Semler denuo edidit Hal. 1776. 8. Quidam ei etiam tribuebant librum hunc: „Lucii Antistii Constantis de iure ecclesiasticorum liber singularis. Alethop. 1665.“ Vid. tom. I. praef. p. XV. sq. Ad binas eius lite-

<sup>14)</sup> Utroque ep. 73. 74. versa legitur in: W. Fels, *Spinoza, der grosse Philosoph, als er römisch-katholisch werden sollte.* Leipzig. 1829. 8.

<sup>15)</sup> Vid. Nouveau dictionnaire historique s. VelthuySEN et Cur. Burmanni: Traiectum eruditum s. b. v. <sup>16)</sup> Colerus la vie de Spinoza apud Paul. Spin. opp. t. II. p. 688. sqq. <sup>17)</sup> Vid. t. I. p. 3. sqq. <sup>18)</sup> Vid. tom. I. p. XXIV.

ras perditas respondet Spinoza ep. 29. Sed ad eundem referendas esse epistolas 61.—72.: *Viro doctissimo et expertissimo \*\*\*\*\** inde apparet, quod hic illic ad epist. 29. delegatur. Conf. ep. 69. et 70. Epistolae sex (61. 63. 65. 67. 69. 71.) sunt ipsius Meyeri, qui vulgo videtur Amstelodami, per quoddam vero tempus et Parisiis et Londini versatus esse, uti docent epist. 65. 67. 71.

2. I. B. ep. 42. quidam referunt ad Iohannem Bredenburgum, civem Roterodamensem. Idem a. 1675. prodire iussit librum „Eneratio tractatus theol. politici una cum demonstratione ordine geometrico disposita, naturam non esse Deum, cuius effati contrario praedictus tractatus unice nititur,“ quem initio Belgice conscriptum in Latinum vertendum curaverat. *Leibnitius* de conformitate fidei cum ratione § 372. et *Colerus* vie de Spinosa l. l. p. 648. eum vehementer collaudant. Sed *de Murr* l. l. pag. 22. Bredenburgii hic mentionem fieri prorsus negat, et forsitan illum I. B. medicinae doctorem significari censet, qui editioni principiorum philosophiae Cartesianaee versus quosdam praefixit a me tom. I. praef. p. XXIII. adlatos. Et profecto hunc I. B. Spinozae familiarissimum medicumque suisse et argumentum docet et epistolaes inscriptio: „doctissimo expertissimoque viro“, quae haud quadraret in Bredenburgium.

3. I. v. M. vir ornatissimus, cuī Spinoza ep. 43. explicat quaestionem arithmeticam, quis fuerit ignoratur.

4. I. I. vir humanissimus atque prudentissimus, ad quem quatuor missae sunt epistolae 44. 45. 46. 47., est fortasse Iarrig Iellis, mercator Amstelodamensis et Mennonita.<sup>19)</sup> Ex amicis fuit Spinozae, cuius opera postuma in linguam Belgicam transtulit et edidit anno 1677. Eum praefationis quoque auctorem esse contendunt Petr. Bayle epist. ad Theod. I. ab Almelo-veen de scriptis adespoticis in Oeuvres diverses t. IV. p. 164. et *de Murr* l. l. pag. 14. Idem quum in suspicionem pra-

<sup>19)</sup> Vid. *Paulus Spin.* opp. tom. I. praef. p. XIX. *Gfroerer* opp. *Spin.* praef. p. XVII.

vitatis haereticae venisset, fidei confessionem scripsit et edidit Belg. a. 1684. Inscriptionem eius Gallice exhibuit *Petr. Baylius Dictionnaire historique et critique tom. IV. s. Spinoza art. Y.: „Confession de la foi Catholique et Chrétienne contenue dans une lettre à N. N. par Iarig Iellis.“*

5. I. O. *doctissimus atque ornatissimus vir* putatur fuisse Isaacus Orobio Hispanus<sup>20)</sup>, ob quasdam opiniones in quaestione carceribus cruciatus, tum profugus Amstelodami ad sacra Iudaica transgressus, medicinae doctor, mort. a. 1687., qui quum de V. T. libris quaedam scripsit, tum „certamen philosophicum propugnatae veritatis divinae ac naturalis adversus Ioh. Bredenburgii principia Amstelod. 1684.“ edidit. Hic non ipse Spinozae literas scripsit, sed epistolam L. v. V. i. e. Lamberti van Velthuysen de tractatu theol.-politico misit, ut auctor se defendaret, quod peregit epist. 49. *Manuscriptum*, quod Spinoza in epistola recens edita memoravit, idem esse cum epistola 48., vix credibile est. Omnino rationes, quae intercedunt inter epist. 48. 49. et 75., haud facile consentiunt.

## C.

**Accedunt anonymi quatuor:**

1. De „viri doctissimi atque expertissimi, nobilissimi ac doctissimi“ epistolis 61—72. iam sermo fuit. Sunt Ludovici Meyeri, uti videtur. Conf. epp. 69. et 70. cum ep. 29.

2. Alter, auctor epistolarum 55. 57. 59., cui respondent Spinozae epp. 56. 58. 60. „amplissimo prudentissimoque viro“ Belgice scriptae, est gravissimus spectrorum et lemorum defensor. Quis hic et duo seqq. fuerint nescitur.

3. Tertius quum epistolas quasdam non amplius repertas ante scripsisset, responsiones a Spinoza accepit epp. 39—41. „viro amplissimo ac prudentissimo“.

4. Denique quarto „viro humanissimo atque prudentissimo“ data est epistola 50. a. 1674.

20) *Conf. de Murr l. l. p. 23. Gfroerer opp. Spin. praeft. p. XVII.*

Omnis has epistolas esse magnae gravitatis cuivis qui eas legit manifestum est, et, uti iam vetus inscriptio ait, „ad aliorum Spinozae operum elucidationem non parum faciunt.“

Omnis sere eius libri editi epistolis illustrantur:

a) Principia philosophiae Cartesianaæ et cogitata metaphysicae  
epp. 1. 9. 10. 16. 29. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 39. 40. 41. 45. 50.  
58. 61. 62. 69. 70.;

b) Tractatus theologico-politicus epp. 14. 17. 19. 20. 21. 22.  
23. 24. 25. 47. 48. 49. 50. 72. 73. 74. 75.;

c) Ethica epp. 2. 3. 4. 18. 26. 27. 29. 62. 63. 64. 65. 66. 67.  
68. 69. 70. 71.;

d) De intellectus emendatione tractatus epp. 8. 42. 63. 64.;

e) Tractatus politicus ep. 50. et ep. ipsi tractatui praemissa.

Quaedam non nisi ex epistolis nobis cognita sunt, e. c. philosophi sententia de servatore et religione Christiana epist. 21. 23. 25. et 74., de motu ep. 15., de omnibus ep. 30., de rebus physicis, opticis et mathematicis ep. 13. 43. 44—46. 52., de lemuriibus et spectris ep. 56. 58. 60.

Praeterea Spinozae *vita et operum historia* dilucidior redditur. Conf. ep. 1. 9. 30. 75. al.

Sed, quod gravius est, ex eis omnium optime et verissime *Benedicti mores vitaeque habitus* cognoscuntur, summa modestia, et comitas, animi candor, pectoris sinceritas, amicitiae probitas, ita ut non solum propter summum ingenii acumen, sed etiam omnibus vitae virtutibus ornatus virorum optimorum benevolentia, amicitia, laude fuerit dignissimus.

Hunc vero secundum operum tomum omni diligentia ac labore editum atque a vitiis innumeris purgatum esse, omnes qui eo usuri sunt facile perspicient. Itaque ut eodem favore, quo primum a multis iam exceptum esse comperimus, excipiatur, et ad studia praestantissimi saeculi XVII. philosophi excitandum et promovendum conserat et speramus et optamus.

Scribebam Lipsiae d. 29. m. Decembr. a. D. MDCCXLIII.

### III.

BENEDICTI DE SPINOZA

T R A C T A T U S

DE

N T E L L E C T U S

EMENDATIONE

ET DE VIA QUA OPTIME IN VERAM RERUM COGNITIONEM  
DIRIGITUR.



EX

## PRAEFATI<sup>O</sup>N<sup>E</sup> EDITORIS B. D. S. OPERUM POSTHUMORUM.

---

Tractatus *de emendatione intellectus* est ex prioribus nostri philosophi operibus, testibus et stylo et conceptibus iam multos ante annos conscriptus. Rei, quam in eo tractat, dignitas et magna, quam in eo sibi scopum praefixit, utilitas, nempe intellectui viam sternere facillimam atque planissimam ad veram rerum cognitionem, calcar ipsi semper eum ad umbilicum perducendi fuere. At operis pondus profundaque meditationes et vasta rerum scientia, quae ad eius perfectionem requirebantur, lento gradu eum promoverunt, ut et in causa fuerunt, quod non fuerit absolutus, quodque hic illic aliquid desideretur. Nam auctor in annotationibus, quas ipse addidit, saepius monet id, quod tractat, accuratius demonstrandum vel latius explicandum, sive in sua philosophia sive alibi. Quia vero res praestantissimas nec non utilissimas continet, in veritatis studiosum studium excitabunt summum, nec parum adiuvabunt in ea indaganda; ideo eum simul cum aliis edere visum fuit. Tractat in eo primo de bono apparente, quod homines plerumque appetunt, nempe de divitiis, libidine et honore; et de vero bono, et quomodo id sit acquirendum. Praescribit secundo quasdam vivendi regulas; indeque ad intellectus emendationem transit. Ut autem haec emendatio melius procedat, quatuor diversos percipiendi modos enumeraat, quos deinceps prolixius paulo enucleat et ex iis, qui optime scopo inserviunt, eligit. Porro ut horum usum nosceremus, agit de intellectus instrumentis, videlicet de veris ideis, et

DISCUSSIONES.

admodum agitata et turbulenta. inservientem vix est methodia  
tempore proficua. Propter praecepsus quoniam vero illius ab  
eis fortissimam et perniciem resitatem. fuisse ostenditur non  
non esse proficuum. et hoc non solum propter veritas. sed  
fortia et celeria dicta est. quibus tempore aliquip de memoria et  
diligentia servire. denuo praecepsus dicit. quibus ex multis  
sparsis ante diuinam inserviuntur. Ut scimus hoc rite sit.  
proportionem habere multa fuit dubium. vel perinde causam  
vel per diversa probanda. Quoniam vero tempore non nisi ex  
multis et dilatatione dicitur. hanc dilatationem nonne tam  
causa non necessaria proponit. Dicendum et multa exceptus  
concedantur. multa. quibus non probanda ratione cognoscatur.  
possentib; Et ut hinc multa nullis proficiuntur. apud  
de 7. libro intellectus tempore omnium propinquus. Et  
hie latius tractatus de emendatione intellectus. — In  
mihi tempore habuit curios. cum perficie. At alii negotiis  
praeoccupati et tamen non absopus ad opusculum hincem perdidere  
non posse. Quoniam vero. aci illius dictum est. multa praeclara et  
quaerilia existunt. que veritas sincera indagatoci non parum  
et se latentes non habundantibus dubitamus. te illi privare solimus.  
honestata lector; et ut etiam multa obscura. radia astutae et impudicae  
que in en hisce inde occursum. condonare non gravis.  
harmo ne invictus esses. admonitionem te quoque esse valimus.  
Vale.

# I N D E X.

---

- I. De bonis quae homines plerumque appetunt. §. 1. sqq.
  - II. De bono vero et summo. §. 11. sqq.
  - III. Quaedam vivendi regulae. §. 17.
  - IV. De diversis percipiendi modis. §. 18. sqq.
  - V. De optimo modo percipiendi. §. 25. sqq.
  - VI. De intellectus instrumentis, veris ideis. §. 30. sqq.
  - VII. De recta methodo cognoscendi. §. 36. sqq.
  - VIII. Methodi pars prima. De idea ficta. §. 40. sqq.
  - IX. De idea falsa. §. 60. sqq.
  - X. De idea dubia. §. 77. sqq.
  - XI. De memoria et oblivione. Conclusio. §. 81. sqq.
  - XII. Methodi pars secunda. De duplice perceptione. §. 91. sqq.
  - XIII. De conditionibus definitionis. §. 95. sqq.
  - XIV. De mediis quibus res aeternae cognoscuntur. §. 99. sqq.
  - XV. De viribus intellectus eiusque proprietatibus. §. 106. sqq.
-



## I. De bonis quae homines plerumque appetunt.

Postquam me expertentia docuit, omnia, quae in communione vita frequenter occurrunt, vana et futilia esse; quum viderem omnia, a quibus et quae timebam, nihil neque boni neque mali in se habere, nisi quatenus ab iis animus movebatur: constitui tandem inquirere, an aliquid daretur, quod verum bonum et sui communicabile esset, et a quo solo reiectis ceteris omnibus animus afficeretur; imo an aliquid daretur, quo invento et acquisito continua ac summa in aeternum fruerer laetitia. 2. Dico *me tandem constituisse*. Primo enim intuitu inconsultum videbatur, propter rem tunc incertam certa amittere velle. Videbam nimirum commoda, quae ex honore ac divitiis acquiruntur, et quod ab iis querendis cogebat abstinere, si seriam rei alii et novae operam dare vellem, et si forte summa felicitas in iis esset sita, perspiciebam me ea debere carere; si vero in iis non esset sita eisque tantum darem operam, tum etiam summa carerem felicitate. 3. Volvebam igitur animo, an forte esset possibile ad novum institutum, aut saltem ad ipsius certitudinem pervenire, licet ordo et commune vitae meae institutum non mutaretur, quod saepe frustra tentavi. Nam quae plerumque in vita occurrunt, et apud homines, ut ex eorum operibus colligere licet, tanquam summum bonum aestimantur, ad haec tria rediguntur: *divitias* scilicet, *honorem atque libidinem*. His tribus adeo distrahitur mens, ut minime possit de alio aliquo bono cogitare. 4. Nam quod ad libidinem attinet, ea adeo suspenditur animus, ac si in aliquo bono quiesceret; quo maxime impeditur, ne de alio cogitet. Sed post illius fruitionem summa sequitur tristitia, quae si non suspendit mentem, tamen perturbat et hebetat. Honores ac divitias prosequendo non parum etiam distrahitur mens,

praesertim ubi hae non nisi propter se quaeruntur\*), quia tum supponuntur summum esse bonum. 5. Honore vero multo ad-huc magis mens distrahitur; supponitur enim semper bonum esse per se et tanquam finis ultimus, ad quem omnia diriguntur. Deinde in his non datur, sicut in libidine, pœnitentia, sed quo plus utriusque possidetur, eo magis augetur laetitia, et consequenter magis ac magis incitamur ad utrumque augendum; si autem spe in aliquo casu frustremur, tum summa oritur tristitia. Est denique honor magno impedimento eo, quod, ut ipsum assequamur, vita necessario ad captum hominum est dirigenda, fugiendo scilicet quod vulgo fugiunt, et quaerendo quod vulgo quaerunt homines.

6. Quum itaque viderem, haec omnia adeo obstarere, quo minus operam novo alicui instituto darem, imo adeo esse opposita, ut ab uno aut altero necessario esset abstinentiam, cogebat inquirere, quid mihi esset utilius; nempe, ut dixi, videbar bonum certum pro incerto amittere velle. Sed postquam aliquantulum huic rei incubueram, inveni primo, si hisce omissis ad novum institutum accingerer, me bonum sua natura incertum, ut clare ex dictis possumus colligere, omissurum pro incerto, non quidem sua natura (sixum enim bonum quaerebam), sed tantum quoad ipsius consecutionem. 7. Assidua autem meditatione eo perveni, ut viderem, quod tum, modo possim penitus deliberare, mala certa pro bono certo omitterem. Videbam enim me in summo versari periculo, et me cogi, remedium, quamvis incertum, summis viribus quaerere; veluti aeger letali morbo laborans, qui ubi mortem certam praevidebat, ni adhibeatur remedium, illud ipsum, quamvis incertum, summis viribus cogitatur quaerere; nempe in eo tota eius spes est sita. Illa autem omnia, quae vulgus sequitur, non tantum nullum conferunt remedium ad nostrum esse conservandum, sed etiam id impediunt, et frequenter sunt causa interitus

---

\*) Potuissent haec latius et distinctius explicari, distinguendo scilicet divitias, quae quaeruntur vel propter se vel propter honorem vel propter libidinem vel propter valetudinem et augmentum scientiarum et artium. Sed hoc ad suum locum reservatur, quia huius loci non est, haec adeo accurate inquirere. Sp.

eorum, qui ea possident, et semper causa interitus eorum, qui ab iis possidentur.\*)

8. Per multa enim exstant exempla eorum, qui persecutionem ad necem usque passi sunt propter ipsorum divitias, et etiam eorum, qui, ut opes compararent, tot periculis sese exposuerunt, ut tandem vita poenam luerent suae stultitiae. Neque eorum pauciora sunt exempla, qui, ut honorem assequerentur aut defenserent, miserrime passi sunt. Innumeranda denique exstant exempla eorum, qui prae nimia libidine mortem sibi acceleraverunt. 9. Videbantur porro ex eo haec orta esse mala, quod tota felicitas aut infelicitas in hoc solo sita est; videlicet in qualitate obiecti, cui adhaeremus amore. Nam propter illud, quod non amatur, nunquam orientur lites, nulla erit tristitia, si pereat, nulla invidia, si ab alio possideatur, nullus timor, nullum odium, et, ut verbo dicam, nullae commotiones animi; quae quidem omnia contingunt in amore eorum, quae perire possunt, uti haec omnia, de quibus modo locuti sumus. 10. Sed amor erga rem aeternam et infinitam sola laetitia pascit animum, ipsaque omnis tristitiae est expers; quod valde est desiderandum totisque viribus quaerendum. Verum non absque ratione usus sum his verbis: *modo poesim serio liberare.* Nam quamvis haec mente adeo clare perciperem, non poteram tamen ideo omnem avaritiam, libidinem atque gloriam deponere.

## II. De bono vero et summo.

11. Hoc unum videbam, quod, quam diu mens circa has cogitationes versabatur, tam diu illa aversabatur et serio de novo cogitabat instituto; quod magno mihi fuit solatio. Nam videbam illa mala non esse talis conditionis, ut remediis nollent cedere. Et quamvis in initio haec intervalla essent rara et per admodum exiguum temporis spatium durarent, postquam tamen verum bonum magis ac magis mihi innotuit, intervalla ista frequentiora et longiora fuerunt; praesertim postquam vidi nummorum acquisitionem aut libidinem et gloriam tam diu obesse, quam diu propter se, et non tanquam media ad alia quaeruntur. Si vero tan-

\* ) Haec accuratius sunt demonstranda. Sp.

quam media quaeruntur, modum tunc habebunt, et minime obrunt, sed contra ad finem, propter quem quaeruntur, multum conducent, ut suo loco ostendemus.

12. Hic tantum breviter dicam, quid per verum bonum intelligam, et simul quid sit summum bonum. Quod ut recte intelligatur, notandum est, quod bonum et malum non nisi respective dicantur; adeo ut una eademque res possit dici bona et mala secundum diversos respectus, eodem modo ac perfectum et imperfectum.<sup>1)</sup> Nihil enim in sua natura spectatum perfectum dicetur vel imperfectum; praesertim postquam noverimus, omnia, quae fiunt, secundum aeternum ordinem et secundum certas naturae leges fieri. 13. Quum autem humana imbecillitas illum ordinem cogitatione sua non assequatur, et interim homo concipiatur naturam aliquam humanam sua multo firmiorem, et simul nihil obstare videat, quo minus talem naturam acquirat, incitatur ad media quaerendum, quae ipsum ad talem ducant perfectionem; et omne illud, quod potest esse medium, ut eo perveniat, vocatur verum bonum. Summum autem bonum est eo pervenire, ut ille cum aliis individuis, si fieri potest, tali natura fruatur. Quaenam autem illa sit natura ostendemus suo loco, nimirum esse cognitionem unionis, quam mens cum tota natura habet.<sup>2)</sup> 14. Hic est itaque finis, ad quem tendo, talem scilicet naturam acquirere, et ut multi mecum eam acquirant conari, hoc est, de mea felicitate etiam est operam dare, ut alii multi idem atque ego intelligent, ut eorum intellectus et cupiditas prorsus cum meo intellectu et cupiditate convenient; utque hoc fiat, necesse est tantum de natura intelligere, quantum sufficit ad talem naturam acquirendam<sup>3)</sup>; deinde formare talem societatem, qualis est desideranda, ut quam plurimi quam facillime et secure eo perveniant. 15. Porro danda est opera *moralis philosophiae*, ut et *doctrinae de puerorum educatione*; et quia valetudo non parvum est medium ad hunc finem assequendum, concinnanda est *integra medicina*; et quia arte multa, quae difficultia sunt, facilia redduntur, mul-

1) Conf. Spinoz. ethic. part. IV. praefat.

2) Haec fusius suo loco explicantur. *Sp.*

3) Nota, quod hic tantum euro enumerare scientias ad nostrum scopum necessarias, licet ad earum seriem non attendam. *Sp.*

tumque temporis et commoditatis in vita ea lucrari possumus, ideo *mechanica* nullo modo est contemnenda. 16. Sed ante omnia excogitandus est modus medendi intellectus, ipsumque, quantum initio licet, expurgandi, ut feliciter res absque errore et quam optime intelligat. Unde quisque iam poterit videre, me omnes scientias ad unum finem<sup>\*)</sup> et scopum velle dirigere, scilicet ut ad summam humanam, quam diximus, perfectionem perveniantur; et sic omne illud, quod in scientiis nihil ad finem nostrum nos promovet, tanquam inutile erit reiciendum, hoc est, ut uno verbo dicam, omnes nostrae operationes simul et cogitationes ad hunc sunt dirigendae finem.

### III. Quaedam vivendi regulae.

17. Sed quia, dum curamus eum consequi et operam damus, ut intellectum in rectam viam redigamus, necesse est vivere, propterea ante omnia cogimur quasdam vivendi regulas tanquam bonas supponere; has scilicet:

I. Ad captum vulgi loqui, et illa omnia operari, quae nihil impedimenti adserunt, quo minus nostrum scopum attingamus. Nam non parum emolumenti ab eo possumus acquirere, modo ipsius captui, quantum fieri potest, concedamus. Adde, quod tali modo amicas praebebunt aures ad veritatem audiendam.

II. Deliciis in tantum frui, in quantum ad tuendam valetudinem sufficit.

III. Denique tantum nummorum aut cuiuscumque alterius rei quaerere, quantum sufficit ad vitam et valetudinem sustentandam et ad mores civitatis, qui nostrum scopum non oppugnant, imitandos.

### IV. De quatuor percipiendi modis.

18. Hisce sic positis ad primum, quod ante omnia faciendum est, me accingam, ad emendandum scilicet intellectum, eumque aptum reddendum ad res tali modo intelligendas, quo opus est, ut nostrum finem assequamur. Quod ut fiat, exigit ordo,

<sup>\*)</sup> Finis in scientiis est unicus, ad quem omnes sunt dirigendae. Sp.

quem naturaliter habemus, ut hic resumam omnes modos percipiendi, quos hucusque habui ad aliquid indubie affirmandum vel negandum, quo omnium optimum eligam, et simul messivires et naturam, quam perficere cupio, noscere incipiam.

19. Si accurate attendo, possunt omnes ad quatuor potissimum reduci.

I. Est perceptio, quam *ex auditu* aut ex aliquo signo, quod vocant ad placitum, habemus.

II. Est perceptio, quam habemus *ab experientia vagis*, hoc est, ab experientia, quae non determinatur ab intellectu, sed tantum ideā dicitur, quia casu sic occurrit, et nullum aliud habemus experimentum, quod hoc oppugnat, et ideo tanquam inconsummum apud nos manet.

III. Est perceptio, ubi *essentia rei ex alia re concluditur*, sed non adaequate; quod fit, quum vel ab aliquo effectu causam colligimus, vel quum concluditur ab aliquo universalis, quod semper aliqua proprietas concomitatur.<sup>\*)</sup>

IV. Denique perceptio est, ubi *res percipitur per solam suam essentiam* vel per cognitionem suae proximae causae.

20. Quae omnia exemplis illustrabo. *Ex auditu* tantum scio meum natalem diem, et quod tales parentes habui, et similia; de quibus nunquam dubitavi. *Per experientiam vagam* scio, me moritum; hoc enim ideo affirmo, quia vidi alios mei similes obiisse mortem, quamvis neque omnes per idem temporis spatium vixerint, neque ex eodem morbo obierint. Deinde *per experientiam vagam* etiam scio, quod oleum sit aptum alimentum ad nutriendamflammam, quodque aqua ad eam extinguendam apta sit; scio etiam, quod canis sit animal latrans, et homo animal rationale, et sic fere omnia novi, quae ad usum vitae faciunt.

---

<sup>\*)</sup> Hoc quum sit, nihil de causa intelligimus propter id, quod in effectu consideramus. Quod satis appareat ex eo, quod tum causa non nisi generalissimis terminis explicetur, nempe his: *ergo datur aliquid*; *ergo datur aliqua potentia* etc.: vel etiam ex eo, quod ipsam negative exprimant: *ergo non est hoc vel illud* etc. In secundo casu aliquid causae tribuitur propter effectum, quod clare concipitur, ut in exemplo ostendimus; verum nihil praeter propria; non vero *rei essentia particularis*. *Sp.*

21. *Ex alia vero re* hoc modo concludimus: postquam clare percipimus, nos tale corpus sentire et nullum aliud, inde, inquam, clare concludimus animam unitam esse corpori, quae unio est causa talis sensationis<sup>1)</sup>; sed quaenam sit illa sensatio et unio, non absolute inde possumus intelligere.<sup>2)</sup> Vel postquam novi naturam visus, et simul, eum habere talem proprietatem, ut unam eandemque rem ad magnam distantiam minorem videamus, quam si eam minus intueamur; inde concludimus solem maiorem esse, quam appareat, et alia his similia. 22. *Per solam* denique *rei essentiam* res percipitur; quando ex eo, quod aliquid novi, scio, quid hoc sit aliquid nosse, vel ex eo, quod novi essentiam animae, scio eam corpori esse unitam. Eadem cognitione novimus duo et tria esse quinque, et si dentur duae lineae uni tertiae parallelae, eas etiam inter se parallelas etc. Ea tamen, quae hucusque tali cognitione potui intelligere, per pauca fuerunt.

23. Ut autem haec omnia melius intelligantur, unico tantum utar exemplo, hoc scilicet. Dantur tres numeri; quaerit quis quartum, qui sit ad tertium, ut secundus ad primum. Dicunt hic passim mercatores, se scire, quid sit agendum, ut quartus inveniatur, quia nempe eam operationem nondum oblivioni trididerunt, quam nudam sine demonstratione a suis magistris audierunt. Alii vero ab experientia simplicium faciunt axioma universale, scilicet ubi quartus numerus per se patet, ut in his 2, 4, 3, 6, ubi experiuntur, quod ducto secundo in tertium, et producto deinde per primum diviso fiat quotiens 6; et quum vident eundem numerum produci, quem sine hac operatione noverant

1) Ex hoc exemplo clare videre id est, quod modo notavi. Nam per illam unionem nihil intelligimus praeter sensationem ipsam, effectus scilicet, ex quo causam, de qua nihil intelligimus, concludebamus. *Sp.*

2) Talis conclusio quamvis certa sit, non tamen satis tuta est, nisi maxime caeventibus. Nam nisi optime caveant sibi, in errores statim incident. Ubi enim res ita abstracte concipiunt, non autem per veram essentiam, statim ab imaginatione confunduntur. Nam id, quod in se unum est, multiplex esse imaginantur homines. Nam iis, quae abstracte, seorsim et confuse concipiunt, nomina imponunt, quae ab ipsis ad alia magis familiaria significandum usurpantur; quo fit, ut haec imaginentur eodem modo ac eas res imaginari solent, quibus primum haec nomina imposuerunt. *Sp.*

esse proportionalem, inde concludunt operationem esse bonam ad quartum numerum proportionalem semper inveniendum.

**24.** Sed mathematici vi demonstrationis prop. 19. libr. 7. element. Euclidis sciunt, quales numeri inter se sint proportionales, scilicet ex natura proportionis eiusque proprietate, quod nempe numerus, qui fit ex primo et quarto, aequalis sit numero, qui fit ex secundo et tertio. Attamen adaequatam proportionalitatem datorum numerorum non vident; et si videant, non vident eam vi illius propositionis, sed intuitive, nullam operationem facientes.

### V. De optimo modo percipiendi.

**25.** Ut autem ex his optimus eligatur modus percipiendi, requiritur, ut breviter enumeremus, quae sint necessaria media, ut nostrum finem assequamur; haec scilicet:

I. Nostram naturam, quam cupimus perficere, exacte nosse, et simul tantum de rerum natura, quantum sit necesse.

II. Ut inde rerum differentias, convenientias et oppugnantias recte colligamus.

III. Ut recte concipiatur, quid possint pati, quid non.

IV. Ut hoc conferatur cum natura et potentia hominis. Et existis facile apparebit summa, ad quam homo potest pervenire, perfectio.

**26.** His sic consideratis videamus, quis modus percipiendi nobis sit eligendus.

Quod ad primum attinet, per se patet, quod ex auditu, praeterquam quod sit res admodum incerta, nullam percipiamus essentiam rei, sicuti ex nostro exemplo appareat; et quum singularis existentia alicuius rei non noscatur nisi cognita essentia (uti postea videbitur), hinc clare concludimus omnem certitudinem, quam ex auditu habemus, a scientiis esse secludendam. Nam a simplici auditu, ubi non praecessit proprius intellectus, nunquam quis poterit affici.

**27.** Quoad secundum; nullus etiam dicendus est, quod habeat ideam illius proportionis, quam quaerit.\*<sup>1)</sup> Praeterquam quod

---

\*<sup>1)</sup>) Hic aliquando prolixius agam de experientia, et empiricorum et recentium philosophorum procedendi methodum examinabo. Sp.

sit res admodum incerta et sine fine, nihil tamen unquam tali modo quis in rebus naturalibus percipiet praeter accidentia, quae nunquam clare intelliguntur, nisi praecognitis essentiis. Unde etiam et ille secludendus est.

28. De tertio autem aliquo modo dicendum, quod habeamus ideam rei, deinde quod etiam absque periculo erroris concludamus; sed tamen per se non erit medium, ut nostram perfectionem acquiramus.

29. Solus quartus modus comprehendit essentiam rei adaequatam, et absque erroris periculo; ideoque maxime erit usurpandus. Quomodo ergo sit adhibendus, ut res incognitae tali cognitione a nobis intelligantur, simulque ut hoc quam compendiose fiat, curabimus explicare.

## VI. De intellectus instrumentis, ideis veris.

30. Postquam novimus, quaenam cognitio nobis sit necessaria, tradenda est via et methodus, qua res, quae sunt cognoscendae, tali cognitione cognoscamus. Quod ut fiat, venit prius considerandum, quod hic non dabitur inquisitio in infinitum: scilicet ut inveniatur optima methodus verum investigandi, non opus est alia methodo, ut methodus veri investigandi investigetur; et ut secunda methodus investigetur, non opus est alia tertia, et sic in infinitum. Tali enim modo nunquam ad veri cognitionem, imo ad nullam cognitionem perveniretur. Hoc vero eodem modo se habet, ac se habent instrumenta corporea, ubi eodem modo liceret argumentari. Nam ut ferrum cudatur, malleo opus est, et ut malleus habeatur, eum fieri necessum est; ad quod alio malleo, aliisque instrumentis opus est, quae etiam ut habeantur, aliis opus erit instrumentis, et sic in infinitum: et hoc modo frustra aliquis probare conaretur, homines nullam habere potestatem ferrum cudendi. 31. Sed quemadmodum homines initio innatis instrumentis quaedam facilissima, quamvis labi-riose et imperfecte, facere quiverunt, iisque confectis alia diffi- liora minori labore et perfectius confecerunt, et sic gradatim ab operibus simplicissimis ad instrumenta, et ab instrumentis ad alia opera et instrumenta pergendo eo pervenerunt, ut tot et tam diffi-

cilia parvo labore perficiant: sic etiam intellectus vi sua nativa<sup>1)</sup> facit sibi instrumenta intellectualia, quibus alias vires acquirit ad alia opera<sup>2)</sup> intellectualia, et ex iis operibus alia instrumenta seu potestatem ulterius investigandi; et sic gradatim pergit, donec sapientiae culmen attingat. 32. Quod autem intellectus ita sese habeat, facile erit videre, modo intelligatur, quid sit methodus verum investigandi, et quaenam sint illa innata instrumenta, quibus tantum eget ad alia ex iis instrumenta conficienda, ut ulterius procedat. Ad quod ostendendum sic procedo.<sup>3)</sup>

33. Idea vera (habemus enim ideam veram) est diversum quid a suo ideato. Nam aliud est circulus, aliud idea circuli; idea enim circuli non est aliquid habens peripheriam et centrum, uti circulus, nec idea corporis est ipsum corpus. Et quum sit quid diversum a suo ideato, erit etiam per se aliquid intelligibile, hoc est, idea quoad suam essentiam formalem potest esse obiectum alterius essentiae obiectivae, et rursus hacc altera essentia obiectiva erit etiam in se spectata quid reale et intelligibile, et sic indefinite. 34. Petrus ex. gr. est quid reale; vera autem idea Petri est essentia Petri obiectiva, et in se quid reale, et omnino diversum ab ipso Petro. Quum itaque idea Petri sit quid reale habens suam essentiam peculiarem, erit etiam quid intelligibile, id est, obiectum alterius ideae, quae idea habebit in se obiective omne id, quod idea Petri habet formaliter, et rursus idea, quae est ideae Petri, habet iterum suam essentiam, quae etiam potest esse obiectum alterius ideae, et sic indefinite. Quod quisque potest experiri, dum videt se scire, quid sit Petrus, et etiam scire se scire; et rursus scit se scire, quod scit etc. Unde constat, quod, ut intelligatur essentia Petri, non sit necesse, ipsam ideam Petri intelligere, et multo minus ideam ideae Petri; quod idem est, ac si dicerem, non esse opus, ut sciam, quod sciam me scire, et

1) Per vim nativam intelligo illud, quod in nobis a causis externis non causatur, quodque postea in mea philosophia explicabimus. Sp.

2) Hic vocantur *opera*; in mea philosophia quid sint explicabitur. Sp.

3) Nota, quod hic non tantum curabimus ostendere id, quod modo dixi, sed etiam nos bucusque recte processisse, et simul alia sciuta valde necessaria. Sp.

multo minus esse opus scire, quod sciam me scire; non magis, quam ad intelligendam essentiam trianguli opus sit essentiam circuli intelligere.<sup>1)</sup> Sed contrarium datur in his ideis. Nam ut sciam me scire, necessario debo prius scire. 35. Hinc patet, quod certitudo nihil sit praeter ipsam essentiam obiectivam; id est, modus, quo sentimus essentiam formalem, est ipsa certitudo. Unde iterum patet, quod ad certitudinem veritatis nullo alio signo sit opus, quam veram habere ideam; nam, uti ostendimus, non opus est, ut sciam, quod sciam me scire. Ex quibus rursum patet, neminem posse scire, quid sit summa certitudo, nisi qui habet adaequatam ideam aut essentiam obiectivam alicuius rei; nimirum quia idem est certitudo et essentia obiectiva.

## VII. De recta methodo cognoscendi.

36. Quum itaque veritas nullo egeat signo, sed sufficiat habere essentias rerum obiectivas, aut, quod idem est, ideas, ut omne tollatur dubium; hinc sequitur, quod vera non est methodus signum veritatis quaerere post acquisitionem idearum, sed quod vera methodus est via, ut ipsa veritas aut essentiae obiectivae rerum aut ideae (omnia illa idem significant) debito ordine quaerantur.<sup>2)</sup> 37. Rursus methodus necessario debet loqui de ratiocinatione aut de intellectione; id est, methodus non est ipsum ratiocinari ad intelligendum causas rerum, et multo minus est τὸ intelligere causas rerum, sed est intelligere, quid sit vera idea, eam a ceteris perceptionibus distinguendo eiusque naturam investigando, ut inde nostram intelligendi potentiam noscamus, et mentem ita cohibeamus, ut ad illam normam omnia intelligat, quae sunt intelligenda, tradendo tanquam auxilia certas regulas, et etiam faciendo, ne mens inutilibus defatigetur. 38. Unde colligitur, methodum nihil aliud esse, nisi cognitionem reflexivam aut ideam ideae; et quia non datur idea ideae, nisi prius detur idea, ergo

1) Nota, quod hic non inquirimus, quomodo prima essentia obiectiva nobis innata sit. Nam id pertinet ad investigationem naturae, ubi haec fusius explicantur, et simul ostenditur, quod praeter ideam nulla datur affirmatio, neque negatio, neque ulla voluntas. Sp.

2) Quid quaerere in anima sit, explicatur in mea philosophia. Sp.

methodus non dabitur, nisi prius detur idea. Unde illa bona erit methodus, quae ostendit, quomodo mens dirigenda sit ad datae verae ideae normam. Porro quum ratio, quae est inter duas ideas, sit eadem cum ratione, quae est inter essentias formales idearum illarum, inde sequitur, quod cognitio reflexiva, quae est ideae entis perfectissimi, praestantior erit cognitione reflexiva ceterarum idearum; hoc est, perfectissima ea erit methodus, quae ad datae ideae entis perfectissimi normam ostendit, quomodo mens sit dirigenda. 39. Ex his facile intelligitur, quomodo mens plura intelligendo alia simul acquirat instrumenta, quibus facilius pergit intelligere. Nam, ut ex dictis licet colligere, debet ante omnia in nobis existere vera idea tanquam innatum instrumentum, qua intellectus intelligatur simul differentia, quae est inter talem perceptionem et ceteras omnes. Qua in re consistit una methodi pars. Et quum per se clarum sit, mentem eo melius se intelligere, quo plura de natura intelligit, inde constat, hanc methodi partem eo perfectiore fore, quo mens plura intelligit, et tum fore perfectissimam, quum mens ad cognitionem entis perfectissimi attendit sive reflectit. 40. Deinde, quo plura mens novit, eo melius et suas vires et ordinem naturae intelligit; quo autem melius suas vires intelligit, eo facilius potest se ipsam dirigere et regulas sibi proponere; et quo melius ordinem naturae intelligit, eo facilius potest se ab inutilibus cohibere: in quibus tota consistit methodus, uti diximus. 41. Adde quod idea eodem modo scilicet obiective, ac ipsius ideatum scilicet habet realiter. Si ergo daretur aliquid in natura nihil commercii habens cum aliis rebus, eius etiam si datur essentia obiectiva, quae convenire omnino deberet cum formalis, nihil etiam commercii haberet cum aliis ideis<sup>\*)</sup>, id est, nihil de ipsa poterimus concludere; et contra, quae habent commercium cum aliis rebus, uti sunt omnia quae in natura existunt, intelligentur et ipsorum etiam essentiae obiectivae idem habebunt commercium, id est, aliae ideae ex eis deducentur, quae iterum habebunt commercium cum aliis, et sic instrumenta ad procedendum ulterius crescent. Quod conabamur demonstrare.

---

<sup>\*)</sup> *Commercium habere cum aliis rebus* est produci ab aliis aut alia producero. Sp.

**42.** Porro ex hoc ultimo, quod diximus, scilicet quod idea omnino cum sua essentia formalis debeat convenire, patet iterum, ex eo quod, ut mens nostra omnino referat naturae exemplar, debeat omnes suas ideas producere ab ea, quae refert originem et fontem totius naturae, ut ipsa etiam sit fons ceterarum idearum.

**43.** Hic forte aliquis mirabitur, quod nos, ubi diximus, bonam methodum eam esse, quae ostendit, quomodo mens sit dirigenda ad datae verae ideae normam, hoc ratiocinando probemus; id quod ostendere videtur, hoc per se non esse notum: atque adeo quaeri potest, utrum nos bene ratiocinemur. Si bene ratiocinamur, debemus incipere a data idea, et quum incipere a data idea egeat demonstratione, deberemus iterum nostrum ratiocinium probare, et tum iterum illud alterum, et sic in infinitum. **44.** Sed ad hoc respondeo: quod si quis fato quodam sic processisset naturam investigando, scilicet ad datae verae ideae normam alias acquirendo ideas debito ordine, nunquam de sua veritate dubitasset<sup>\*)</sup>, eo quod veritas, uti ostendimus, se ipsam patefacit, et etiam sponte omnia ipsi affluisserint. Sed quia hoc nunquam aut raro contingit, ideo coactus fui illa sic ponere, ut illud, quod non possumus fato, praemeditato tamen consilio acquiramus, et simul ut appareret, ad probandam veritatem et bonum ratiocinium nullis nos egere instrumentis, nisi ipsa veritate et bono ratiocinio. Nam bonum ratiocinium bene ratiocinando comprobavi, et adhuc probare conor. **45.** Adde, quod etiam hoc modo homines assuescant meditationibus suis internis. Ratio autem, cur in naturae inquisitione raro contingat, ut debito ordine ea investigetur, est propter praeiudicia, quorum causas postea in nostra philosophia explicabimus; deinde quia opus est magna et accurata distinctione, sicut postea ostendemus (id quod valde est laboriosum); denique propter statum rerum humanarum, qui, ut iam ostensum est, prorsus est mutabilis. Sunt adhuc aliae rationes, quas non inquirimus.

**46.** Si quis forte quaerat, cur non ipse statim ante omnia veritates naturae isto ordine ostenderim (nam veritas se ipsam patefacit): ei respondeo simulque moneo, ne propter paradoxas, quae forte passim occurrent, ea velit tanquam falsa reiicere, sed prius

<sup>\*)</sup> Sicut etiam hic non dubitamus de nostra veritate. Sp.

dignetur ordinem considerare, quo ea probemus, et tum certus evadet, nos verum assequutos fuisse. Et haec fuit causa, cur haec praemiserim.

47. Si postea forte quis scepticus et de ipsa prima veritate et de omnibus, quas ad normam primae deducemus, dubius adhuc maneret, ille profecto aut contra conscientiam loquetur, aut nos fatebimur, dari homines penitus etiam animo obcaecatos a nativitate aut a praeiudiciorum causa, id est, aliquo externo casu. Nam neque se ipsos sentiunt. Si aliquid affirmant vel dubitant, nesciunt se dubitare aut affirmare; dicunt se nihil scire, et hoc ipsum, quod nihil sciunt, dicunt se ignorare; neque hoc absolute dicunt; nam metuunt fateri, se existere, quam diu nihil sciunt, adeo ut tandem debeat obmutescere, ne forte aliquid supponant, quod veritatem redoleat. 48. Denique cum ipsis non est loquendum de scientiis; nam quod ad vitae et societatis usum attinet, necessitas eos coëgit, ut supponerent se esse, et ut suum utile quaererent, et iureirando multa affirmarent et negarent. Nam si aliquid ipsis probetur, nesciunt, an probet aut deficiat argumentatio. Si negant, concedunt aut opponunt, nesciunt se negare, concedere aut opponere; adeoque habendi sunt tanquam automata, quae mente omnino carent.

49. Resumamus iam nostrum propositum. Habuimus hucusque *primo* finem, ad quem omnes nostras cogitationes dirigere studemus. Cognovimus *secundo*, quaenam sit optima perceptio, cuius ope ad nostram perfectionem pervenire possimus. Cognovimus *tertio*, quaenam sit prima via, cui mens insistere debeat, ut bene incipiat; quae est, ut ad normam datae cuiuscumque verae ideae perget certis legibus inquirere. Quod ut recte fiat, haec debet methodus praestare: *primo* veram ideam a ceteris omnibus perceptionibus distinguere, et mentem a ceteris perceptionibus cohibere; *secundo* tradere regulas, ut res incognitae ad talem normam percipientur; *tertio* ordinem constituere, ne inutilibus defatigemur. Postquam hanc methodum novimus, vidimus *quarto* hauc methodum perfectissimam futuram, ubi habuerimus ideam entis perfectissimi. Unde initio illud erit maxime observandum, ut quanto ocius ad cognitionem talis entis perveniamus.

## VIII. Methodi pars prima. De idea facta.

50. Incipiamus itaque a prima parte methodi, quae est, uti diximus, distinguere et separare ideam veram a ceteris perceptionibus, et cohibere mentem, ne falsas, fictas et dubias cum veris confundat. Quod utcumque fuse hic explicare animus est, ut lectores detineam in cogitatione rei adeo necessariae, et etiam quia multi sunt, qui vel de veris dubitant ex eo, quod non attenderunt ad distinctionem, quae est inter veram perceptionem et alias omnes; adeo ut sint veluti homines, qui quum vigilarent, non dubitabant se vigilare, sed postquam semel in somniis, ut saepe fit, putarunt se certo vigilare, quod postea falsum esse reperiebant, etiam de suis vigiliis dubitarunt: quod contingit, quia nunquam distinxerunt inter somnum et vigiliam. 51. Interim moneo, mc hic essentiam uniuscuiusque perceptionis, eamque per proximam suam causam non explicaturum, quia hoc ad philosophiam pertinet; sed tantum traditurum id, quod methodus postulat, id est, circa quae perceptio facta, falsa et dubia versetur, et quomodo ab unaquaque liberabimur. Sit itaque prima inquisitio circa ideam factam.

52. Quum omnis perceptio sit vel rei tanquam existentis consideratae, vel solius essentiae, et frequentiores fictiones contingent circa res tanquam existentes consideratas, ideo prius de hac loquar; scilicet ubi sola existentia fingitur, et res, quae in tali actu fingitur, intelligitur sive supponitur intelligi. Ex. gr. fingo Petrum, quem novi ire domum, eum me invisere, et similia.<sup>\*)</sup> Hic quaero, circa quae talis idea versetur? Video eam tantum versari circa possibilia, non vero circa necessaria, neque circa impossibilia. 53. Rem *impossibilem* voco, cuius natura implicat contradictionem, ut ea existat; *necessariam*, cuius natura implicat contradictionem, ut ea non existat; *possibilem*, cuius quidem existentia ipsa sua natura non implicat contradictionem, ut existat aut non existat, sed cuius existentiae necessitas aut impossibilitas pendet a causis nobis ignotis, quam diu ipsius existen-

<sup>\*)</sup> Vide ulterius id, quod de hypothesibus notabimus, quae a nobis clare intelliguntur; sed in eo est fictio, quod dicamus, eas tales in corporibus coelestibus existere. Sp.

tiam fingimus; ideoque si ipsius necessitas aut impossibilitas, quae a causis externis pendet, nobis esset nota, nihil etiam de ea potuissemus fingere. 54. Unde sequitur, si detur aliquis Deus aut omniscium quid, nihil prorsus nos posse fingere. Nam quod ad nos attinet, postquam novi me existere, non possum fingere me existere aut non existere<sup>1)</sup>; nec etiam possum fingere elephantem, qui transeat per acus foramen; nec possum, postquam naturam Dei novi, fingere eum existentem aut non existentem.<sup>2)</sup> Idem intelligendum est de chimaera, cuius natura existere implicat. Ex quibus patet id, quod dixi, scilicet quod fictio, de qua hic loquimur, non contingit circa aeternas veritates.<sup>3)</sup> 55. Sed antequam ulterius pergam, hic obiter notandum est, quod illa differentia, quae est inter essentiam unius rei et essentiam alterius, ea ipsa sit inter actualitatem aut existentiam eiusdem rei, et inter actualitatem aut existentiam alterius rei; adeo ut si existentiam ex. gr. Adami tantum per generalem existentiam concipere velimus, idem futurum sit, ac si ad concipiendam ipsius essentiam ad naturam entis attendamus, ut tandem definiamus, Adamum esse ens. Itaque quo existentia generalius concipitur, eo etiam confusius concipitur faciliusque unicuique rei potest affingi: e contra, ubi particularius concipitur, clarus tum intelligitur, et difficilius alicui nisi rei ipsi, ubi non attendimus ad naturae ordinem, affingitur. Quod notatu dignum est.

56. Veniunt iam hic ea consideranda, quae vulgo dicuntur fingi, quamvis clare intelligamus, rem ita sese non habere, uti

1) Quia res, modo ea intelligatur, se ipsam manifestat, ideo tantum egemus exemplo sine alia demonstratione. Idemque erit huius contradictione, quae ut appareat esse falsa, tantum opus est recenseri, uti statim apparebit, quum de fictione circa essentiam loquemur. Sp.

2) Nota, quamvis multi dicant se dubitare, an Deus existat, illos tamen nihil praeter nomen habere, vel aliquid fingere, quod Deum vocant: id quod cum Dei natura non convenit, ut postea suo loco ostendam. Sp.

3) Statim etiam ostendam, quod nulla fictio versetur circa aeternas veritates. Per aeternam veritatem talem intelligo, quae, si est affirmativa, nunquam poterit esse negativa. Sic prima et aeterna veritas est, Deum esse, non autem est aeterna veritas, Adamum cogitare. Chimaeram non esse est aeterna veritas, non autem Adamum non cogitare. Sp.

eam fingimus. Ex. gr. quamvis sciam terram esse rotundam, nihil tamen vetat, quo minus alicui dicam terram medium globum esse et tanquam medium pomum auriacum in scutella, aut solem circum terram moveri, et similia. Ad haec si attendamus, nihil videbimus, quod non cohaereat cum iam dictis, modo prius ad-vertamus, nos aliquando potuisse errare, et iam errorum nostro-rum esse conscos; deinde quod possumus fingere, aut ad mini-mum putare, alios homines in eodem esse errore, aut in eum, ut nos antehac, posse incidere. Hoc, inquam, fingere possumus, quam diu nullam videmus impossibilitatem. Quando itaque alicui dico, terram non esse rotundam etc., nihil aliud ago, quam in memoriam revoco errorem, quem forte habui aut in quem labi potui, et postea fingo aut puto eum, cui hoc dico, adhuc esse, aut posse labi in eundem errorem. Quod, ut dixi, fingo, quam diu nullam video impossibilitatem nullamque necessitatem; hanc vero si intellexisset, nihil prorsus fingere potuisse, et tantum dicendum fuisset, me aliquid operatum esse.

57. Superest iam, ut ea etiam notemus, quae in quaestionibus supponuntur; id quod passim etiam contingit circa impossibilia. Ex. gr. quum dicimus: supponamus hanc candelam ardentem iam non ardere, aut supponamus eam ardere in aliquo spatio imagina-rio, sive ubi nulla dantur corpora. Quorum similia passim sup-ponuntur, quamvis hoc ultimum clare intelligatur impossibile esse. Sed quando hoc fit, nil prorsus fингitur. Nam primo nihil aliud egi, quam quod in memoriam revocavi<sup>\*)</sup>) aliam candelam non ardentem (aut hanc eandem concepi sine flamma), et quod co-gito de ea candela, id ipsum de hac intelligo, quam diu ad flam-mam non attendo. In secundo nihil aliud fit, quam abstrahere cogitationes a corporibus circumiacentibus, ut mens se convertat

<sup>\*)</sup> Postea cum de fictione, quae versatur circa essentias, loque-  
mur, clare apparebit, quod fictio nunquam aliquid novi facit aut menti  
praebet; sed quod tantum ea, quae sunt in cerebro aut in imaginatione,  
revocantur ad memoriam, et quod confuse ad omnia simul mens attendit.  
Revocantur ex. gr. in memoriam loquela et arbor; et quum mens con-  
fuse attendit sine distinctione, putat arborem loqui. Idem de existentia  
intelligitur, praesertim, uti diximus, quum adeo generaliter, ac ens  
concipitur; quia tum facile applicatur omnibus, quae simul in memoria  
occurrant. Quod notatu valde dignum est. Sp.

ad solam candelae in se sola spectatae contemplationem; ut postea concludat, candelam nullam habere causam ad sui ipsius destructionem, adeo ut si nulla essent corpora circumiacentia, candela haec ac etiam flamma manerent immutables, aut similia. Nulla igitur datur hic fictio, sed verae ac merae assertiones.<sup>1)</sup>

58. Transeamus iam ad fictiones, quae versantur circa essentias solas, vel cum aliqua actualitate sive existentia simul. Circa quas hoc maxime venit considerandum, quod, quo mens minus intelligit, et tamen plura percipit, eo maiorem habeat potentiam fingendi, et quo plura intelligit, eo magis illa potentia diminuatur. Eodem ex. gr. modo, quo supra vidimus, nos non posse fingere, quam diu cogitamus, nos cogitare et non cogitare, sic etiam, postquam novimus naturam corporis, non possumus fingere muscam infinitam; sive postquam novimus naturam animae<sup>2)</sup>, non possumus fingere eam esse quadratam, quamvis omnia verbis possimus effari. Sed, uti diximus, quo minus homines norunt naturam, eo facilius multa possunt fingere; veluti, arbores loqui, homines in momento mutari in lapides, in fontes, apparere in speculis spectra, nihil fieri aliquid, etiam deos in bestias et homines mutari, ac infinita eius generis alia.

59. Aliquis forte putabit, quod fictio fictionem terminat, sed non intellectio; hoc est, postquam finxi aliquid, et quadam libertate volui assentiri, id sic in rerum natura existere, hoc efficit, ut postea non possimus id alio modo cogitare. Ex. gr. postquam finxi (ut cum iis loquar) naturam corporis talem, mihiique ex mea libertate persuaderem volui, eam sic realiter existere, non amplius

1) Idem etiam de hypothesibus intelligendum, quae fiunt ad certos motus explicandum, qui convenient cum coelorum phaenomenis, nisi quod ex iis, si motibus coelestibus applicentur, naturam coelorum concludant, quae tamen alia potest esse, praesertim quum ad explicandum tales motus multae aliae causae possint concipi. Sp.

2) Saepe contingit, hominem hunc vocem anima ad suam memoriam revocare, et simul aliquam corpoream imaginem formare. Quum vero haec duo simul repraesentantur, facile putat se imaginari et fingere animam corpoream; quia nomen a re ipsa non distinguit. Hic postulo, ut lectores non sint praecepites ad hoc refutandum, quod, ut spero, non facient, modo ad exempla quam accurate attendant, et simul ad ea quae sequuntur. Sp.

licet muscam v. g. infinitam fingere; et postquam finxi essentiam animae, eam quadrare non possum etc. 60. Sed hoc examinandum. Primo vel negant vel concedunt nos aliquid posse intelligere. Si concedunt, necessario id ipsum, quod de fictione dicunt, etiam de intellectione dicendum erit. Si vero hoc negant, videamus nos, qui scimus, nos aliquid scire, quid dicant. Hoc scilicet dicunt, animam posse sentire et multis modis percipere non se ipsam, neque res quae existunt, sed tantum ea, quae nec in se, nec ullibi sunt, hoc est, animam posse sola sua vi creare sensations aut ideas, quae non sunt rerum; adeo ut ex parte eam tanquam Deum considerent. Porro dicunt, nos aut animam nostram talem habere libertatem, ut nosmet, aut se, imo suam ipsam libertatem cogat. Nam postquam ea aliquid finxit et assensum ei praebuit, non potest id alio modo cogitare aut fingere, et etiam ea fictione cogitur, ut etiam tali modo cogitentur, ut prima fictio non oppugnetur; sicut hic etiam coguntur absurdia, quae hic recenseo, admittere propter suam fictionem; ad quae explodenda non defatigabimur ullis demonstrationibus.") 61. Sed eos in suis deliriis linquendo curabimus, ut ex verbis, quae cum ipsis fecimus, aliquid veri ad nostram rem hauriamus, nempe hoc: Mens quum ad rem factam et sua natura falsam attendit, ut eam pensitet et intelligat, bonoque ordine ex ea deducat quae sunt deducenda, facile falsitatem patescat; et si res facta sua natura sit vera, quum mens ad eam attendit, ut eam intelligat, et ex ea bono ordine incipit deducere, quae inde sequuntur, feliciter perget sine ulla interruptione, sicut vidimus, quod ex falsa fictione modo allata statim ad ostendendam eius absurditatem et alias inde deductas praebuit se intellectus.

62. Nullo ergo modo timendum erit, nos aliquid fingere, si modo clare et distincte rem percipiamus. Nam si forte dicamus.

---

\*) Quamvis hoc experientia videar concludere (et quis dicat id nil esse), quia deficit demonstratio, eam, si quis desiderat, sic habeat. Quum in natura nihil possit dari, quod eius leges oppugnet, sed quum omnia secundum certas eius leges fiant, ut certos certis legibus suos producent effectus irrefragabili concatenatione, hinc sequitur, quod anima, ubi rem vere concipit, perget obiective eosdem effectus formare. Vide infra, ubi de idea falsa loquor. Sp.

suadetur, in silvis, in imaginibus, in brutis et ceteris adesse numina; dari corpora, ex quorum sola compositione fiat intellectus; cadavera ratiocinari, ambulare, loqui; Deum decipi, et similia. Sed ideae, quae sunt clares et distinctas, nunquam possunt esse falsae. Nam ideae rerum, quae clare et distincte concipiuntur, sunt vel simplicissimae, vel compeditae ex ideis simplicissimis, id est, a simplicissimis ideis deductae. Quod vero idea simplicissima non queat esse falsa, poterit unusquisque videre, modo sciat, quid sit verum sive intellectus, et simul quid falsum.

69. Nam quod id spectat, quod formam veri constituit, certum est, cogitationem veram a falsa non tantum per denominationem extrinsecam, sed maxime per intrinsecam distingui. Nam si quis faber ordine concepit fabricam aliquam, quamvis talis fabrica nunquam exstiterit, nec etiam unquam exstitura sit, eius nihilo minus cogitatio vera est, et cogitatio eadem est, sive fabrica existat, sive minus; et contra si aliquis dicit, Petrum ex. gr. existere, nec tamen scit, Petrum existere, illa cogitatio respectu illius falsa est, vel si mavis, non est vera; quamvis Petrus revera existat. Nec haec enunciatio: Petrus existit, vera est, nisi respectu illius, qui certo scit, Petrum existere. 70. Unde sequitur in ideis dari aliquid reale, per quod verae a falsis distinguuntur; quod quidem iam investigandum erit, ut optimam veritatis normam habeamus (ex data enim verae ideae norma nos nostras cogitationes debere determinare diximus, methodumque cognitionem esse reflexivam), et proprietates intellectus noscamus: nec dicendum hanc differentiam ex eo oriri, quod cogitatio vera est res cognoscere per primas suas causas, in quo quidem a falsa valde differret, prout eandem supra explicui. Cogitatio enim *vera* etiam dicitur, quae essentiam alicuius principii obiective involvit, quod causam non habet, et per se et in se cognoscitur. 71. Quare forma verae cogitationis in eadem ipsa cogitatione sine relatione ad alias debet esse sita; nec obiectum tanquam causam agnoscit, sed ab ipsa intellectus potentia et natura pendere debet. Nam si supponamus, intellectum ens aliquod novum perceptisse, quod nunquam exstitit, sicut aliqui Dei intellectum concipiunt, antequam res crearet (quae sane perceptio a nullo obiecto oriri potuit), et ex tali perceptione alias

legitime dederet, omnes illae cogitationes verae essent, et a nullo obiecto externo determinatae, sed a sola intellectus potentia et natura dependerent. Quare id, quod formam verae cogitationis constituit, in ipsa eadem cogitatione est quaerendum, et ab intellectus natura deducendum. 72. Hoc igitur ut investigetur, ideam aliquam *veram* ob oculos ponamus, cuius obiectum maxime certo scimus a vi nostra cogitandi pendere, nec obiectum aliquod in natura habere: in tali enim idea, ut ex iam dictis patet, facilius id, quod volumus, investigare poterimus. Ex. gr. ad formandum conceptum globi fingo ad libitum causam, nempe semicirculum circa centrum rotari, et ex rotatione globum quasi oriri. Haec sane idea vera est, et quamvis sciamus nullum in natura globum sic unquam ortum fuisse, est haec tamen vera perceptio et facillimus modus formandi globi conceptum. Iam notandum, hanc perceptionem affirmare semicirculum rotari, quae affirmatio falsa esset, si non esset iuncta conceptui globi vel causae talem motum determinantis, sive absolute, si haec affirmatio nuda esset. Nam tum mens tantum tenderet ad affirmandum solum semicirculi motum, qui nec in semicirculi conceptu continetur, nec ex conceptu causae motum determinantis oritur. Quare *falsitas* in hoc solo consistit, quod aliquid de aliqua re affirmetur, quod in ipsius quem formavimus conceptu non continetur; ut motus vel quies de semicirculo. Unde sequitur simplices cogitationes non posse non esse *veras*; ut simplex semicirculi, motus, quantitatis etc. idea. Quicquid hae affirmationis continent, earum adaequat conceptum, nec ultra se extendit. Quare nobis licet ad libitum sine ullo erroris scrupulo ideas simplices formare. 73. Superest igitur tantum quaerere, qua potentia mens nostra eas formare possit, et quousque ea potentia se extendat: hoc enim invento facile videbimus summam, ad quam possumus pervenire, cognitionem. Certum enim est, hanc eius potentiam se non extendere in infinitum. Nam quum aliquid de aliqua re affirmamus, quod in conceptu, quem de ea formamus, non continetur, id defectum nostrae perceptionis indicat, sive quod mutilatas quasi et truncatas habemus cogitationes sive ideas. Motum enim semicirculi falsum esse vidimus, ubi nudus in mente est, eum ipsum autem verum, si conceptui globi iungatur,

vel conceptui alicuius causee talem motum determinantis. Quod si de natura entis cogitantis sit, uti prima fronte videtur, cogitationes veras sive adaequatas formare, certum est, ideas inadaequatas ex eo tantum in nobis oriri, quod pars sumus alicuius entis cogitantis, cuius quaedam cogitationes ex toto, quadam ex parte tantum nostram mentem constituant.

74. Sed quod adhuc venit considerandum, et quod circa fictionem non fuit operae pretium notare, et ubi maxima datur deceptio, est, quando contingit, ut quaedam, quae in imaginatione offeruntur, sint etiam in intellectu, hoc est, quod clare et distincte concipientur, quod tum, quam diu distinctum a confuso non distinguitur, certitudo, hoc est, idea vera cum non distinctis commiscetur. Ex. gr. quidam Stoicorum forte andiverunt nomen animae, et etiam quod sit immortalis, quae tantum confuse imaginabantur; imaginabantur etiam, et simul intelligebant corpora subtilissima cetera omnia penetrare, et a nullis penetrari. Quum haec omnia simul imaginabantur, concomitante certitudine huius axiomatis, statim certi reddebantur, mentem esse subtilissima illa corpora, et subtilissima illa corpora non dividi etc. 75. Sed ab hoc etiam liberamur, dum conanmur ad normam datae verae ideae omnes nostras perceptiones examinare. Cavendum, uti initio diximus, ab iis, quas ex auditu aut ab experientia vaga habemus. Adde quod talis deceptio ex eo oritur, quod res nimis abstracte concipiunt; nam per se satis clarum est, me illud, quod in suo vero obiecto concipio, alteri non posse applicare. Oritur denique etiam ex eo, quod prima elementa totius naturae non intelligunt; unde sine ordine procedendo, et naturam cum abstractis, quamvis sint vera axioma, confundendo, se ipsos confundunt ordinemque naturae pervertunt. Nobis autem, si quam minime abstracte procedamus, et a primis elementis, hoc est, a fonte et origine naturae, quam primum fieri potest, incipiamus, nullo modo talis deceptio erit metuenda. 76. Quod autem attinet ad cognitionem originis naturae, minime est timendum, ne eam cum abstractis confundamus. Nam quum aliquid abstracte concipitur, uti sunt omnia universalia, semper latius comprehenduntur in intellectu, quam revera in natura existere possunt eorum particularia. Deinde quum in natura dentur multa,

quorum differentia adeo est exigua, ut sere intellectum effugiat, tum facile (si abstracte concipientur) potest contingere, ut confundantur. At quum origo naturae, ut postea videbimus, nec abstracte sive universaliter concipi possit, nec latius possit extendi in intellectu, quam revera est, nec ullam habeat similitudinem cum mutabilibus, nulla circa eius ideam metuenda est confusio, modo normam veritatis (quam iam ostendimus) habeamus. Est nimis hoc ens unicum, infinitum<sup>1)</sup>, hoc est, est omne esse, et praeter quod nullum datur esse.<sup>2)</sup>

### X. De idea dubia.

77. Hucusque de idea falsa. Superest, ut de idea dubia inquiramus, hoc est, ut inquiramus, quaenam sint ea, quae nos possunt in dubium pertrahere, et simul quomodo dubitatio tollatur. Loquor de vera dubitatione in mente, et non de ea, quam passim videmus contingere, ubi scilicet verbis, quamvis animus non dubitet, dicit quis se dubitare. Non est enim methodi hoc emendare, sed potius pertinet ad inquisitionem pertinaciae et eius emendationem. 78. Dubitatio itaque in anima nulla datur per rem ipsam, de qua dubitatur; hoc est, si tantum unica sit idea in anima, sive ea sit vera sive falsa, nulla dabitur dubitatio, neque etiam certitudo, sed tantum talis sensatio. Est enim in se nihil aliud nisi talis sensatio; sed dabitur per aliam ideam, quae non adeo clara ac distincta est, ut possimus ex ea aliquid certi circa rem, de qua dubitatur, concludere, hoc est, idea, quae nos in dubium coniicit, non est clara et distincta. Ex. gr. si quis nunquam cogitaverit de sensuum fallacia, sive experientia sive quomodocumque sit, nunquam dubitabit, an sol maior aut minor sit, quam appareat. Inde rustici passim mirantur, quum audiunt solem multo maiorem esse, quam globum terrae. Sed cogitando de fallacia sensuum oritur dubitatio<sup>3)</sup>, et

1) Haec non sunt attributa Dei, quae ostendunt ipsius essentiam, ut in philosophia ostendam. *Sp.*

2) Hoc supra iam demonstratum est. Si enim tale ens non existeret, nunquam posset produci; adeoque mens plus posset intelligere, quam natura praestare, quod supra falsum esse constituit. *Sp.*

3) Id est, scit sensus aliquando se decepisse. Sed hoc tantum confuse seit; nam nescit quomodo sensus fallant. *Sp.*

si quis post dubitationem acquisiverit veram cognitionem sensuum, et quomodo per eorum instrumenta res ad distantiam reprecentantur, tum dubitatio iterum tollitur. 79. Unde sequitur, nos non posse veras ideas in dubium vocare ex eo, quod forte aliquis Deus deceptor existat, qui vel in maxime certis nos fallit, nisi quam diu nullam habemus claram et distinctam ideam, hoc est, si attendamus ad cognitionem, quam de origine omnium rerum habemus, et nihil inveniamus, quod nos doceat, cum non esse deceptorem eadem illa cognitione, qua, quum attendimus ad naturam trianguli, invenimus eius tres angulos aequales esse duobus rectis.. Sed si talem cognitionem Dei habemus, qualis habemus trianguli, tum omnis dubitatio tollitur. Et eodem modo, quo possumus pervenire ad talem cognitionem trianguli, quamvis non certo sciamus, an aliquis summus deceptor nos fallat, eodem etiam modo possumus pervenire ad talem Dei cognitionem, quamvis non certo sciamus, an detur quis summus deceptor, et, modo eam habeamus, sufficiet ad tollendam, uti dixi, omnem dubitationem, quam de ideis claris et distinctis habere possumus. 80. Porro si quis recte procedat investigando quae prius sunt investiganda, nulla interrupta concatenatione rerum, et sciat, quomodo quaestiones sint determinandae, antequam ad earum cognitionem accingamur, nunquam nisi certissimas ideas, id est, claras et distinctas habebit. Nam *dubitatio* nihil aliud est, quam suspensio animi circa aliquam affirmationem aut negationem, quam affirmaret aut negaret, nisi occurreret aliquid, quo ignoto cognitio eius rei debet esse imperfecta. Unde colligitur, quod dubitatio semper oritur ex eo, quod res absque ordine investigentur.

### XI. De memoria et oblitione. Conclusio.

81. Haec sunt, quae promisi tradere in hac prima parte methodi. Sed ut nihil omittam eorum, quae ad cognitionem intellectus et eius vires possunt conducere, tradam etiam pauca de memoria et oblitione; ubi hoc maxime venit considerandum, quod memoria corroboretur ope intellectus, et etiam absque ope intellectus. Nam quoad primum, quo res magis est intelligibilis, eo facilius retinetur, et contra, quo minus, eo facilius eam obli-

viscimur. Ex. gr. si tradam alicui copiam verborum solutorum, ea multo difficilius retinebit, quam si eadem verba in forma narrationis tradam. 82. Corroboratur etiam absque ope intellectus, scilicet a vi, qua imaginatio aut sensus, quem vocant communem, afficitur ab aliqua re singulari corporea. Dico *singularem*; imaginatio enim tantum a singularibus afficitur. Nam si quis legerit ex. gr. unam tantum fabulam amatoriam, eam optime retinebit, quam diu non legerit plures alias eius generis, quia tum sola viget in imaginatione. Sed si plures sint eiusdem generis, simul omnes imaginamur, et facile confundimur. Dico etiam *corporream*; nam a solis corporibus afficitur imaginatio. Quum itaque memoria ab intellectu corroboretur, et etiam sine intellectu, inde concluditur, eam quid diversum esse ab intellectu, et circa intellectum in se spectatum nullam dari memoriam, neque oblivionem. 83. Quid ergo erit *memoria*? Nihil aliud, quam sensatio impressionum cerebri simul cum cogitatione ad determinatam durationem\*) sensationis; quod etiam ostendit reminiscencia. Nam ibi anima cogitat de illa sensatione; sed non sub continua duratione; et sic idea istius sensationis non est ipsa duratio sensationis, id est, ipsa memoria. An vero ideae ipsae aliquam patientur corruptionem, videbimus in philosophia. Et si hoc alicui valde absurdum videatur, sufficiet ad nostrum propositum, ut cogitet, quod, quo res est singularior, eo facilius retineatur, sicut ex exemplo comoediae modo allato patet. Porro quo res intelligibilior, eo etiam facilius retinetur. Unde maxime singularem et tantummodo intelligibilem non poterimus non retinere.

84. Sic itaque distinximus inter ideam veram et ceteras perceptiones, ostendimusque, quod ideae fictae, falsae et ceterae habeant suam originem ab *imaginatione*, hoc est, a quibusdam sensationibus fortuitis (ut sic loquar) atque solutis, quae non

\*) Si vero duratio sit indeterminata, memoria eius rei est imperfecta, quod quisque etiam videtur a natura didicisse. Saepe enim, ut alicui melius credamus in eo, quod dicit. rogamus, quando et ubi id contigerit. Quamvis etiam ideae ipsae suam habeant durationem in mente, tamen quem assueti simus durationem determinare ope alicuius mensuræ motus, quod etiam ope imaginationis fit, ideo nullam adhuc memoriam observamus, quae sit pura<sup>q</sup> mentis. Sp.

oriuntur ab ipsa mentis potentia, sed a causis externis, prout corpus sive somniando sive vigilando varios accipit motus. Vel si placet, hic per imaginationem quicquid velis cape, modo sit quid diversum ab intellectu, et unde anima habeat rationem patientis. Perinde enim est quicquid capias, postquam novimus eandem quid vagum esse, et a quo anima patitur, et simul etiam novimus, quomodo ope intellectus ab eadem liberamur. Quare etiam nemo miretur, me hic nondum probare, dari corpus et alia necessaria, et tamen loqui de imaginatione, de corpore et eius constitutione. Nempe, ut dixi, est perinde quid capiam, postquam novi, esse quid vagum etc.

85. At ideam veram simplicem esse ostendimus aut ex simplicibus compositam, et quae ostendit, quomodo et cur aliquid sit aut factum sit, et quod ipsius effectus obiectivi in anima procedunt ad rationem formalitatis ipsius obiecti; id quod idem est, ac veteres dixerunt, nempe veram scientiam procedere a causa ad effectus; nisi quod nunquam, quod sciam, conceperunt, uti nos hic, animam secundum certas leges agentem et quasi aliquod automatum spirituale. 86. Unde, quantum in initio licuit, acquisivimus notitiam nostri intellectus, et talem normam verae ideae, ut iam non vereamur, ne vera cum falsis aut fictis confundamus; nec etiam mirabimur, cur quaedam intelligamus, quae nullo modo sub imaginationem cadunt, et alia sint in imaginatione, quae prorsus oppugnant intellectum; alia denique cum intellectu convenient. Quandoquidem novimus operationes illas, a quibus imaginationes producuntur, fieri secundum alias leges prorsus diversas a legibus intellectus, et animam circa imaginationem tantum habere rationem patientis. 87. Ex quo etiam constat, quam facile ii in magnos errores possunt delabi, qui non accurate distinxerunt inter imaginationem et intellectum. In hos ex. gr. quod extensio debeat esse in loco, debeat esse finita, cuius partes ab invicem distinguuntur realiter, quod sit primum et unicum fundamentum omnium rerum, et uno tempore maius spatium occupet, quam alio, multaque eiusmodi alia, quae omnia prorsus oppugnant veritatem, ut suo loco ostendemus.

88. Deinde quum verba sint pars imaginationis, hoc est, quod, prout vase ex aliqua dispositione corporis componuntur in me-

moria, multos conceptus singamus, ideo non dubitandum, quin etiam verba, aequae ac imaginatio, possint esse causa multorum magnorumque errorum, nisi magnopere ab ipsis caveamus. 89. Adde quod sint constituta ad libitum et ad captum vulgi, adeo ut non sint nisi signa rerum, prout sunt in imaginatione, non autem prout sunt in intellectu; quod clare patet ex eo, quod omnibus iis, quae tantum sunt in intellectu, et non in imaginatione, nomina imposuerunt saepe negativa, uti sunt, incorporeum, infinitum etc.; et etiam multa, quae sunt revera affirmativa, negative exprimunt, et contra, uti sunt increatum, independens, infinitum, immortale etc., quia nimirum horum contraria multo facilius imaginamur: ideoque prius primis hominibus occurrerunt, et nomina positiva usurparunt. Multa affirmamus et negamus, quia natura verborum id affirmare et negare patitur, non vero rerum natura; adeoque hac ignorata facile aliquid falsum pro vero sumeremus.

90. Vitamus praeterea aliam magnam causam confusionis, et quae facit, quo minus intellectus ad se reflectat. Nempe quum non distinguimus inter imaginationem et intellectionem, putamus ea, quae facilius imaginamur, nobis esse clariora, et id, quod imaginamur, putamus intelligere. Unde quae sunt postponenda, anteponimus, et sic verus ordo progrediendi pervertitur, nec aliquid legitime concluditur.

## XII. Methodi pars secunda. De dupli perceptione.

91. Porro, ut tandem ad secundam partem huius methodi\*) perveniamus, proponam primo nostrum scopum in hac methodo, ac deinde media, ut eum attingamus. Scopus itaque est claras et distinctas habere ideas, tales videlicet, quae ex pura mente, et non ex fortuitis motibus corporis factae sint. Deinde omnes ideae ad unam ut redigantur, conabimur eas tali modo concatenare et ordinare, ut mens nostra, quoad eius fieri potest, referat obiective formalitatem naturae, quoad totam et quoad eius partes.

\*) Praecipua bulus partis regula est, ut ex prima parte sequitur, recensere omnes ideas, quas ex puro intellectu in nobis invenimus, ut eae ab iis, quas imaginamur, distinguantur; quod ex proprietatibus uniuscuiusque, nempe imaginationis et intellectionis, erit eliciendum. Sp.

92. Quoad primum, ut iam tradidimus, requiritur ad nostrum ultimum finem, ut res concipiatur vel *per solam suam essentiam* vel *per proximam suam causam*. Scilicet si res sit in se, sive ut vulgo dicitur, causa sui, tum per solam suam essentiam debet intelligi; si vero res non sit in se, sed requirat causam, ut existat, tum per proximam suam causam debet intelligi. Nam revera cognitio effectus nihil aliud est, quam perfectiorem causae cognitionem acquirere.") 93. Unde nunquam nobis licebit, quam diu de inquisitione rerum agimus, ex abstractis aliquid concludere, et magnopere cavebimus, ne misceamus ea, quae tantum sunt in intellectu, cum iis, quae sunt in re. Sed optima conclusio erit de promenda ab essentia aliqua particulari affirmativa, sive a vera et legitima definitione. Nam ab axiomatis solis universalibus non potest intellectus ad singularia descendere, quandoquidem axioma ad infinita se extendunt, nec intellectum magis ad unum, quam ad aliud singulare contemplandum determinant. 94. Quare recta inveniendi via est ex data aliqua definitione cogitationes formare: quod eo felicius et facilius procedet, quo rem aliquam melius definiverimus. Quare cardo totius huius secundae methodi partis in hoc solo versatur, nempe in conditionibus bonae definitionis cognoscendis, et deinde in modo eas inveniendi. Primo itaque de conditionibus definitionis agam.

### XIII. De conditionibus definitionis.

95. *Definitio* ut dicatur *perfecta*, debet intimam essentiam rei explicare, et cavere, ne eius loco propria quaedam usurpemus. Ad quod explicandum, ut alia exempla omittam, ne videar aliorum errores velle detegere, adferam tantum exemplum alicuius rei abstractae, quae perinde est, quomodocumque definiatur, circuli scilicet: quod si definiatur, esse figuram aliquam, cuius lineae a centro ad circumferentiam ductae sunt aequales, nemo non videt talem definitionem minime explicare essentiam circuli, sed tantum eius aliquam proprietatem. Et quamvis, ut dixi, circa figuram et cetera entia rationis hoc parum referat, multum tamen refert

---

\*) Nota, quod hinc appareat, nihil nos de natura posse intelligere. *quin simul cognitionem primae causae sive Dei ampliorem reddamus. Sp.*

*circa entia physica et realia: nimirum, quia proprietates rerum non intelliguntur, quam diu earum essentiae ignorantur; si autem has praetermittimus, necessario concatenationem intellectus, quae naturae concatenationem referre debet, pervertemus, et a nostro scopo prorsus aberrabimus.* 96. *Ut itaque hoc vitio liberemur, erunt haec observanda in definitione.*

I. Si res sit creata, definitio debebit, uti diximus, comprehendere causam proximam. Ex. gr. circulus secundum hanc legem sic esset definiendus: eum esse figuram, quae describitur a linea quacumque, cuius alia extremitas est fixa, alia mobilis, quae definitio clare comprehendit causam proximam.

II. Talis requiritur conceptus rei sive definitio, ut omnes proprietates rei, dum sola, non autem cum aliis coniuncta spectatur, ex ea concludi possint, uti in hac definitione circuli videre est. Nam ex ea clare concluditur omnes lineas a centro ad circumferentiam ductas aequales esse; quodque hoc sit necessarium requisitum definitionis, adeo per se est attendenti manifestum, ut non videatur operae pretium in ipsius demonstratione morari, nec etiam ostendere ex hoc secundo requisito omnem definitionem debere esse affirmativam. Loquor de affirmatione intellectiva, parum curando verbalem, quae propter verborum penuriam poterit fortasse aliquando negative exprimi, quamvis affirmative intelligatur.

97. Definitionis vero rei increatae haec sunt requisita.

I. Ut omnem causam secludat, hoc est, obiectum nullo alio praeter suum esse egeat ad sui explicationem.

II. Ut data eius rei definitione nullus maneat locus quaestioni, an sit.

III. Ut nulla quoad mentem habeat substantiva, quae possint adiectivari, hoc est, ne per aliqua abstracta explicetur.

IV. Et ultimo (quamvis hoc notare non sit valde necessarium) requiritur, ut ab eius definitione omnes eius proprietates concludantur. Quae etiam omnia attendenti accurate fiunt manifesta.

98. Dixi etiam, quod optima conclusio erit depromenda ab essentia aliqua particulari affirmativa. Quo enim specialior est idea, eo distinctior, ac proinde clarior est. Unde cognitio particularium quam maxime nobis quaerenda est.

sentiam et ordinem et unionem habebi  
videre , apprime nobis esse necessarit  
sicas sive ab entibus realibus omnes ne  
grediendo , quoad eius fieri potest ,  
ab uno ente reali ad aliud ens reale , e  
et universalia non transeamus , sive u  
cludamus , sive ut ea ab aliquo reali n  
enim verum progressum intellectus  
tandum , me hic per seriem causarū  
telligere seriem rerum singularium n  
seriem rerum fixarum aeternarumque  
larium mutabilium impossibile fore l  
quam propter earum omnem numeru  
tum propter infinitas circumstantias  
unaquaeque potest esse causa , ut  
Quandoquidem earum existentia nu  
earundem essentia , sive (ut iam dix  
**101.** Verum enim vero neque etiam c  
telligamus : siquidem rerum singu  
non sunt depromenda ab earum ser  
hic nihil aliud nobis praebat praece

potentiam erunt nobis tanquam universalia sive genera definitio-  
num rerum singularium mutabilium, et cause proximae omnium  
rerum.

102. Sed quum hoc ita sit, non parum difficultatis videtur  
subesse, ut ad horum singularium cognitionem pervenire possi-  
mus; nam omnia simul concipere res est longe supra humani in-  
tellectus vires. Ordo autem, ut unum ante aliud intelligatur, uti  
diximus, non est petendus ab eorum existendi serie, neque etiam  
a rebus aeternis. Ibi enim omnia haec sunt simul natura. Unde  
alia auxilia necessario sunt quaerenda praeter illa, quibus utimur  
ad res aeternas earumque leges intelligendum; attamen non est  
huius loci ea tradere, neque etiam opus est, nisi postquam rerum  
aeternarum earumque infallibilium legum sufficientem acquisi-  
verimus cognitionem, sensuumque nostrorum natura nobis inno-  
tuerit.

103. Antequam ad rerum singularium cognitionem accinga-  
mur, tempus erit, ut ea auxilia tradamus, quae omnia eo tendent,  
ut nostris sensibus sciamus uti, et experimenta certis legibus et  
ordine facere, quae sufficient ad rem, quae inquiritur, determi-  
nandam, ut tandem ex iis concludamus, secundum quasnam re-  
rum aeternarum leges facta sit, et intima eius natura nobis inno-  
tescat, ut suo loco ostendam. Hic, ut ad propositum revertar,  
tantum enitar, tradere, quae videntur necessaria, ut ad cogni-  
tionem rerum aeternarum pervenire possimus, earumque defini-  
tiones formemus conditionibus supra traditis.

104. Quod ut fiat, revocandum in memoriam id, quod supra  
diximus, nempe quod, ubi mens ad aliquam cogitationem attendit,  
ut ipsam perpendat, bonoque ordine ex ea deducat quae legitime  
sunt deducenda, si ea falsa fuerit, falsitatem detegit; sin autem  
vera, tum feliciter perget sine ulla interruptione res veras inde de-  
ducere: hoc, inquam, ad nostram rem requiritur. Nam ex nullo  
fundamento cogitationes nostrae terminari queunt. 105. Si igitur  
rem omnium primam investigare velimus, necesse est dari aliquod  
fundamentum, quod nostras cogitationes eo dirigat. Deinde quia  
methodus est ipsa cognitio reflexiva, hoc fundamentum, quod  
nostras cogitationes dirigere debet, nullum aliud potest esse, quam  
cognitio eius, quod formam veritatis constituit, et cognitio intel-

lectus eiusque proprietatum et virium. Hac enim acquisita fundamen-tum habebimus, a quo nostras cogitationes deducemus, et viam, qua intellectus, prout eius fert capacitas, pervenire poterit ad rerum aeternarum cognitionem, habita nimis ratione virium intellectus.

### XV. De viribus intellectus eiusque proprietatibus.

106. Quod si vero ad naturam cogitationis pertineat veras formare ideas, ut in prima parte ostensum, hic iam inquirendum, quid per vires et potentiam intellectus intelligamus. Quoniam vero praecipua nostrae methodi pars est, vires intellectus eiusque naturam optime intelligere, cogimur necessario (per ea quae in hac secunda parte methodi tradidi), haec deducere ex ipsa cogitationis et intellectus definitione. 107. Sed hucusque nullas regulas inveniendi definitiones habuimus, et quia eas tradere non possumus, nisi cognita natura sive definitione intellectus eiusque potentia, hinc sequitur, quod vel definitio intellectus per se debet esse clara, vel nihil intelligere possumus. Illa tamen per se absolute clara non est. Attamen quia eius proprietates, ut omnia, quae ex intellectu habemus, clare et distincte percipi nequeunt nisi cognita earum natura: ergo definitio intellectus per se iunotescet, si ad eius proprietates, quas clare et distincte intelligimus, attendamus. Intellectus igitur proprietates hic enumera-mus easque perpendamus, deque nostris innatis instrumentis\*) agere incipiamus.

108. *Intellectus proprietates*, quas praecipue notavi et clare intelligo, hae sunt.

I. Quod certitudinem involvat, hoc est, quod sciat res ita esse formaliter, ut in ipso obiective continentur.

II. Quod quaedam percipiat, sive quasdam format ideas ab-solute, quasdam ex aliis. Nempe quantitatis ideam format ab-solute, nec ad alias attendit cogitationes; motus vero ideas non nisi attendendo ad ideam quantitatis.

III. Quas absolute format, infinitatem exprimunt; at deter-minatas ex aliis format. Ideam enim quantitatis, si eam per cau-

\*) Vide supra §. 29. sqq.

sam percipit, tum quantitatem determinat, ut quum ex motu alicuius plani corpus, ex motu lineae vero planum, ex motu deinde puncti lineam oriri percipit; quae quidem perceptiones non inserviunt ad intelligendam, sed tantum ad determinandam quantitatem. Quod inde apparet, quia eas quasi ex motu oriri concipiimus, quum tamen motus non percipiatur nisi percepta quantitate, et motum etiam ad formandam lineam in infinitum continuare possumus, quod minime possemus facere, si non haberemus ideam infinitae quantitatis.

**IV. Ideas positivas prius format, quam negativas.**

**V. Res non tam sub duratione, quam sub quadam specie aeternitatis percipit et numero infinito; vel potius ad res percipiendas nec ad numerum, nec ad durationem attendit. Quum autem res imaginatur, eas sub certo numero determinata duratione et quantitate percipit.**

**VI. Ideae, quas claras et distinctas formamus, ita ex sola necessitate nostrae naturae sequi videntur, ut absolute a sola nostra potentia pendere videantur; confusae autem contra. Nobis enim invitis saepe formantur.**

**VII. Ideas rerum, quas intellectus ex aliis format, multis modis mens determinare potest: ut ad determinandum ex. gr. planum ellipsoes, fingit stylum chordae adhaerentem circa duo centra moveri, vel concipit infinita puncta eandem semper et certam rationem ad datam aliquam rectam lineam habentia, vel conum plano aliquo obliquo sectum, ita ut angulus inclinationis maior sit angulo verticis coni, vel aliis infinitis modis.**

**VIII. Ideae quo plus perfectionis alicuius obiecti exprimunt, eo perfectiores sunt. Nam fabrum, qui fanum aliquod excogitavit, non ita admiramur, ac illum, qui templum aliquod insigne excogitavit.**

**109. Reliqua, quae ad cogitationem referuntur, ut amor, laetitia etc. nihil moror; nam nec ad nostrum institutum praesens faciunt, nec etiam possunt concipi nisi percepto intellectu. Nam perceptione omnino sublata ea omnia tolluntur.**

**110. Ideae falsae et fictae nihil positivum habent (ut abunde ostendimus), per quod falsae aut fictae dicuntur; sed ex solo de-**

42 DE INTELLECTUS EMENDATIONE TRACTATUS XV.

fectu cognitionis ut tales considerantur. Ideae ergo falsae et fictae, quatenus tales, nihil nos de essentia cogitationis docere possunt; sed haec petenda ex modo recensitis proprietatibus positivis, hoc est, iam aliquid commune statuendum est, ex quo hae proprietates necessario sequantur, sive quo dato hae necessario dentur, et quo sublato haec omnia tollantur.

*Reliqua desiderantur.*

---

**IV.**

**BENEDICTI DE SPINOZA**

**T R A C T A T U S**

**P O L I T I C U S**

IN QUO DEMONSTRATUR, QUOMODO SOCIETAS UBI IMPERIUM MON-  
ARCHICUM LOCUM HABET, SICUT ET EA UBI OPTIMI IMPERANT,  
DEBET INSTITUI, NE IN TYRANNIDEM LABATER ET UT PAX  
LIBERTASQUE CIVIUM INVOLATATA MANEAT.



EX

## PRAEFATI<sup>O</sup>N<sup>E</sup> EDITORIS B. D. S. OPERUM POSTHUMORUM.

---

— Tractatum politicum auctor noster paulo ante obitum compositum. Sunt in eo et accurate cogitationes et stylus clarus. Suam sententiam, relictis multorum politicorum opinionibus, solidissime in eo proponit et consequentia ex antecedentibus passim elicit. Agit in quinque prioribus capitibus de *politica* in genere, in sexto et septimo de *monarchia*, in octavo, nono et decimo de *aristocratia*, undecimum denique initium est *imperii democratici*. Mors autem intempestiva fuit in causa, quod hunc tractatum non absolverit et quod nec de *legibus*, nec de *variis quaestionibus*, quae politicam spectant, tractaverit, uti videre est ex epistola auctoris ad amicum subsequenti, quae praefationis loco huic tractatui politico apte praefigi et inservire poterit.

Amicos dilecte, grata tua mihi heri tradita est. Gratias pro cura tam diligenti, quam pro me geris, ex animo ago. Hanc occasionem non praetermitterem, nisi in quadam re essem occupatus, quam utiliorem iudico, quaeque tibi, ut credo, magis arridebit, nempe in tractatu politico concinnando, quem ante aliquod tempus te auctore inchoavi. Huius tractatus capita sex iam sunt absoluta. Primum ad ipsum opus introductionem quasi continet. Secundum tractat de iure naturali; tertium de iure summarum potestatum; quartum quaenam negotia politica a summarum potestatum gubernatione pendeant; quintum quidnam sit illud extre<sup>m</sup>um et summum, quod societas

*potest considerare; et sextum quo ratione imperium monarchicum debeat institui, ne in tyrannidem labetur. Impraeuentiarum caput septimum traxi, in quo omnia praecedentis sexti capituli membra ordinem bene ordinatae monarchiae concernentia methodice demonstro. Postea ad aristocraticum et populare imperium, denique ad leges aliasque particulares quæstiones politicam spectantes transibo. Hisce vales.*

Patet hinc auctoris scopus; sed morbo impeditus et morte abreptus hoc opus non ulterius, quam ad finem aristocratisa perducere valuit, quemadmodum lector ipse experietur.

---

# I N D E X.

---

## CAP. I. *Introductio.*

- 1—3. De politices theoria et praxi.
4. De auctoris consilio.
5. De vi affectuum in hominibus.
6. 7. Imperii causas et fundamenta naturalia non ex rationis documentis petenda, sed ex hominum communi natura seu conditione deducenda esse.

## CAP. II. *De iure naturali.*

1. *Ius naturale et civile.*
2. *Essentia idealis et realis.*
- 3—5. *Quid sit ius naturae.*
6. *Vulgaris de libertate opinio. De primi hominis lapsu.*
- 7—10. *De libertate et necessitate.*
11. *Liber est qui ratione ducitur.*
12. *De fide data et naturae iure solvenda.*
13. *De necessitudinibus inter homines iunctis.*
14. *Homines ex natura hostes.*
15. *Quo plures in unum convenient, eo omnes simul plus iuris habent.*
16. *Unusquisque tanto minus habet iuris, quanto reliqui simul ipso potentiores sunt.*
17. *De imperio eiusque triplici genere.*
18. *In statu naturali peccatum non dari.*
- 19—21. *Quid sit peccatum et obsequium.*
22. *Homo liber.*
23. *Iustus et iniustus.*
24. *Laus et vituperium.*

## CAP. III. *De iure summarum potestatum.*

1. *Civitas, respublica, cives, subditi.*
2. *Imperii ius i. q. naturae ius.*
3. 4. *Ex civitatis instituto civi non licet ex suo ingenio vivere.*
- 5—9. *Unusquisque civis non sui, sed civitatis iuris est.*
10. *De religione quaestio.*
11. 12. *De summarum potestatum iure in reliqua.*
13. *Duae civitates natura hostes.*
- 14—18. *De statu foederis, belli, pacis.*

*CAP. IV. De negotiis publicis.*

- 1—3. Negotia quae ad rem publicam spectant.  
 4—6. Quo sensu dici possit, civitatem peccare; quo non.

*CAP. V. De optimo imperii statu.*

1. Optimum quod ex praescripto rationis instituitur.  
 2—6. Finis status civilis. Imperium optimum.  
 7. Machiavellus eiusque constitutum.

*CAP. VI. De monarchia.*

- 1—3. De causis imperii instituendi.  
 4. De potestate ad unum conferenda.  
 5—8. De natura imperii monarchici.

*De fundamentis imperii monarchici.*

9. De urbibus.  
 10. De militia eiusque ducibus.  
 11. De civibus in familias dividendis.  
 12. De agris et domibus.  
 13. 14. De rege electo et nobilibus.  
 15. 16. De regis consiliariis.  
 17—25. De concilii supremi officiis.  
 26—29. De concilio alio ad iustitiam administrandam.  
 30. De aliis concilii subordinatis.  
 31. De militiae stipendiis.  
 32. De peregrinorum iure.  
 33. De legatis.  
 34. De regis domesticis et corporis custodibus.  
 35. De bello inferendo.  
 36. De matrimonio regis.  
 37. Imperium indivisible esse debet.  
 38. De herede imperii.  
 39. De civium obsequio.  
 40. De religione.

*CAP. VII. De monarchia.**Imperii monarchici fundamentorum demonstratio.*

1. Monarcha non absolutus eligitur. Persarum reges. Ulisses.  
 2. Natura imperii monarchici est optima et vera.  
 3. Necesse est ut monarcha consiliarios habeat.  
 4. Consiliarii necessario debent eligi.  
 5. Ius regis est, nam ex lati concilii sententiis eligere.  
 6—11. Magnae huius supremi concilii utilitates.  
 12. Militia ex solis civibus componatur.  
 13. Qua ratione consiliarii sint eligendi.  
 14. 15. Regis securitas. Testimonia historica.  
 16. Urbes muniendae.  
 17. De milibus auxiliariis militiaeque imperatoribus.  
 18. Civis inter se familiis distinguendi.

19. Solum communis civitatis iuris esto.
20. Nobiles nulli nisi a rege oriundi.
21. Iudices in annos quosdam constituendi.
22. Militiae nullum decernendum esse stipendium.
23. De peregrinis et regis sanguine propinquis.
24. De regis matrimonii periculis. Testimonia historica.
25. De iure succedendi in regno.
26. De iure Deum colendi.
27. Natura una et communis hominum omnium est.
28. De imperio omnium constantiore.
29. De imperii consiliis vix celandis.
30. Exemplum Arragonensium imperii.
31. Multitudinem satis amplam libertatem sub rége servare posse.

**CAP. VIII. *De aristocracia.***

1. Quid sit imperium aristocraticum. Patricii.
2. Imperium aristocraticum magno patriciorum numero constare debet.
3. Discrimen inter monarchiam et aristocratię.
- 4—6. Imperium aristocraticum magis quam monarchicum ad absolutum accedit.
7. Idem libertati conservanda aptius est. *Fundamenta imperii aristocratici, ubi una urbs totius imperii caput est.*
8. De urbibus muniendis.
9. De militia eiusque ducibus.
10. De agris et fundis vendendis.
11. De concilio supremo patriciorum.
12. De causis interitus aristocratici imperii.
13. Primaria huius imperii lex, ne paulatim in oligarchiam transeat.
14. 15. Patricii eligendi ex familiis quibusdam.
16. De loco et tempore congregationis.
17. De officiis concilii supremi.
18. De concilii rectore seu principe.
19. Aequalitas inter patricios servanda.
- 20—25. De syndicis eorumque officiis.
26. 27. De imperii ministris.
28. Suffragia calculis ferenda.
- 29—33. De senatu s. secundo concilio.
- 34—36. De senatus praesidibus eorumque vicariis. *Consules.*
- 37—41. De tribunali s. iudicum collegio.
42. Proconsules urbium et provinciarum. *Ius urbium vicinarum.*
43. Iudices in urbe quavis constituendi.
44. Ministri imperii ex plebe eligendi. *De eis qui sunt a secretis.*
45. De aerarii tribunis.
46. De religionis exercendae et dicendi libertate.
47. De habitu et statu patriciorum.
48. De iureiurando.
49. De academiis et libertate docendi.

**CAP. IX. *De aristocratis.***

1. *De imperio aristocratico quod plures urbes tenent.*
2. *Urbes unitae.*
3. *De rationibus inter utramque aristocratiam paribus.*
4. *De communi urbium vinculo per senatum et forum.*
5. *Imperii concilium supremum et senatus.*
6. *De hoc concilio convocando, de ductibus exercitus et legatis eligendis, de ordinum praesidibus, iudicibus al.*
7. *De cohortium ductibus et militiae tribunis.*
8. *De vectigalibus.*
9. *De senatorum emolumentis et convenienti loco.*
10. *De conciliis et syndicis singularum urbium.*
11. *Urbium consules.*
12. *Urbium iudices.*
13. *De urbibus quae sui iuris non sunt.*
14. 15. *Hoc imperium aristocraticum alteri preferendum.*

**CAP. X. *De aristocratis.***

1. *Primaria causa, cur aristocratica imperia dissolvuntur. De dictatore.*
2. *De concilio supremo.*
3. *De plebis tribunis Romanorum.*
4. *De syndicorum auctoritate.*
5. *Leges sumptuariae.*
6. 7. *Vitia non directe, sed indirecte prohibenda esse.*
8. *Honores et praemia refutantur.*
9. 10. *Imperium aristocraticum stare potest.*

**CAP. XI. *De democratis.***

1. 2. *Discrimen democratiae et aristocratiae.*
3. *De natura democratiae.*
4. *Feminae a regimine secludendae.*

## CAP. I. Introductio.

1. **Affectus**, quibus conflictamur, concipiunt philosophi veluti **vitia**, in quae homines sua culpa labuntur; quos propterea ridere, flere, carpere vel (qui sanctiores videri volunt) detestari solent. Sic ergo se rem divinam facere et sapientiae culmen attingere credunt, quando humanam naturam, quae nullibi est, multis modis laudare et eam, quae revera est, dictis lacessere norunt. Homines namque non ut sunt, sed ut eosdem esse vellent, concipiunt. Unde factum est, ut plerumque pro ethica satyram scripserint, et ut nunquam politicam conceperint, quae possit ad usum revocari; sed quae pro chimaera haberetur, vel quae in Utopia vel in illo poëtarum aureo saeculo, ubi scilicet minime necesse erat, institui potuisset. Quum igitur omnium scientiarum, quae usum habent, tum maxime politices theoria ab ipsis praxi discrepare creditur, et regendae reipublicae nulli minus idonei aestimantur, quam theoretici seu philosophi.

2. At politici contra hominibus magis insidiari, quam consulere creduntur, et potius callidi, quam sapientes aestimantur. Docuit nimirum eosdem experientia, **vitia fore**, donec homines. Humanam igitur malitiam praevenire dum student, idque iis artibus, quas experientia longo usu docuit, et quas homines magis metu, quam ratione ducti exercere solent, religioni adversari vindentur, theologis praecipue, qui credunt summas potestates debere negotia publica tractare secundum easdem pietatis regulas, quibus vir privatus tenetur. Ipsos tamen politicos multo felicius de rebus politicis scripsisse, quam philosophos, dubitari non potest. Nam quoniam experientiam magistrum habuerunt, nihil docuerunt, quod ab usu remotum esset.

3. Et sane mihi plane persuadeo, experientiam omnia civitatum genera, quae concipi possunt, ut homines concorditer vivant, et simul media, quibus multitudo dirigi seu quibus intra certos

limites contineri debeat, ostendisse; ita ut non credam, nos posse aliquid, quod ab experientia sive praxi non abhorreat, cogitatione de hac re assequi, quod nondum expertum compertumque sit. Nam homines ita comparati sunt, ut extra commune aliquod ius vivere nequeant; iura autem communia et negotia publica a viris acutissimis, sive astutis sive callidis, instituta et tractata sunt; adeoquime vix credibile est, nos aliquid, quod communi societati ex usu esse queat, posse concipere, quod occasio seu casus non obtulerit, quodque homines communibus negotiis intenti suaeque securitati consulentes non viderint.

4. Quum igitur animum ad politicam applicuerim, nihil quod novum vel inauditum est, sed tantum ea, quae cum praxi optime convenient, certa et indubitate ratione demonstrare, aut ex ipsa humanae naturae conditione deducere intendi; et ut ea, quae ad hanc scientiam spectant, eadem animi libertate, qua res mathematicas solemus, inquirerem, sedulo curavi, humanas actiones non ridere, non lugere, neque detestari, sed intelligere: atque adeo humanos affectus, ut sunt amor, odium, ira, invidia, gloria, misericordia et reliquae animi commotiones non ut humanae naturae vitia, sed ut proprietates contemplatus sum, quae ad ipsam ita pertinent, ut ad naturam aëris aestus, frigus, tempestas, tonitru et alia huiusmodi, quae, tametsi incommoda sunt, necessaria tamen sunt, certasque habent causas, per quas eorum naturam intelligere conamur, et mens eorum vera contemplatione aequa gaudet, ac earum rerum cognitione, quae sensibus gratae sunt.

5. Est enim hoc certum et in nostra ethica verum esse demonstravimus\*), homines necessario affectibus esse obnoxios et ita constitutos esse, ut eorum, quibus male est, misereantur, et quibus bene est, invideant, et ut ad vindictam magis, quam ad misericordiam sint proni, et praeterea unumquemque appetere, ut reliqui ex ipsis ingenio vivant, et ut probent, quod ipse probat, et quod ipse repudiat, repudient. Unde fit, ut quum omnes pariter appetant primi esse, in contentiones veniant et, quantum possunt, nitantur se invicem opprimere, et qui vicit evadit ma-

---

\* ) Vid. Spinozae ethic. p. III. et IV, in primis IV, 4. coroll. III. 31. schol. et 32. schol. IV. append. 13.

gis glorietur, quod alteri obfuit, quam quod sibi profuit. Et quamvis omnes persuasi sint, religionem contra docere, ut unusquisque proximum tanquam se ipsum amet, hoc est, ut ius alterius perinde ac suum defendat, hanc tamen persuasionem in affectus parum posse ostendimus. Valet quidem in articulo mortis, quando scilicet morbus ipsos affectus vicit et homo segnis iacet, vel in templis, ubi homines nullum exercent commercium; at minime in foro vel in aula, ubi maxime necesse esset. Ostendimus praeterea, rationem multum quidem posse affectus coercere et moderari; sed simul vidimus viam, quam ipsa ratio docet, perarduam esse<sup>1</sup>), ita ut, qui sibi persuadent posse multitudinem vel qui publicis negotiis distrahuntur, induci, ut ex solo rationis praescripto vivant, saeculum poetarum aureum seu fabulam somnient.

6. Imperium igitur, cuius salus ab alicuius fide pendet et cuius negotia non possunt recte curari, nisi li, qui eadem tractant, fide velint agere, minime stabile erit, sed, ut permanere possit, res eius publicae ita ordinandae sunt, ut qui easdem administrant, sive ratione ducantur sive affectu, induci nequeant, ut male fidi sint seu prave agant. Nec ad imperii securitatem refert, quo animo homines inducuntur ad res recte administrandum, modo res recte administrentur. Animi enim libertas seu fortitudo privata virtus est; at imperii virtus securitas.

7. Denique quia omnes homines sive barbari sive culti sint, consuetudines ubique iungunt et statum aliquem civilem formant, ideo *imperii causas et fundamenta naturalia* non ex rationis documentis petenda, sed *ex hominum communi natura seu conditione deducenda sunt*, quod in sequenti capite facere constitui.

## CAP. II. De iure naturali.

1. In nostro tractatu theologico-politico de iure naturali et civili egimus<sup>2</sup>) et in nostra ethica explicuimus, quid peccatum, quid meritum, quid iustitia, quid iniustitia<sup>3</sup>) et quid de-

1) Vid. eth. V, 42. schol.

2) Vid. tract. theol.-pol. cap. 16.

3) Vid. ethic. IV, 37. schol. 2.

nique humana libertas sit.\*). Sed ne ii, qui hunc tractatum legunt, opus habeant ea, quae ad hunc ipsum tractatum maxime spectant, in aliis quaerere, ea hic iterum explicare et apodictice demonstrare constitui.

2. Res quaecumque naturalis potest adaequatae concipi, sic existat sive non existat. Ut igitur rerum naturalium existendi principium, sic earum in existendo perseverantia ex earum definitione non potest concludi. Nam earum essentia idealis eadem est, postquam existere incepunt, quam antequam existentes. Ut ergo earum existendi principium ex earum essentia sequitur, sic nec earum in existendo perseverantia: sed eadem potentia, qua indigent, ut existere incipient, indigent, ut existent pergent. Ex quo sequitur, rerum naturalium potentiam, qua existunt, et consequenter qua operantur, nullam aliam esse posse, quam ipsam Dei aeternam potentiam. Nam si quae alia creari esset, non posset se ipsam, et consequenter neque res naturales conservare; sed ipsa etiam eadem potentia, qua indigeret ut crearetur, indigeret ut in existendo perseveraret.

3. Hinc igitur, quod scilicet rerum naturalium potentia, qua existunt et operantur, ipsissima Dei sit potentia, facile intelligimus, quid *ius naturae* sit. Nam quoniam Deus ius ad omnia habet et ius Dei nihil aliud est, quam ipsa Dei potentia, quatenus haec absolute libera consideratur, hinc sequitur, unamquamque rem naturalem tantum iuris ex natura habere, quantum potentiae habet ad existendum et operandum; quandoquidem uniuscuiusque rei naturalis potentia, qua existit et operatur, nulla alia est, quam ipsa Dei potentia, quae absolute libera est.

4. Per *ius itaque naturae* intelligo ipsas naturae leges seu regulas, secundum quas omnia fiunt, hoc est, ipsam naturae potentiam. Atque adeo totius naturae, et consequenter uniuscuiusque individui naturale ius eo usque se extendit, quo eius potentia; et consequenter quicquid unusquisque homo ex legibus suae naturae agit, id summo naturae iure agit, tantumque in naturam habet iuris, quantum potentia valet.

---

\*) Vid. ethic. II., 48. et 49. schol.

5. Si igitur cum humana natura ita comparatum esset, ut homines ex solo rationis praescripto viverent, nec aliud conarentur; immo naturae ius, quatenus humani generis proprium esse consideratur, scla rationis potentia determinaretur. Sed homines magis caeca cupiditate, quam ratione ducuntur; ac proinde *hominem naturae potentia sive ius non ratione, sed quocumque appetitu, quo ad agendum determinantur, quoque se conservare conantur, definiri debet.* Evidem fateor, cupiditates illas, quae et ratione non oriuntur, non tam actiones, quam passiones esse humanas. Verum quia hic de naturae universalis potentia seu fure gimus, nullam hic agnoscere possumus differentiam inter cupiditates, quae ex ratione, et inter illas, quae ex aliis causis in nobis agenerantur; quandoquidem tam hae, quam illae effectus naturae sunt; vimque naturalem explicant, qua homo in suo esse perseverare conatur. Est enim homo, sive sapiens sive ignarus sit, naturae pars et id omne, ex quo unusquisque ad agendum determinatur, ad naturae potentiam referri debet, nempe quatenus acc per naturam huius aut illius hominis definiri potest. Nihil amque homo, seu ratione seu sola cupiditate ductus, agit nisi secundum leges et regulas naturae, hoc est (per art. 4. huius cap.) ex naturae iure.

6. At plerique, ignoros naturae ordinem magis perturbare, quam sequi credunt, et homines in natura veluti imperium in imperio concipiunt. Nam mentem humanam a nullis causis naturibus statuunt produci, sed a Deo immediate creari, a reliquis ebus adeo independentem, ut absolutam habeat potestatem sese determinandi et ratione recte utendi. Sed experientia satis superue docet, quod in nostra potestate non magis sit, mentem sanam, quam corpus sanum habere. Deinde quandoquidem unaquaque est, quantum in se est, suum esse conservare conatur, dubitare nequaquam possumus, quin, si aequa in nostra potestate esset, am ex rationis praescripto vivere, quam caeca cupiditate duci, amnes ratione ducerentur et vitam sapienter instituerent; quod minime fit. Nam trahit sua quemque voluptas.") Nec theologi am difficultatem tollunt, qui scilicet statuunt huius impotentiae

\*) Virgil. ecl. 2, 65.

causam humanae naturae vitium seu peccatum esse, quod originem a primi parentis lapsu traxerit. Nam si etiam in primi hominis potestate fuit tam stare, quam labi, et mentis compos erat et natura integra, qui fieri potuit, ut sciens prudensque lapsus fuerit? At dicunt, eum a diabolo deceptum fuisse. Verum quis ille fuit, qui ipsum diabolum decepit? Quis, inquam, ipsum omnium creaturarum intelligentium praestantissimum adeo amorem reddidit, ut Deo maior esse voluerit? Nonne enim se ipsum, qui mentem sanam habebat, suumque esse, quantum in se erat, conservare conabatur? Deinde qui fieri potuit, ut ipse primus homo, qui mentis compos erat et suae voluntatis dominus, seduceretur et mente pateretur capi? Nam si potestatem habuit, ratione recte utendi, decipi non potuit; nam quantum in se fuit, conatus est necessario suum esse mentemque suam sanam conservare. Atqui supponitur, eum hoc in potestate habuisse: ergo mentem suam sanam necessario conservavit, nec decipi potuit. Quod ex ipsis historia falsum esse constat. Ac proinde fatendum est, quod in primi hominis potestate non fuerit, ratione recte uti, sed quod, sicuti nos, affectibus fuerit obnoxius.

7. Quod autem homo, ut reliqua individua, suum esse, quantum in se est, conservare conetur, negare nemo potest. Nam si hic aliqua concipi posset differentia, inde oriri deberet, quod homo voluntatem haberet liberam. Sed quo homo a nobis magis liber conciperetur, eo magis cogeremur statuere, ipsum sese necessario debere conservare et mentis compotem esse, quod facile unusquisque, qui libertatem cum contingentia non confundit, mihi concedet. Est namque *libertas* virtus seu perfectio. Quicquid igitur hominem impotentiac arguit, id ad ipsius libertatem referri nequit. Quare homo minime potest dici *liber*, propterea quod potest non existere vel quod potest non uti ratione; sed tantum quatenus potestatem habet existendi et operandi secundum humanae naturae leges. Quo igitur hominem magis liberum esse consideramus, eo minus dicere possumus, quod possit ratione non uti et mala prae bonis eligere; et ideo Deus, qui absolute liber existit, intelligit et operatur necessario etiam, nempe ex suae naturae necessitate existit, intelligit et operatur. Nam non dubium est, quin Deus eadem, qua existit, libertate operetur. Ut igitur

**ex ipsius naturae necessitate existit, ex ipsius etiam naturae necessitate agit, hoc est, libere absolute agit.**

8. Concludimus itaque, in potestate uniuscuiusque hominis non esse ratione semper uti et in summo humanae libertatis fastigio esse; et tamen unumquemque semper, quantum in se est, comitum esse conservare, et (quia unusquisque tantum iuris habet, quantum potentia valet) quicquid unusquisque, sive sapiens sive ignorans, conatur et agit, id summo naturae iure conari et agere. Ex quibus sequitur ius et institutum naturae, sub quo omnes nascuntur homines et maxima ex parte vivunt, nihil, nisi quod nemo cupit et quod nemo potest, prohibere, non contentiones, non odia, non iram, non dolos, nec absolute aliquid, quod appetitus suadet, aversari. Nec mirum. Nam natura non legibus humanae rationis, quae non nisi hominum verum utile et conservationem intendunt, continetur; sed infinitis aliis, quae totius naturae, cuius homo particula est, aeternum ordinem respiciunt, ex cuius sola necessitate omnia individua certo modo determinantur ad existendum et operandum. Quicquid ergo nobis in natura ridiculum, absurdum aut malum videtur, id inde est, quod res tantum ex parte novimus, totiusque naturae ordinem et cohaerentiam maxima ex parte ignoramus, et quod omnia ex praescripto nostrae rationis ut dirigerentur volumus; quum tamen id, quod ratio malum esse dictat, non malum sit respectu ordinis et legum universae naturae, sed tantum solius nostrae naturae legum respectu.

9. Praeterea sequitur, unumquemque tam diu alterius esse iuris, quam diu sub alterius potestate est, et ceterus sui iuris, quatenus vim omnem repellere damnumque sibi illatum ex sui animi sententia vindicare, et absolute quatenus ex suo ingenio vivere potest.

10. Is alterum sub potestate habet, quem ligatum tenet, vel cui arma et media sese defendendi aut evadendi ademitt, vel cui metum iniecit, vel quem sibi beneficio ita devinxit, ut ei potius, quam sibi morem gerere et potius ex ipsius, quam ex sui animi sententia vivere velit. Qui primo vel secundo modo alterum in potestate habet, eius tantum corpus, non mentem tenet; tertio autem vel quarto tam ipsius mentem, quam corpus sui iuris fecit; sed non nisi durante metu vel spe; hac vero aut illo adempto manet alter sui iuris.

11. Iudicandi facultas eatenus etiam alterius iuris esse potest, quatenus mens potest ab altero decipi. Ex quo sequitur, mentem eatenus sui iuris omnino esse, quatenus recte uti potest ratione. Imo quia humana potentia non tam ex corporis robustore, quam ex mentis fortitudine aestimanda est; hinc sequitur, illas mentes sui iuris esse, qui maxime ratione possunt, quicunque maxime ratione discuntur. Atque adeo hominem eatenus liberum omnino esse, quatenus ratione ducitur, quia eatenus ex causa, quae per se omnia naturam possunt adaequate intelligi, ad agendum determinatur, tametsi ex iis necessario ad agendum determinetur. Nam libertas (ut art. 7. huius cap. ostendimus) agendi necessitatem non tollit, sed ponit.

12. Fides alicui data, qua aliquis solis verbis pollicitus est, se hoc aut illud facturum, quod pro suo iure omittere poterat, vel contra, tam diu rata manet, quam diu eius, qui fidem dedit, non mutatur voluntas. Nam qui potestatem habet solvendi fidem, is revera suo iure non cessit; sed verba tantum dedit. Si igitur ipse, qui naturae iure sui iudex est, iudicaverit, seu recte seu prave (nam errare humanum est), ex fide data plus damni, quam utilitatis sequi, ex suae mentis sententia fidem solvendam esse censet, et naturae iure (per art. 9. huius cap.) eandem solvet.

13. Si duo simul convenient et vires iungant, plus simul possunt, et consequenter plus iuris in naturam simul habent, quam alterque solus; et quo plures necessitudines sic iuxerint suas, eo omnes simul plus iuris habebunt.

14. Quatenus homines ira, invidia aut aliquo odii affectu conflictantur, eatenus diverse trahuntur et invicem contrarii sunt, et propterea eo plus timendi, quo plus possunt, magisque callidi et astuti sunt, quam reliqua animalia; et quia homines ut plurimum (ut in art. 5. praec. cap. diximus) his affectibus natura sunt obnoxii, sunt ergo homines ex natura hostes. Nam is mihi maximus hostis, qui mihi maxime timendus et a quo mihi maxime cavendum est.

15. Quum autem (per art. 9. huius cap.) in statu naturali tam diu unusquisque sui iuris sit, quam diu sibi cavere potest, ne ab alio opprimatur et unus solus frustra ab omnibus sibi cavere conetur, hinc sequitur, quam diu ius humanum naturale uniuscuius-

que potentia determinatur et uniuscuiusque est, tam diu nullum esse; sed magis opinione, quam re constare, quandoquidem nulla eius obtinendi est securitas. Et certum est, unumquemque tanto minus posse, et consequenter tanto minus iuris habere, quanto maiorem timendi causam habet. His accedit, quod homines vix absque mutuo auxilio vitam sustentare et mentem colere possint. Atque adeo concludimus ius naturae, quod humani generis proprium est, vix posse concipi, nisi ubi homines iura habent communia, qui simul terras, quas habitare et colere possunt, sibi vindicare, seseque munire, vimque omnem repellere et ex communi omnium sententia vivere possunt. Nam (per art. 13. huius cap.) quo plures in unum sic convenient, eo omnes simul plus iuris habent; et si scholastici hac de causa, quod scilicet homines in statu naturali vix sui iuris esse possunt, velint hominem *animal sociale* dicere, nihil habeo, quod ipsis contradicam.

16. Ubi homines iura communia habent omnesque una veluti mente ducuntur, certum est (per art. 13. huius cap.) eorum unumquemque tanto minus habere iuris, quanto reliqui simul ipso potentiores sunt, hoc est, illum revera ius nullum in naturam habere praeter id, quod ipsi commune concedit ius. Ceterum quicquid ex communi consensu ipsi imperatur, teneri exequi vel (per art. 4. huius cap.) iure ad id cogi.

17. Hoc ius, quod multitudinis potentia definitur, *imperium* appellari solet. Atque hoc is absolute tenet, qui curam reipublicae ex communi consensu habet, nempe iura statuendi, interpretandi et abolendi, urbes muniendi, de bello et pace decernendi etc. Quod si haec cura ad concilium pertineat, quod ex communi multitudine componitur, tum imperium *democratis* appellatur; si autem ex quibusdam tantum selectis, *aristocratis*, et si denique reipublicae cura et consequenter imperium penes unum sit, tum *monarchia* appellatur.

18. Ex his, quae in hoc capite ostendimus, perspicuum nobis fit, in statu naturali non dari peccatum, vel si quis peccat, is sibi, non alteri peccat: quandoquidem nemo iure naturae alteri, nisi velit, morem gerere tenetur, nec aliquid bonum aut malum habere, nisi quod ipse ex suo ingenio bonum aut malum esse dicit; et nihil absolute naturae iure prohibetur, nisi quod nemo

potest. Vide art. 5. et 8. huius cap. At *peccatum* actio est, quae iure fieri nequit. Quod si homines ex naturae instituto tene- rentur ratione duci, tum omnes necessario ratione ducerentur. Nam naturae instituta Dei instituta sunt (per art. 2. et 3. huius cap.), quae Deus eadem, qua existit, libertate instituit, que- que adeo ex naturae divinae necessitate consequuntur (vide art. 7. huius cap.), et consequenter aeterna sunt, nec violari possunt. Sed homines maxime appetitu sine ratione ducuntur, nec tamen naturae ordinem perturbant, sed necessario sequuntur; ac proinde ignarus et animo impotens non magis ex naturae iure tenetur, vitam sapienter instituere, quam aeger tenetur sano corpore esse.

19. Peccatum itaque non nisi in imperio concipi potest, ut scilicet quid bonum et quid malum sit ex communi totius imperii iure decernitur et ubi nemo (per art. 16. huius cap.) iure quicquam agit, nisi quod ex communi decreto vel consensu agit. Id enim (ut in praec. art. diximus) *peccatum* est, quod iure fieri nequit, sive quod iure prohibetur; *obsequium* autem est constans voluntas, id exsequendi, quod iure bonum est et ex communi de- creto fieri debet.

20. Solemus tamen id etiam *peccatum* appellare, quod contra sanae rationis dictamen fit, et *obsequium* constantem voluntatem moderandi appetitus ex rationis praescripto; quod omnino proba- rem, si humana libertas in appetitus licentia et servitus in rationis imperio consistet. Sed quia humana libertas eo maior est, quo homo magis ratione duci et appetitus moderari potest, non pos- sumus, nisi admodum improprie, vitam rationalem vocare obse- quium, et peccatum id, quod revera mentis impotentia, non autem contra se ipsam licentia est, et per quod homo servus potius, quam liber potest dici. Vide art. 7. et 11. huius cap.

21. Verum enim vero, quia ratio pietatem exercere et animo tranquillo et bono esse docet, quod non nisi in imperio fieri potest, et praeterea quia fieri nequit, ut multitudo una veluti mente duca- tur, sicut in imperio requiritur, nisi iura habeat, quae ex rationis praescripto instituta sint; non ergo adeo improprie homines, qui in imperio vivere consueverunt, id peccatum vocant, quod contra rationis dictamen fit, quandoquidem optimi imperii iura (vide art. 18. huius cap.) ex rationis dictamine institui debent. Cur autem

dixerim (art. 18. huius cap.) hominem in statu naturali sibi peccare, si quid peccat, de hoc vide cap. 4. art. 4. et 5., ubi ostenditur, quo sensu dicere possimus, eum, qui imperium tenet et iure naturae potitur, legibus adstrictum esse et peccare posse.

22. Ad religionem quod attinet, certum etiam est, *hominem eo magis esse liberum et sibi maxime obsequenter*, quo Deum magis amat et animo magis integro colit. Verum quatenus non ad naturae ordinem, quem ignoramus, sed ad sola rationis dictamina, quae religionem concernunt, attendimus et simul consideramus, eadem nobis a Deo, quasi in nobis ipsis loquente, revelari, vel etiam haec eadem prophetis veluti iura suisse revelata, eatenus, more humano loquendo, dicimus hominem Deo obsequi, qui ipsum integro animo amat, et contra peccare, qui caeca cupiditate ducitur. Sed interim memores esse debemus, quod in Dei potestate sumus, sicut lutum in potestate figuli, qui ex eadem massa alia vasa ad decus, alia ad dedecus facit<sup>1)</sup>: atque adeo homo contra haec Dei decreta quidem, quatenus in nostra vel in prophetarum mente tanquam iura inscripta fuerunt; at non contra aeternum Dei decretum, quod in universa natura inscriptum est, quodque totius naturae ordinem respicit, quidquam agere potest.

23. Ut itaque peccatum et obsequium stricte sumptum, sic etiam iustitia et iniustitia non nisi in imperio possunt concipi. Nam nihil in natura datur, quod iure posset dici huius esse et non alterius; sed omnia omnium sunt, qui scilicet potestatem habent sibi eadem vendicandi. At in imperio ubi communi iure decernitur, quid huius, quidque illius sit, ille *iustus* vocatur, cui constans est voluntas tribuendi unicuique suum; *iniustus* autem, qui contra conatur id, quod alterius est, suum facere.

24. Ceterum laudem et vituperium affectus esse laetitiae et tristitiae, quos comitatur idea virtutis aut impotentiae humanae tanquam causa, explicuimus in nostra ethica.<sup>2)</sup>

1) Conf. Pauli epist. ad Rom. 9, 21. 22.

2) Vid. Spin. ethic. III, 29. schol.

**CAP. III. De iure summarum potestatum.**

1. Imperii cuiuscumque status dicitur *civitis*; imperii autem integrum corpus *civitas* appellatur, et communia imperii negotia, quae ab eius, qui imperium tenet, directione pendent, *res publica*. Deinde homines, quatenus ex iure civili omniaibus civitatis commodis gaudent, *cives* appellamus, et *subditos*, quatenus civitatis institutis seu legibus parere tenentur. Denique status civilis tridari genera, nempe *democraticum*, *aristocraticum* et *monarchicum*, in art. 17. cap. praeced. diximus. Iam antequam de unoquoque seorsim agere incipiam, illa prius demonstrabo, quae ad statum civilem in genere pertinent; quorum ante omnia considerandum venit summum civitatis seu summarum potestatum ius.

2. Ex art. 15. praeced. cap. patet, imperii seu summarum potestatum ius nihil esse praeter ipsum naturae ius, quod potentia non quidem uniuscuiusque, sed multitudinis, quae una veluti mente ducitur, determinatur, hoc est, quod unusquisque in statu naturali, sic etiam totius imperii corpus et mens tantum iuris habet, quantum potentia valet. Atque adeo unusquisque civis seu subditus tanto minus iuris habet, quanto ipsa civitas ipso potentior est (vid. art. 16. praeced. cap.), et consequenter unusquisque civis nihil iure agit, nec habet praeter id, quod communi civitatis decreto defendere potest.

3. Si civitas alicui concedat ius, et consequenter potestatem (nam alias per art. 12. praeced. cap. verba tantum dedit) vivendi ex suo ingenio, eo ipso suo iure cedit et in eum transfert, cuiusdam potestatem dedit. Si autem duobus aut pluribus hanc potestatem dedit, ut scilicet unusquisque ex suo ingenio vivat, eo ipso imperium divisit, et si denique unicuique civium hanc eandem potestatem dedit, eo ipso sese destruxit, nec manet amplius civitas, sed redeunt omnia ad statum naturalem, quae omnia ex praecedentibus manifestissima fiunt. Atque adeo sequitur, nulla ratione posse concepi, quod unicuique civi ex civitatis instituto liceat ex suo ingenio vivere, et consequenter hoc ius naturale, quod scilicet unusquisque sui iudex est, in statu civili necessario cessat.

Dico expresse *ex civitatis instituto*; nam ius naturae uniuscuiusque (si recte rem perpendamus) in statu civili non cessat. Homo namque tam in statu naturali, quam civili ex legibus suae naturae agit, suaequae utilitati consulit. Homo, inquam, in utroque statu spe aut metu dicitur ad hoc aut illud agendum vel committendum; sed praecipua inter utrumque statum differentia est, quod in statu civili omnes eadem metuant et omnibus una eademque securitatis sit causa et vivendi ratio, quod sane iudicandi facultatem uniuscuiusque non tollit. Qui enim omnibus civitatis mandatis obtemperare constituit sive eius potentiam metuit, vel via tranquillitatem amat, is profecto suae securitati suaequae utilitati ex suo ingenio consulit.

4. Praeterea concipere etiam non possumus, quod unicuique sibi liceat civitatis decreta seu iura interpretari. Nam si hoc unicuique liceret, eo ipso sui iudex esset; quandoquidem unusquisque facta sua specie iuris nullo negotio excusare seu adornare posset, et consequenter ex suo ingenio vitam institueret, quod (per art. praeced.) est absurdum.

5. Videmus itaque, *unumquemque civem non sibi, sed civitatis iuris esse*, cuius omnia mandata tenetur exequi, nec ullum habere ius decernendi, quid aequum, quid iniquum, quid pium, quidve impium sit; sed contra, quia imperii corpus una veluti mente duci debet, et consequenter civitatis voluntas pro omnium voluntate habenda est, id quod civitas iustum et bonum esse determinit, tanquam ab unoquoque decretum esse censendum est. Atque adeo, quamvis subditus civitatis decreta iniqua esse censent, tenetur nihil minus eadem exequi.

6. At obiici potest: an non contra rationis dictamen est, se ulterius iudicio omnino subiicere? et consequenter: an status civilis rationi non repugnat? Ex quo sequeretur statum civilem irrationaliter esse, nec posse creari nisi ab hominibus ratione destitutus; at minime ab iis, qui ratione ducuntur. Sed quoniam ratio nihil contra naturam docet, non potest ergo sana ratio dictare, ut unusquisque sui iuris maneat, quam diu homines affectibus sunt obnoxii (per art. 15. praeced. cap.), hoc est (per art. 5. cap. 1.) ratio hoc posse fieri negat. Adde, quod ratio omnino docet pacem quaerere, quae quidem obtineri nequit, nisi communia civitatis

iura inviolata serventur; atque adeo quo homo ratione ~~se~~ citur, hoc est (per art. 11. praeced. cap.) quo magis liber constantius civitatis iura servabit et summae potestatis, cui ditus est, mandata exsequetur. Ad quod accedit, quod civilis naturaliter instituitur ad metum communem adimes communes miseras propellendum; ac proinde id maxime i quod unusquisque, qui ratione ducitur, in statu naturali tur; sed frustra (per art. 15. praeced. cap.). Quapropter mini, qui ratione ducitur, id aliquando ex civitatis man ciendum est, quod rationi repugnare novit, id damnata compensatur bono, quod ex ipso statu civili haurit. Nam etiam lex est, ut ex duobus malis minus eligatur; ac proli cludere possumus, neminem quicquam contra suae rati scriptum agere, quatenus id agit, quod iure civitatis fac est: quod nobis facilius unusquisque concedet, postquam cuerimus, quo usque civitatis potentia, et consequente extendit.

7. Nam considerandum primum venit, quod sicuti naturali (per art. 11. praeced. cap.) ille homo maxime pot ximeque sui iuris est, qui ratione ducitur; sic etiam ill maxime erit potens et maxime sui iuris, quae ratione fun dirigitur. Nam civitatis ius potentia multitudinis, quae luti mente ducitur, determinatur. At haec animorum u cipi nulla ratione posset, nisi civitas id ipsum maxime i quod sana ratio omnibus hominibus utile esse docet.

8. Secundo venit etiam considerandum, quod subditi non sui, sed civitatis iuris sint, quatenus eius potentiam se metuunt, vel quatenus statum civilem amant (per art. 10. ] cap.). Ex quo sequitur, quod ea omnia, ad quae agere praemiis aut minis induci potest, ad iura civitatis non per Ex. gr. iudicandi facultate nemo credere potest. Quibus praemiis aut minis induci potest homo, ut credat, totum sua parte maius, aut quod Deus non existat, aut quod quod videt finitum, ens infinitum esse credit, et absoluta quid contra id, quod sentit vel cogitat, credit? Sic eti bus praemiis aut minis induci potest homo, ut amet qui vel ut odio habeat quem amat? Atque huc etiam illa in

sunt, a quibus humana natura ita abhorret, ut ipsa omni malo peiora habeat, ut quod homo testem contra se agat, ut se cruciet, ut parentes interficiat suos, ut mortem vitare non conetur et similia, ad quae nemo praemiis nec minis induci potest. Quod si tamen dicere velimus, civitatem ius sive potestatem habere talia imperandi, id nullo alio sensu poterimus concipere, nisi quo quis diceret, hominem iure posse insanire et delirare. Quid enim aliud nisi delirium ius illud esset, cui nemo adstrictus esse potest? Atque hic de iis expresse loquor, quae iuris civitatis esse nequeunt, et a quibus natura humana plerumque abhorret. Nam quod stultus aut vesanus nullis praemiis, neque minis induci possit ad exequenda mandata, et quod unus aut alter ex eo, quod huic aut illi religioni addictus sit, imperii iura omni malo peiora iudicat; iura tamen civitatis irrita non sunt, quandoquidem iisdem plerique cives continentur. Ac proinde, quia ii, qui nihil timent neque sperant, eatenus sui iuris sunt (per art. 10. praeced. cap.); sunt ergo (per art. 14. praeced. cap.) imperii hostes, quos iure cohibere licet.

9. Tertio denique considerandum venit, ad civitatis ius ea minus pertinere, quae plurimi indignantur. Nam certum est, homines naturae ductu in unum conspirare, vel propter communem metum, vel desiderio damnum aliquod commune ulciscendi; et quia ius civitatis communi multitudinis potentia definitur, certum est, potentiam civitatis et ius eatenus minui, quatenus ipsa causas præbet, ut plures in unum conspirent. Habet certe civitas quaedam sibi metuenda, et sicut unusquisque civis sive homo in statu naturali, sic civitas eo minus sui iuris est, quo maiorem timendi causam habet. Atque haec de iure summarum potestatum in subditos. Iam antequam de earundem in alios iure agam, solvenda videtur quaestio, quae de *religione* moveri solet.

10. Nam obiici nobis potest, an status civilis et subditorum obedientia, qualem in statu civili requiri ostendimus, non tollat religionem, qua Deum colere tenemur. Sed si rem ipsam perpendamus, nihil reperiemus, quod possit scrupulum iniicere. Mens enim quatenus ratione utitur, non summarum potestatum, sed sui iuris est (per art. 11. cap. praeced.). Atque adeo vera Dei cognitio et amor nullus imperio subiici potest, ut nec erga pro-

ximum caritas (per art. 8. huius cap.); et si praeterea consideremus summum caritatis exercitum esse illud, quod ad pacem tuendam et concordiam conciliandam fit, non dubitabimus, illum revera suo officio functum esse, qui unicuique tantum auxilii fert, quantum iura civitatis, hoc est, concordia et tranquillitas concedunt. Ad externos cultus quod attinet, certum est, illos ad veram Dei cognitionem et amorem, qui ex ea necessario sequitur, nihil prorsus iuvare nec nocere posse; atque adeo non tanti faciendi sunt, ut propter ipsos pax et tranquillitas publica perturbari mereatur. Ceterum certum est, me iure naturae, hoc est (per art. 3. praec. cap.) ex divino decreto, non esse religionis vindicem; nam nulla mihi est, ut olim Christi discipulis potestas fuit, efficiendi spiritus immundos et faciendi miracula, quae sane potestas adeo necessaria est ad propagandam religionem in locis, ubi interdicta est, ut sine ipsa non tantum oleum et opera, ut aiunt, perdatur, sed plurimae insuper creentur molestiae; cuius rei funestissima exempla omnia viderunt saecula. Unusquisque igitur ubicumque sit, Deum potest vera religione colere, sibique propicere, quod viri privati officium est. Ceterum cura religionis propagandae Deo vel summis potestatibus, quibus solis incumbit reipublicae habere curam, committenda est. Sed ad propositum revertor.

11. Iure summarum potestatum in cives et subditorum officio explicato superest, ut *earum ius in reliqua* consideremus, quod iam ex dictis facile cognoscitur. Nam quandoquidem (per art. 2. huius cap.) ius summae potestatis nihil est praeter ipsum naturae ius, sequitur duo imperia ad invicem sese habere, ut duo homines in statu naturali, excepto hoc, quod civitas sibi cavere potest, ne ab alia opprimatur, quod homo in statu naturali non potest, nemirum qui quotidie somno, saepe morbo aut animi aegritudine, et tandem senectute gravatur, et praeter haec aliis incommodis est obnoxius, a quibus civitas securam se reddere potest.

12. Civitas igitur eatenus sui iuris est, quatenus sibi consulere et cavere potest, ne ab alia opprimatur (per art. 9. et 15. praec. cap.), et (per art. 10. et 15. praec. cap.) eatenus alterius iuris, quatenus alterius civitatis potentiam timet, vel quatenus ab ea impeditur, quo minus id quod vult exequatur, vel denique quatenus

ius auxilio ad sui conservationem vel incrementum indiget. In dubitate nequaquam possumus, quin, si duae civitates in eum mutuum auxilium praestare volunt, ambae simul plus possit, et consequenter plus iuris simul habeant, quam alterutra a. Vid. art. 13. cap. praeced.

13. Haec autem clarius intelligi possunt, si consideremus, ut duae civitates natura hostes sunt. Homines enim (per art. 1. praec. cap.) in statu naturali hostes sunt. Qui igitur ius naturae extra civitatem retinent, hostes manent. Si itaque altera civitas alteri bellum inferre et extrema adhibere media velit, quoniam sui iuris faciat, id ei iure tentare licet, quandoquidem, ut illum geratur, ei sufficit eius rei habere voluntatem. At de pace nulli statuere potest nisi connivente alterius civitatis voluntate. Quo sequitur iura belli uniuscuiusque civitatis esse; pacis autem non unius, sed duarum ad minimum civitatum esse iura, et propterea confoederatae dicuntur.

14. Hoc foedus tam diu fixum manet, quam diu causa foederis agendi, nempe metus damni seu lucri spes in medio est. Hac tam aut illo civitatum alterutri adempto, manet ipsa sui iuris (per art. 10. praec. cap.), et vinculum, quo civitates invicem affectae erant, sponte solvit, ac proinde unicuique civitati ius legrum est solvendi foedus, quandcumque vult, nec dici potest, quod dolo vel perfidia agat, propterea quod fidem solvit, inlatque metus vel spei causa sublata est, quia haec conditio lenique contrahentium aequalis fuit, ut scilicet quae prima extremitum esse posset, sui iuris esset, eoque ex sui animi sentia uteretur, et praeterea quia nemo in futurum contrahit nisi sitis praecedentibus circumstantiis. His autem mutatis totius ipsis etiam mutatur ratio, et hac de causa unaquaeque condatarum civitatum ius retinet sibi consulendi, et unaquaeque praeterea, quantum potest, conatur extra metum et consequenter iuris esse, et impedire, quo minus altera potentior evadat. Quae ergo civitas se deceptam esse queritur, ea sane non condatarae civitatis fidem, sed suam tantummodo stultitiam dare potest, quod scilicet salutem suam alteri, qui sui iuris et sui imperii salus summa lex est, crediderit.

testas bellum inferendi; sed eo mag servare, hoc est (per art. 13. huius c sed eo magis communi foederatorum tenetur.

**17. Ceterum fides, quam sana rati hic minime tollitur: nam nec ratio, fidem servare docet. Cui enim poll quod mihi secreto servandum dedit non teneor, simulac noverim aut se quod mihi servandum dedit; sed re ut suis restituatur. Sic etiam si su facturam promisit, quod postea ter cere videbatur, communi subditori solvere tenetur. Quum itaque Scrij fidem servare et casus singulares, iusque iudicio relinquat, nihil ergo ostendimus, repugnat.**

**18. Sed ne toties opus sit serr miles posthac obiectiones solvere, ex naturae humanae quomodocumq monstrarre, nempe ex universali**

**CAP. IV. De summis negotiis politicis.**

1. Ius summarum potestatum, quod earum potentia determinatur, in praeced. cap. ostendimus, idque in hoc potissimum consistere vidimus, nempe quod imperii veluti mens sit, qua omnes duci debent; adeoque solas ius habere decernendi, quid bonum, quid malum, quid aequum, quid iniquum, hoc est, quid singulis vel omnibus simul agendum vel omittendum sit. Ac proinde vidimus iis solis ius competere leges condendi, easque, quando de iis quaestio est, in quocumque singulari casu interpretandi et decernendi, an datus casus contra vel secundum ius factus sit (vide art. 3. 4. 5. praec. cap.); deinde bellum inferendi, vel pacis conditiones statuendi et offerendi, vel oblatis acceptandi. Vide art. 12. et 13. praec. cap.

2. Quum haec omnia ac etiam media, quae ad eadem exsequenda requiruntur, omnia negotia sint, quae ad integrum imperii corpus, hoc est, quae ad rem publicam spectant, hinc sequitur, rem publicam ab eius solummodo directione pendere, qui summum habet imperium. Ac proinde sequitur solius summae potestatis ius esse de factis uniuscuiusque iudicandi, de factis cuiuscumque rationem exigendi, delinquentes poena multandi et quaestiones inter cives de iure dirimendi, vel legum latarum peritos statuendi, qui haec eius loco administrent; deinde omnia ad bellum et pacem media adhibendi et ordinandi, nempe urbes condendi et muniendi, milites conducendi, officia militaria distribuendi, et quid factum velit imperandi, et pacis causa legatos mittendi et audiendi, et denique sumptus ad haec omnia exigendi.

3. Quoniam itaque solius summae potestatis ius sit negotia publica tractandi, vel ministros ad eadem eligendi, sequitur, subditum imperium affectare, qui suo solo arbitrio, supremo concilio inscio, negotium aliquod publicum adgressus est, tametsi id, quod intenderat agere, civitati optimum fore crediderit.

4. Sed quaeri solet, an summa potestas legibus adstricta sit, et consequenter an peccare possit? Verum quoniam legis et peccati nomina non tantum civitatis iura, sed etiam omnium rerum na-

turalium et apprime rationis communes regulas respicere solent, non possumus absolute dicere, civitatem nullis adstrictam esse legibus seu peccare non posse. Nam si civitas nullis legibus seu regulis, sine quibus civitas non esset civitas, adstricta esset, tum civitas non ut res naturalis, sed ut chimaera esset contemplanda. Peccat ergo civitas, quando ea agit vel fieri patitur, quae causa esse possunt ipsius ruinae, atque tum eandem eo sensu peccare dicimus, quo philosophi vel medici naturam peccare dicunt, et hoc sensu dicere possumus, civitatem peccare, quando contra rationis dictamen aliquid agit. Est enim civitas tum maxime sui iuris, quando ex dictamine rationis agit (per art. 7. praeced. cap.); quatenus igitur contra rationem agit, catenus sibi deficit seu peccat. Atque haec clarius intelligi poterunt, si consideremus, quod, quum dicimus unumquemque posse de re, quae sui iuris est, statuere, quicquid velit, haec potestas non sola agentis potentia, sed etiam ipsius patientis aptitudine definiri debet. Si enim ex. gr. dico, me iure posse de hac mensa, quicquid velim, facere, non hercle intelligo, quod ius habeam efficiendi, ut haec mensa herbam comedat. Sic etiam, tametsi dicimus homines non sui, sed civitatis iuris esse, non intelligimus, quod homines naturam humanam amittant et aliam induant; atque adeo quod civitas ius habeat efficiendi, ut homines volent, vel quod aequum impossibile est, ut homines cum honore adspiciant ea, quae risum movent vel nauseam; sed quod quaedam circumstantiae occurrant, quibus positis ponitur subditorum erga civitatem reverentia et metus, et quibus sublati metus et reverentia et cum his civitas una tollitur. Civitas itaque ut sui iuris sit, metus et reverentiae causas servare tenetur; alias civitas esse desinit. Nam iis, vel ei, qui imperium tenet, aequum impossibile est, ebrium aut nudum cum scortis per plateas currere, histrionem agere, leges ab ipso latae aperte violare seu contemnere, et cum his maiestatem servare, ac impossibile est, simul esse et non esse. Subditos deinde trucidare, spoliare, virgines rapere et similia metum in indignationem, et consequenter statum civilem in statum hostilitatis vertunt.

5. Videmus itaque, quo sensu dicere possumus, civitatem legibus teneri et peccare posse. Verum si per legem intelligamus

ius civile, quod ipso iure civili vindicari potest, et peccatum id, quod iure civili fieri prohibetur, hoc est, si haec nomina genuino sensu sumantur, nulla ratione dicere possumus, civitatem legibus adstrictam esse aut posse peccare. Nam regulae et causae metus et reverentiae, quas civitas sui causa servare tenet, non ad iura civilia, sed ad ius naturale spectant; quandoquidem (per art. praeced.) non iure civili, sed iure belli vindicari possunt, et civitas nulla alia ratione iisdem tenetur, quam homo in statu naturali, ut sui iuris esse possit, sive ne sibi hostis sit, cavere tenetur, ne se ipsum interficiat, quae sane cautio non obsequium, sed humanae naturae libertas est. At iura civilia pendent a solo civitatis decreto; atque haec nemini, nisi sibi, ut scilicet libera maneat, morem gerere tenetur, nec aliud bonum aut malum habere, nisi quod ipsa sibi bonum aut malum esse decernit. Ac proinde non tantum ius habet sese vindicandi, leges condendi et interpretandi, sed etiam easdem abrogandi et reo cuicunque ex plenitudine potentiae condonandi.

6. Contractus seu leges, quibus multitudo ius suum in unum concilium vel hominem transferunt, non dubium est, quin violari debeant, quando communis salutis interest easdem violare. At iudicium de hac re, an scilicet communis salutis intersit, easdem violare, an secus, nemo privatus, sed is tantum, qui imperium tenet, iure ferre potest (per art. 3. huius cap.); ergo iure civili is solus, qui imperium tenet, earum legum interpres manet. Ad quod accedit, quod nullus privatus easdem iure vindicare possit; atque adeo eum, qui imperium tenet, revera non obligant. Quod si tamen eius naturae sint, ut violari nequeant, nisi simul civitatis robur debilitetur, hoc est, nisi simul plerorumque civium communis metus in indignationem vertatur, eo ipso civitas dissolvitur et contractus cessat, qui propterea non iure civili, sed iure belli vindicatur. Atque adeo is, qui imperium tenet, nulla etiam alia de causa huius contractus conditiones servare tenetur, quam homo in statu naturali, ne sibi hostis sit, tenetur cavere, ne se ipsum interficiat, ut in praeced. art. diximus.

ea sit, quae ex praescripto rationis i  
omne optimum esse, quod homo vel  
me sui iuris est. Nam non id om  
**optime fieri affirmamus.** Aliud na  
**aliud agrum optime colere;** aliud,  
**fendere, conservare, iudicium ferre**  
**fendere, conservare,** atque optimi  
quenter aliud est iure imperare e  
aliud optime imperare et rem publica  
quam itaque de iure cuiuscumque  
tempus est, ut de optimo cuiu  
agamus.

2. Qualis autem cuiuscumque in  
*status civilis* cognoscitur: qui scilicet  
vitaeque securitas. Ac proinde illud  
ubi homines concorditer vitam tra  
servantur. Nam certum est, quod  
contemptio sive violatio non tam  
pravo imperii statui imputanda sun  
nascuntur, sed sunt. Hominum  
ubique lidem sunt. Si itaque in un-

3. At sicut subditorum vitia nimiaque licentia et contumacia civitati imputanda sunt, ita contra eorum virtus et constans legum observantia maxime civitatis virtuti et iuri absoluto tribuenda est, ut patet ex art. 15. cap. 2. Unde Hannibali merito eximiae virtuti ducitur, quod in ipsius exercitu nulla unquam seditio orta fuerit.\*)

4. Civitas, cuius subditi metu territi arma non capiunt, potius dicenda est, quod sine bello sit, quam quod pacem habeat. *Pax* enim non belli privatio, sed virtus est, quae ex animi fortitudine oritur; est namque obsequium (per art. 19. cap. 2) constans voluntas id exsequendi, quod ex communi civitatis decreto fieri debet. Illa praeterea civitas, cuius pax a subditorum inertia pendet, qui scilicet veluti pecora ducuntur, ut tantum servire discant, rectius solitudo, quam civitas dici potest.

5. Quum ergo dicimus, illud imperium optimum esse, ubi homines concorditer vitam transigunt, vitam humanam intelligo, quae non sola sanguinis circulatione et aliis, quae omnibus animalibus sunt communia, sed quae maxime ratione, vera mentis virtute et vita desinuntur.

6. Sed notandum, imperium, quod in hunc finem institui dixi, a me intelligi id, quod multitudo libera instituit, non autem id, quod in multitudinem iure belli acquiritur. Libera enim multitudo maiori spe, quam metu, subacta autem maiori metu, quam spe ducitur: quippe illa vitam colere, haec autem mortem tantummodo vitare studet; illa, inquam, sibi vivere studet, haec victoris esse cogitur, unde hanc servire, illam liberam esse dicimus. Finis itaque imperii, quod aliquis iure belli adipiscitur, est dominari et servos potius, quam subditos habere. Et quamvis inter imperium, quod a libera multitudine creatur, et illud, quod iure belli acquiritur, si ad utriusque ius in genere attendamus, nulla essentialis detur differentia, finem tamen, ut iam ostendimus, et praeterea media, quibus unumquodque conservari debeat, admodum diversa habent.

7. Quibus autem mediis princeps, qui sola dominandi libidine fertur, uti debet, ut imperium stabilire et conservare possit,

---

\* ) Vid. Iustini histor. 32, 4, 12.

acutissimus Machiavellus prolixè ostendit<sup>\*)</sup>; quem autem in finem, non satis constare videtur. Si quem tamen horum habuit, ut de viro sapiente credendum est, fuisse videtur, ut ostendam, quam imprudenter multi tyrannum e medio tollere conantur, quum tamen causae, cur princeps sit tyrannus, tolli nequeant, sed contra eo magis ponantur, quo principi maior timendi causa praebetur: quod fit, quando multitudo exempla in principem edidit et parricidio quasi re bene gesta gloriatur. Praeterea ostendere forsan voluit, quantum libera multitudo cavere debet, ne salutem suam uni absolute credit, qui nisi vanus sit et omnibus se posse placere existimet, quotidie insidias timere debet, atque adeo sibi potius cavere et multititudini contra insidiari magis, quam consulere cogitur. Et ad hoc de prudentissimo isto viro credendum magis adducor, quia pro libertate fuisse constat, ad quam etiam tuendam saluberrima consilia dedit.

## CAP. VI. De monarchia.

1. Quia homines, ut diximus, magis affectu, quam ratione ducuntur, sequitur multitudinem non ex rationis ductu, sed ex communi aliquo affectu naturaliter convenire et una veluti mente duci velle, nempe (ut art. 9. cap. 3. diximus) vel ex communi spe, vel metu, vel desiderio commune aliquod damnum ulciscendi. Quum autem solitudinis metus omnibus hominibus insit, quia nemo in solitudine vires habet, ut sese defendere, et quae ad vitam necessaria sunt, comparare possit, sequitur statum civilem homines natura appetere, nec fieri posse, ut homines eundem unquam penitus dissolvant.

2. Ex discordiis igitur et seditionibus, quae in civitate saepe concitantur, nunquam sit, ut cives civitatem dissolvant (ut in reliquis societatibus saepe evenit), sed ut eiusdem formam in aliam

---

<sup>\*)</sup> Niccolo di Bernardo dei Macchiavelli Florentinus natus a. 1469. mortuus a. 1527. scripsit librum nobilissimum „il principe“ Venet. 1513. 4., in quem Fridericus M. Borussorum rex: „Anti-Machiavel ou examen du prince de Macchiavel avec des notes historiques et critiques.“ Hag. Comit. 1740. Idem quod Spinoza de Macchiavello iudicat W. T. Krugius in: encyclopäd.-philosoph. Lexicon vol. II. p. 764.

mutent; si nimiram contentiones sedari nequeunt servata civitatis facie. Quare media, quae ad imperium conservandum requiri dixi, ea intelligo, quae ad imperii formam absque ulla eius notabili mutatione conservandam necessaria sunt.

3. Quod si cum humana natura ita comparatum esset, ut homines id, quod maxime utile est, maxime cuperent, nulla esset opus arte ad concordiam et fidem. Sed quia longe aliter cum natura humana constitutum esse constat, imperium necessario ita instituendum est, ut omnes, tam qui regunt, quam qui reguntur, velint nolint, id tamen agant, quod communis salutis interest, hoc est, ut omnes sponte vel vi vel necessitate coacti sint ex rationis praescripto vivere; quod fit, si imperii res ita ordinentur, ut nihil, quod ad communem salutem spectat, ullius fidei absolute committatur. Nemo enim tam vigilans est, qui aliquando non dormitet, et nemo tam potenti tamque integro animo fuit, qui aliquando, et praesertim quando maxime animi fortitudine opus est, non frangeretur ac pateretur vinci. Et sane stultitia est ab alio id exigere, quod nemo a se ipso impetrare potest, nempe, ut alteri potius, quam sibi vigilet, ut avarus non sit, neque invidus, neque ambitiosus etc., praesertim is, qui omnium affectuum incitamenta maxima quotidie habet.

4. At experientia contra docere videtur, pacis et concordiae interesse, ut omnis potestas ad unum conferatur. Nam nullum imperium tam diu absque ulla notabili mutatione stetit, quam Turcarum, et contra nulla minus diuturna, quam popularia seu democratica fuerunt, nec ulla, ubi tot seditiones moverentur. Sed si servitium, barbaries et solitudo pax appellanda sit, nihil hominibus pace miserius. Plures sane et acerbiores contentiones inter parentes et liberos, quam inter dominos et servos moveri solent, nec tamen oeconomiae interest, ius paternum in dominium mutare, et liberos perinde ac servos habere. Servitutis igitur, non pacis, interest, omnem potestatem ad unum transferre. Nam pax, ut iam diximus, non in belli privatione, sed in animalium unione sive concordia consistit.

5. Et sane, qui credunt posse fieri, ut unus solus summum civitatis ius obtineat, longe errant. Ius enim sola potentia determinatur, ut capite 2. ostendimus. At unius hominis potentia

longe impar est tanta molis sustinendae. Unde fit, ut, quem multitudo regem elegit, is sibi imperatores querat seu consiliarios seu amicos, quibus suam et omnium salutem committit, ita ut imperium, quod absolute monarchicum esse creditur, sit revera in praxi aristocraticum; non quidem manifestum, sed latens, et propterea pessimum. Ad quod accedit, quod rex puer, aeger aut senectute gravatus, precario rex sit; sed si revera summam potestatem habeant, qui summa imperii negotia administrant, vel qui regi sunt proximi: ut iam taceam, quod rex libidini obnoxius omnia saepe moderetur ex libidine unius aut alterius pellicis aut cinaedi. „Audieram, inquit Orsines, in Asia olim regnasse feminas; hoc vero novum est, regnare castratum!“ \*)

6. Est praeterea hoc certum, quod civitas semper magis propter cives, quam propter hostes periclitetur: rari quippe boni. Ex quo sequitur, quod is, in quem totum imperii ius delatum est, magis cives, quam hostes semper timebit, et consequenter sibi cavere et subditis non consulere, sed insidiari conabitur, iis praecipue, qui sapientia clari vel divitiis potentiores sunt.

7. Accedit praeterea, quod reges filios etiam plus timent, quam amant, et eo magis, quo pacis bellicque artes magis callent et subditis ob virtutes dilectiones sunt. Unde fit, ut eos ita educare studeant, ut causa timendi absit. Quia in re officiarii promptissime regi obsequntur et studium adhibebunt summum, ut regem successorem rudem habeam, quem arte tractare possint.

8. Ex quibus omnibus sequitur, regem eo minus sui iuris, et subditorum conditionem eo miseriorem esse, quo magis absolute civitatis ius in eundem transfertur. Atque adeo necesse est, ad imperium monarchicum rite stabiliendum fundamenta facere firma, quibus superstruatur; ex quibus monarchae securitas et multitudini pax sequatur, ac proinde, ut monarca tum maxime sui iuris sit, quum maxime multitudinis saluti consultit. Quae-nam autem haec imperii monarchici fundamenta sint, primum breviter proponam, et deinde ordine ea ostendam.

---

\*) Haec rescruntur apud Curtium I. 10. cap. 1.

9. *Urbs* una aut plures condenda et munienda sunt, quarum omnes cives, sive ii intra moenia sive extra propter agriculturam habitent, eodem civitatis iure gaudeant; ea tamen conditione, ut unaquaeque certum civium numerum ad sui et communem defensionem habeat; quae autem id praestare nequit, aliis conditionibus in ditione habenda.

10. *Militia* ex solis civibus, nullo excepto, formanda est et ex nullis aliis; atque adeo omnes arma habere teneantur et nullus in civium numerum recipiat, nisi postquam exercitum militare didicerit, illudque signatis anni temporibus exercere pollicitus fuerit. Deinde uniuscuiusque familiae militia in cohortes et legiones divisa nullius cohortis dux eligendus, nisi qui architecturam militarem noverit. Porro cohortium et legionum *duces* ad vitam quidem, sed qui familiae unius integrae militiae imperet in bello tantummodo eligendus, qui annum ad summum imperium habeat, nec continuari in imperio, nec postea eligi possit. Atque hi eligendi sunt ex regis consiliariis (de quibus art. 15. et seqq. dicendum) vel qui officio consiliarii functi sunt.

11. Omnium urbium incolae et agricolae, hoc est, *omnes cives in familias dividendi sunt*, quae nomine et insigni aliquo distinguantur, et omnes ex aliqua harum familiarum geniti in civium numerum recipientur, eorumque nomina in catalogum eorum familiae redigantur, simulac eo aetatis pervenerint, ut arma ferre et officium suum noscere possint; iis tamen exceptis, qui ob scelus aliquod infames, vel qui muti, vesani et famuli sunt, qui servili aliquo officio vitam sustentant.

12. *Agri et omne solum et*, si fieri potest, *domus* etiam publici iuris sint, nempe eius, qui ius civitatis habet, a quo annuo pretio civibus sive urbanis et agricolis locentur; et praeterea omnes ab omni exactione tempore pacis liberi sive immunes sint. Atque huius pretii alia pars ad civitatis munimenta, alia ad usum domesticum regis referenda est. Nam tempore pacis urbes tanquam ad bellum munire, et praeterea naves et reliqua instrumenta bellica parata necesse est habere.

13. *Electo rege* ex aliqua familia, nulli *nobiles* censendi nisi a rege oriundi, qui propterea insignibus regiis a sua et a reliquis familiis distinguantur.